Mayhew 1852

<36700043440015

<36700043440015

Bayer. Staatsbibliothek

Philol. 182

Sammlung deutscher Drucke
1450 bis 1912

Erworben mit Mitteln der
Volkswagen-Stiftung

L. Mamelin

n° 1296

L. Hamelin

Obijt Aëriæ apud Arteſios Canonicus CIↃ. IↃXC.

FRANCISCVS MODIVS BRVGENSIS.

Tu quoque carminibus, Modi, celebrabere noſtris,
Inter Apollineos dignus honore viros.
Inſcribamq; tuæ meritò tria verba tabellæ;
Modius Aonij gloria rara gregis.

L. Hamelin

Franc. Modl Brug.

NOVANTIQVAE LECTIONES, TRIbutæ in Epistolas centum, & quod excurrit:

In quibus infinitis locis Silius, Censorinus, Hyginus, Macrobius, Fulgentius; plurimis Cicero, Seneca, Martialis, Plinius, Calpurnius; nonnullis Propertius, Ouidius, Lucanus, Valerius Maximus, Statius, alij, supplentur, emendantur, illustrantur, notantur.

CVM TRIPLICI INDICE.

FRANCOFVRTI
Apud heredes Andreæ Wecheli,
MDLXXXIIII.

Bayerische
Staatsbibliothek
München
B S B
MÜNCHEN
VW| 92| 338

AD AMPL. ET SPLENDIDISS. VIRVM, DN. ERASMVM NEVSTETTERVM, *cognomento* STVRMERVM, *Combergensem Præpositum, Ecclesiarumque Bambergensis & Wirzeburgensis Canonicum &c. Equitem Francum &c.* FRANCISCI MODII *Brugensis in Lectiones Nouantiquas suas:*

PRÆFATIO.

EOrum, qui iuxta illud veteris Poetæ:

Virtus quarendæ rei finem scire, modumq;
Commoda præterea patriæ sibi prima putare,
Deinde parentũ: tertia iam postremaq; nostra.

nõ sibi se, sed patriæ inprimis natos memores, in ea præcipuè tuenda, ornãda, amplificãda omnes cogitationes suas defigunt; huc omnia dicta, facta, consultaque adeo sua referunt, vt de illa tamquam ex diuini Platonis sentẽtia maiore parente quam optimè mereantur; horum inquam, longè præstantissimorum, amplissime Neustettere, in rep. ciuium duo fere summa genera reperio: quorum aliud corporis, animi aliud viribus magis vtitur. Vtrumque reip. necessarium planè fateor. quando nihil prosunt arma foris, vbi deest consilium domi: & vice versa bene consulta, nisi factis exæquentur, frustra cadunt adeo, rectè vthæc quoque inter se coniunxisse videatur pater & deus poetarum, cuius est illud: * Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κραπερός τ' αἰχμητής. Sed quamquam necessariũ vtrumq; non tamen vno & eo-

* *Rex bonus, & duris bellator fortis in armis.*

dem numero ac loco cenſendum, habendumq;. Qui enim rectis conſilijs patriam iuuant, incredibile dictu eſt, quantũ ante eos, qui manu eandẽ & militaribus ſtudijs tuentur, vt re vera ſunt laboribus, quorum numerus infinitus eſt, magnitudo vero tanta, vt neminem non etiam conſtantiſſimum & patientiſſimum eorum ceteroqui virum a reip. adminiſtratione appetenda deterrere poſſe videatur, ita gloria quoque eſſe, & haberi debeant. Ergo & quanto comparatu difficilior hæc laus eſt, tanto quoque pauciores videre eſt ab omni memoria exſtitiſſe, innumeris ſemper vbique pro patria in acie armis decertare non recuſantibus, qui ad eam non dico adſpirare (quod ſane multi ſæpe fruſtra, impares oneri tanto, quantũ rerum publicarum gubernatores humeris ſuſtinere coguntur, perferendo, fecerunt) ſed omnino peruenire potuerunt. Nam vt Romanos in exemplum hic adducam, ſupra omnes extra contrauerſiam olim gentes vt militari gloria, ſic ſapientia quoq; (non dico ocioſam illam, in qua diſputantes vmbratiles Græculi ad inſaniã vſque, non tantum nullo cum fructu, ſed etiam ſæpe cũ non parua publicæ honeſtatis morumq; ciuilium iactura, ſeq; aliosque torſerunt; ſed politicam hanc, quæ vt virtutem numquam deſerit, ita a virtute viciſſim nuſquam deſeritur) Inuenies quoquo te conuertes infinitos Romulos, Tullos, Tarquinios, dum ſub regno Vrbs fuit; Camillos, Curios, Fabios, Scipiones, Paulos, Marcellos, dũ ſuis libera legibus reſpublica ſtetit; Marios,

rios, Syllas, Pompeios, Cæsares, eadem rep. iam mole sua laborante, ac mox oppressa: qui fortibus factis suis, & bellicis expeditionibus patriam suam Romam defenderunt, ornatioremque & venerabiliorem apud exteras gentes, amplioremq; etiam extensis regni eius subinde pomerijs reddiderunt; sed quem illis opponas, qui in toga illam legibus institutisque formarit, auxerit, cõseruarit, vix vnũ in regibus Numam Pompilium, & postea M. Tullium Ciceronem reperies, cum paucis omnino alijs, qui perpetuo pro reip. solius commodis inuigilando, nitẽdo, agendo, consulendo, hanc vnam ante oculos semper habendo, difficillima vna omnium quidẽ ad gloriam, sed veram & solidam via grassari vel voluerint, vel, verius quod est, potuerint. haud scio an non eãdem prope de caussa, simili certè, cur in militiam olim apud eosdem Romanos nomina daturi quilibet de ciuibus, longe lubẽtius (Flauio Vegetio Renato in libris De re militari auctore) inter auxiliarios, quam legionarios eadem profiteri solent. nam vt ij ideo hoc faciebant, quia licet legionariorũ militia honoratior esset, quam auxiliariorum, plurium tamẽ stipendiorũ quoq; erat, strictiorque disciplina apud illos obseruabatur, tardiora tribuebantur merẽtibus præmia: sic in ciuitate facilior & pronior cuique est ad famam & gloriam via rei militaris professio, & armis, ductu auspicijsque suis patriam protegendi studium, quam ciuilis hæc bene eidẽ in toga consulendi ratio. Nescio enim quomodo e vestigio

populum ſuum facit, qui armatus ſalutem eius, ac commoda dignitatemque tuetur, meritis eius oculis manifeſtè ſubiectis, quæ in togatis rerum-publicarum defenſoribus neceſſario ſæpe diu, interdum etiam perpetuo, cum maxime in obſcuro ſint; quod vulgus hominum, vt illa modo, quę ante pedes ſunt, ſpectans, de conſilijs ſapientum in longitudinem, ſtudio & iudicij prauitate præpeditum, bene exiſtimare nequeat: cũ ijdem ſapientes, vtpote ad patrię ſuæ emolumenta, non inanes ſtultæ plebeculæ plauſus emerendos conſilia omnia, actionesque digerentes; dum eidem longe ante proſpicere contendunt nocitura olim declinando, profutura captando, multa non raro facere cogantur, quibus ſuorum ciuium animos grauiſſime offendere neceſſe habeant. Quę ſola etiam eſſe ratitatis huiuſmodi prudentum cauſſa, vel certe præcipua, deprehenditur. Plærique enim boni alioqui viri, & ad remp. adiuuandam, tuendam, ornandam nati, ab ea tamen procul ſe habere malunt, quod quantis inuidiæ procellis gubernatores eius obnoxij ſint animo proſpicientes, inter tot vada, & ſcopulos, vbi non tantum de gloria, quod vel mediocriter amantibus patriæ tolerabile forſitan eſſet, ſed de æſtimatione, bona fama, vitaq; adeo ipſa, & ijs omnibus, quæ vitam inſtruunt, periclitandum ſit; in portum vſque rectum cùrſum poſſe tenere diffidunt: paucis omnino reliquis, de quibus vere illud dici poſſe, & debere videatur; GENVS DEORVM, quibus caritas patriæ priuatis commodis, hono-

honoribus, periculis, salute denique potiot est. paucis, inquam, tum quoque inuentis, qui hac ciuili via ad verum decus hoc niti vellēt, possent; cum virtutes omnes, & in omnibus eximiè hæ politicæ, cum maxime florerent. Nihil mirum vt sit talem hanc nostro sæculo, quo hæ, vt reliquæ plæræque penissime exaruerunt, omnino ad paucos reip. curam recidisse. Et si vsquam alibi, certè apud Francos, gentem ad arma, & in armis natā, in quaq; ab omni memoria facilius peritum belli ducē, & strennuum manu militem, quam consilio patriæ prospicientem in toga ciuē inuenias. quod cū dico, non ita accipi velim, quasi (vt quidam per summam iniuriā faciunt) legum, & prudentiæ, ciuilisq; sapientiæ fortissimā Francorum nationem aut fuisse antehac, aut esse, hodieq; rudem ignaramq; censeam; sine quibus illi haud dubiè quamlibet armis & viribus plus ceteris valētes, numquam aut maiorū, aut sua virtute bene parta tueri, & conseruare hactenus potuissent; sed de illa remotiore, & propria sapientū ratione loquor, cuius auspicijs magni quidā, & supra ceteros homines viri, tanquā in altissima aliqua specula pro patriæ salute excubantes, arcanæ cuiusdā, & ignotæ in vulgus etiam doctorū mediocriter alioqui hominū, prouidētię auxilio, etiā futura animo prospicientes, & inminētia præsentientes, patriæ suæ rebus, non tantum in præsens, sed in posterum quoq; consulunt. Et vt liquidius etiam quod volo omnibus liqueat, exemploque pateat; de ea hic ago siue sapientia, siue pruden-

tia est, qua tu, ERASME NEVSTETTERE, cū paucis alijs reip. tuæ Francicæ cautum is. Tu, inquam, qui in eadem Francia equestri familia natus, ea ab ipsa statim adolescentia virtutis, doctrinæ, moderationis specimina dedisti, vt iam tum appareret, quæ & quanta tibi tuto aliquando patria imponere posset, quæ tu eius amore omnia fortiter perferenda tibi existimares, & vero cum omnium admiratione, quorumdamque etiam, qui successibus tuis & cursui ad gloriam impedimentum, & remoram aliquam obijci optabant, inuidia pertulisti: ac perfers hodieque in vna patria ita defixus, mirum vt sit, vllam te de eo, quod publicis negotijs tribuis temporis, partem posse decidere, quo propinquorum, & necessariorum, clientumque tuorum commodis quoque & vtilitatibus vaces; ita in propinquorum, quosq; alios iam memorani, rebus versans, vt nullus vmquā vllum in te officij genus desiderare vel debuerit, vel potuerit: partitis ita inter publicas priuatasq; necessitudines curis tuis, vt vtrisq; non tantum semper affuisse, verum etiam superfuisse, a neutris vmquam latum vnguem affuisse, ab omnibus merito iudiceris. ne nunc quidem ingrauescente paullatim ætate vel tantillum tibi remittens de continuo isto tuo, & assiduo in eam patriam tuam studio, cuius rebus omnibus annum iam amplius tricesimum non tantum interes, sed præsis quoq; ita, vt admirationem incredibilem virtutum tuarum non tantum apud tuos, verum etiam in exterorum multorum animis excitaris.

Et

Et rectè sanè. Quid enim tot, quot iam dixi, annis, grauissimis bellorum calamitatibus & concussionibus in bona parte obnoxijs, in rep. Francica gestum est memorabile sine te? quid laudabile, vnde tu non præcipuo iure partē tuam multo maximam tibi vindicare potueris? quæ incidit legatio honoratior siue in Vrbem, siue ad Sacr. Cæsaream Maiestatem, seu denique ad Imperij primates proceres, quam tu nō obieris? quæ pax, aut fœdera coita sunt, quę non primus, aut in primis sancieris? Ethęc tum feciſti, cum eodē tempore clanculum tuæ laudi inuidentiū calumnias prudentia declinare, & fraudes euitare, ac apertè professorū hostium machinationes cauere, necesse haberes: sæpe domi, sæpe in itineribus, quæ tum infinita, periculosissimaque confeciſti, insidijs appetitus, quas omnes sapienter effugisse, diuini cuiusdam consilij, nō humanæ prouidentiæ opus merito & dici, & haberi posse videatur. Ac scilicet Deum suis non deesse; e quibus te non solum ab insidiatorum huiusmodi manibus tutum præstitit; sed eam insuper Melchiori, Federico, Iulio, reuerendissimis ex ordine Herbipolensibus Episcopis, & illustrissimis Franciæ Orientalis Ducibus mentem dedit; vt te pro se quisq; summo studio præcipuis sacerdotijs & dignitatibus remunerandum, ornandum, & extollēdum putarit. quibus tu quidem omnibus, Antistes venerande, ita præes, vt cum ampliſſima sustineas, tamen maioribus etiam semper, & amplioribus dignus omnibus merito videaris. Atq; hæ quidem

virtutes in publicũ maxime ſpectant, ſcilicet. domi vero, & intra priuatos parietes quid? qua vita tua? qui mores? equidem dicere vix auderem, niſi tot exſtarent eius, quod dicturus ſum, teſtes; qui iam pridem diuinis ingenij ſui monimentis in omne æuum, cum ſint præſtantiſſima, procul dubio duraturis, idem inmortalitati, & ſempiternæ memoriæ conſecrarunt, vt mihi verendum non ſit, ne quid obſeruantię & amori erga te meo tribuiſſe videar potius, quã certo ſcripſiſſe iudicio. Is es igitur, nobiliſſime STVRMERE, cuius conſtantiam nulla vmquam aduerſæ fortunæ vis infregit; cuius moderationẽ nulla blandientis eiuſdem aura inflare valuit; cuius deniq; domi humanitatem, & facilitatem erga familiares; comitatem, & liberalitatem erga amicos; modeſtiam, & æquabilitatem erga omnes in vniuerſum, etiam æmuli tui, quæ veritatis vis eſt, laudibus vehere coguntur. Sic tamen, vt inter has tuas tam raras virtutes, ita emineat propria illa tibi, tuæq; genti erga liberalia ſtudia, eorumque amatores, admiratores, cultoresq; beniuolentia, minora vt inter Cynthia ſidera. tãto hercule magis in te prædicanda, quanto laus hæc ratior eſt, & a pauciori-
bus hac tempeſtate competitoribus expetitur. Quo tempore, cũ res omnes ceteræ, ad vitia vſq; & flagitia non nominanda, riualitates pariant; ſola hæc ſponſa, nullis alijs petita procis, pene in tuam ſolius manum ita conuẽnit, vt perpetuo tibi eadem illa iure Quiritium habenda domi, & retinenda videatur: maximè, quod ei repudij libellum

bellum mittere satis honestè non potes, quę tanto tempore summa cum laude tua, tot tibi tamq; pręclara, & in memoria hominum semper victura pignora enixa iam est, enitendoq; fœcundior etiam reddita, plura in posterum quoq; paritura videtur; omnibus bonis & doctis ita in admirationem tui erectis, vt certatim ad te ornandum omnes opes, & copias ingenij sui quotidie conferant, nihil dignius rati vno te, in quo idem, vires suas periclitādo, exerceant. Neq; iniuria adeo. vident enim clarissimi viri, nihil esse, quod prædicari, & laudari vbiq; vsque ab omnibus magis mereatur eo viro qui multa quotidie laudanda faciendo, & vetera erga bonas artes, Musicumq; studium beneficia nouis cumulando, nihil tamē interea vmquam in laudis lenocinia facit. hic enim, hic demum veram & solidam gloriam promeruit, qui falsam, & inanem non affectauit. falsam autem, & inanem affectant illi, qui virtutes non propter se ipsas exercēt, quas sane nec quærunt, nec valde morantur ipsas, si aliquid extra ipsas quærunt: falsam affectant illi, qui in dandis beneficijs non naturæ suæ bonitati, sed popularis auræ studio obsequuntur. Verum de his, & futuris satis iam multa ariolati sumus. pauca etiam nunc de præteritis & tuis in remp. litterariam, & huius vicissim erga te meritis, oblata præsertim occasione, peruiam dicenda videntur. pauca, dico, & peruiam: nam omnia & singula curatius velle commemorare perinde sit, ac si quis numerare tentet,

Quot noſtra hyberni veniant ad litora fluctus.

Vt igitur intimam tuam ex ſtudiorum animique ſimilitudine in diſſimili vitæ genere ortam amicitiam cũ clariſſimo illo Germaniæ lumine, Ioachimo quondam Camerario mittã, cuius in eximijs illius maximi viri ingenij monimẽtis crebra exſtant, exſtabuntque omni tempore teſtimonia; quæque nunc ab eo, tamquam hæreditate, cum eruditionis, humanitatis, probitatis laude, ad filios eius Ioachimum nobilem medicum, & Philippum clariſſimum I. c. (Ludouico nuper inmatura morte e viuis magno tuo, & bonorum omnium luctu, ſublato) ante alios tranſijt. vt Ioannem Sinapium in vtraq; lingua & arte item medica cum laude ſumma verſatum, vt ſexcẽtos alios viros eximiè doctos tam Germanos, quam exteros præteream, quibus in amicitia & clientela tua certiſſimum ſemper fuit non præſidium ſolum, verum decus etiam, atque ornamentum: an non Petrum Lotichium Secundum, quo virũ meliorem, medicum peritiorem, poetam elegantiorem, & ad Tibulli virtutes propius accedentẽ, aut, verius vt dicam, cũ Tibulli (poetarum in ſuo genere omnium, quot vſquam ſunt harum rerũ intelligentes, iudicio cultiſſimi, & puriſſimi) virtutibus felicius certantem, contendentemque ne ſtudiorum quidem liberalium illa mater Italia vmquam tulit; an non hũc, dum vixit, ita prouexiſti, auxiſti, ornaſti, vt ſe dignitatẽ ſuam, honeſtiſſimo Heidelbergæ ſtipendio in collegium artis medicæ profeſſorum cooptatus, vni tibi debere

bere ſemper, quemadmodum non inuitus, ſed vltro,& ſponte ſua,ita verè,publicè priuatimque apud omnes omnium ordinum homines profiteretur? te vnum vt antiquorum morũ, doctrinæ,& fidei ita admiraretur,vt quem tibi ex huius noſtri æui heroibus compararet,vix vnum,& itẽ alterum commemoraret: quem vero anteponeret,haberet plane neminem? Equidem quotiens epiſtolas illas lego, (lego autẽ non inuitus quam ſæpiſſimè) quibus tu & idem Lotichius inter vos ſalutare ſolebatis, totiens admirari cogor egregiam illam tuæ naturæ bonitatẽ, & ingenij vim, quibus homo hominum in reip. negotijs quam maxime arduis occupatiſſimus alioquin, eam ad bene ſcribendi facultatem perueneris, qua haud ſcio an multi noſtro tempore prædíti ſint ex illis, qui procul a rep. in otio litterario dediti planè ſunt, & omnem in ſcholaſticis exercitationibus vitam conterunt. Etſi tu,benigniſſime patrone, ne hic quidem tibi ſubſiſtendum putaſti.verum, vt quantum ſoluta oratione,tantum pedibus adſtricta quoque polleres,eniſus, eos heîc quoque progreſſus feciſti, vt ſi ratio dignitatis, & negotiorum tuorum tuliſſet, magnus in hac quoque, & non e vulgo, aut triuio aliquis futurus fueris. quam ego tuam felicitatem genij,& ingenij leuiter delibaſſe contentus, quia neq; dignè hic a me ſatis laudari poteſt; neque tu,qui,vt ante quoque innuere memini,laudanda ſemper facere, quam laudari maluiſti, vt poſſet maximè, fieri id a me paſſurus videris, lubenter mitto; & ad tua in vi-

tos ſupra ceteros eruditos merita redeundo, à Petro Lotichio, inſigni medico, & poëtarũ principe, ad Ioannem Poſthium, qui in vtraq; facultate Lotichius adeo alter haberi iure poteſt, & debet; quiq; tibi ab eodem Lotichio moriente tantum non per manus traditus eſt, tranſitionem faciam, quis neſcit, ita te eum ab illo iam tempore, quo ſe primum bona ſua fortuna tibi inſinuauit, omni officiorum & beneficiorum genere complexum, vt nihil in eo tuendo, ornandoq; reliquum tibi hactenus faciẽdum putaris? cuius rei ille vir optimus & gratiſſimus ſemper vbique memor, quemadmodum vitam poſt Deum parentibus, ita lubentiſſimè vni tibi vitæ commoda, fructus, ornamenta deniq; debere prædicat: in Italia, Gallia, Belgica tuis ſumtibus ſuſtentatus, tuis opibus ad ſummum in re medica faſtigium euectus: atq; hodieq; vt poëtices gloria, ita medicinam faciendi arte vbiq; celebris, in benigniſſimo patrocinij tui ſinu acquieſcens. ſed nec his talibus hominibus ſalutarem tuam dexterã porrexiſſe contentus, eandem illam etiam ad Iulium Micyllum, Ioannem Matheſium, Paulum Meliſſum extendiſti: viros; verũ nomina cum poſui, ſat eſt. & alioqui; ampliſſima in toga functio, cui primus in aula Palatina præeſt, honorificentiſſimo Cancellarij titulo; penſioneq; annua ſatis magna euocatus Heidelberga, in cuius vrbis litteratiſſimo gymnaſio medicinę iam profeſſorem agebat, in Pruſſiam ſecundus, vbi nunc illuſtriſſimi eius Principis archiater, cum magna ſua laude

laude artem, cuius antea professor fuerat, exercet; princeps deniq; poëtarum nostri sæculi merito audiens tertius, satis loquuntur, vel me tacente, & quo tu iudicio beneficia dare soleas, & quantũ tibi debeant primum ipsi illi tales viri, in eo tãto fastigio per te potissimũ (quod tuis facultatibus adiuti in Italiam, & Galliã tanquã ad mercatum litterarium profecti sunt, & inde summũ decus ad æternam cum sui tum tui quoq; nominis gloriam in Germaniam patriam suã reportãrunt) collocati; deinde omnes hi, qui horum opera aut contra iniuriam tutiores, aut a morbis securiores, aut deniq; apud posteros fama nominis celebriores erunt; postremo ipsæ etiam litteratæ litteræ, quas in incerto adeo relinquitur magisne ipsi ornent, an ab eis ornentur. Vt igitur Mæcenatem equitem Tuscum, cui prolixa & perpetua in bonas artes, & Musicum præcipuè studium voluntas immortalitatem præstat, nulla vnquam ex ore doctorum tantum & bonorũ virorum delebit obliuio; sic de ERASMI NEVSTETTERI equitis Franci quoq; hac parte laude nulla vmquam ætas conticescet. Quo magis gaudeo, gratulorq; ipse mihi, in hunc me tuum portum tranquillissimum post multas & maximas tempestates, fortunarumq; ex bona parte naufragium esse delatum, Patrone optime, vbi iam tertium annum in studijs hisce melioribus ita conquiesco, vt faciendum mihi non existimauerim, quin, publicè idem hoc testatus, aliquam vicissim tibi grati animi significationem darem, publicando (quia, vt nescio qui recte ait, tem-

pla dijs consecrare conuenit, viros vero eximios decet librorum dedicatione honorare. τὰς μὲν γὰρ τοῖς θεοῖς προσήκει καθιερῦν, τὰς δὲ ἄνδρας τὰς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν) in amplissimo & laudatissimo nomine tuo hoc qualecumque rude, & impolitum opus, quod si nihil aliud, certe turpissimam a me achariſtiæ notam amoliretur. Accipe ergo, splendidissime STVRMERE, Nouantiquas has nostras debitum, non munus: quippe quas subcesiuis horis, te mihi ocium faciēte, scripserim, per epistolas potissimum, si forte huius quoque consilij rationem quæris, quia putabam tædiosam alioqui lectu, & fastidij plenam materiam, qualē fere hoc perpetuo libro pertractandam suscepimus, gratiorem in manus oculosque hominum venturam, si non continue absolueretur, sed varijs ad varios, de rebus tamen nō nimium a studijs remotis, per litteras digressiunculis interpolaretur. Sunt igitur Epistolę, quas tibi offerimus, NEVSTETTERE amplissime, in quîs compluria veterum scriptorū loca aut correctorum temeritate, exscriptorumue negligentia corrupta, aut ipsa tēporis diuturnitate, & longæ vetustatis carie adesa, pristinæ integritati restituere conamur: pauca omnino, imo perpauca ariolantes, pleraque adiuti membranaceis manu exaratis codicibus (quos, ne ambigua hic fides mea apud aliquē forte esset, tam personato hoc præsertim seculo, quo plærique ea laudant exemplaria, quæ vt numquam fuerunt, ita nusquam sunt, suis locis disertè, vbique a quibus illis vsus

sim

ſim adiecto, laudo) aut ijs ſaltem vetuſtè impreſſis, qui manuſcriptorum vicem haberi mererentur. quorum vt primum ab ingenio, ita alterũ ab induſtria, vtrumq; a iudicio eſt. a quo quidem iudicio ſi interdum, vt ſæpe; * ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων, aut potius, ſi frequẽter laborare quibuſdam videbor, quæſo, rogoq; peccata mea corrigant, &, quam volui quidẽ, ſed potui minus, ipſi gratiam a rep. litteraria ineant. cui ſi quis parum conſuli his talibus minutijs, quæ nõ niſi circa litteras, ſyllabas, verba verſentur, putet; næ, is male mihi meminiſſe videtur, & quantũ ſæpe rei ignoratio in grauiſſimis iuxta, & hiſce humanioribus noſtris diſciplinis damni dederit, quotq;, & quales errores pepererit, & rem, cũ verbis ſignificetur, ignorari neceſſe eſſe, ſi verba corrupta, interpolata, &, quod ſæpè, in aliam a mente auctoris ſui ſententiam detorta ſint. recte igitur illi, qui, cum omne quod dicitur ex re, & verbis conſtet, nõ minorem verborum, quam rerum rationem habendam ſtatuerunt. ſunt enim, vt rectæ ijdem cenſent, verba velut imagines rerũ, quibus confuſis, confundatur & totũ ſchema neceſſe eſt.

* *aliorum medicus ipſe eget ope.*

Ergo exigua licet hæc, & minuta; quia tamẽ eiuſmodi ſunt, vt niſi obſeruata fuerint, & vbi vſus exigit in melius mutata, lectio inoffenſa procedere non poteſt, conſulentur, ſpero, boni qualia qualia a non nimis dilicato lectore, ſemper memore, nullum a me cuiquam præiudicium hic afferri, ſed totius huius libri cẽſuram doctorum, & bonorũ ſimul virorũ iudicio ſubijci. In quo qui-

dem libro si quis multa inania, plæraq; pene putida, quædam etiam falsa cõtineri dixerit, vt cum illo pignus haud dabo, sed verum eum hic dicere fatebor: ita hoc mihi vicissim ab eo cõcedi postulabo, non nulla certe, imo adeo non pauca contra esse in eisdem hisce Epistolicis lectionibus talia, quæ homines ab humaniorum disciplinarum studijs non omnino alienos nõ tantum oblectare, verum etiam ad intelligentiam veterum scriptorum quorumdam adiuuare possint. plura addere nec volo, nec possum, nec debeo, vt ait ille. quippe qui de alijs securus, hæc mea vni tibi, ERASME NEVSTETTERE, Patrone benignissime, probare studeam; quẽ ego hercle satis scio, pro sua erga me semper humanitate, non summo iure mecum vbiq; acturum, aut rigidi in me censoris stilum destricturũ, sed laudes mihi meas gratulaturum, culpas non imputaturum. In quo omine desino etiam, illud a Deo opt. max. omnibus votis contendens, vt te commune in his oris bonorum & doctorum omnium virorum rebus creperis, afflictisque perfugium; meum vero singulare præsidium, & præcipuum vitæ ornamentum, diu etiam reip. amicis, & nobis clientibus tuis, atq; in summa omnibus virtutis, & bonarum artium studiosis superesse velit. Vale.

IN

IN FRANCISCI MODII LECTIONES Nouantiquas IOANNES POSTHIVS Archiater Wirzeburgicus.

Ecce NOVANTIQVAS MODIVS *tibi, candide lector,*
Dat Lectiones. Ecquid hoc
Nominis est, inquis: noua cur antiqua vocantur?
Iunguntur hic pugnantia.
Auribus illa quidem noua sunt rudioribus: atqui
Antiqua doctioribus.
Qua ratione rogas? olim quia talia ab ipsis
Profecta sunt auctoribus.
Partim his longa dies nocuit, temeraria partim
Nocuit manus librarij.
In lucem ergo nouam reuocata antiqua, vocari
Voluêre vtroq; nomine.

Idem.

Dum studio, FRANCISCE, *tuo, curaq; fideli*
Emendas veteres restituisque libros:
Horum credibile est manes gaudere sepultos
Auctorum, ac Genio se insinuare tuo.
Dumq; eadem celebras opera tot clara virorum
Nomina, quos viuos gloria ad astra vehit:
Hos quoque vel numquam visos tibi reddis amicos,
Fautoresque tui, docte Poëta, operis.
Qui benè de viuis, benè de, FRANCISCE, *meretur*
Defunctis, magno est proximus ille Ioui.

In Fr. Mod. Novant.

PASCHASIVS BRISMANNVS I.C.& in Imp. Cam. Aduocatus.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus,
Antiqua noſcere hunc iuuat:
Ille nouis inhiat, ſtudioq; reperta fideli
Recens, in vnum colligit.
Nemo repertus erat, ſtudio qui anteiret vtroq;,
Vtriſque qui faceret ſatis.
FRANCISCVM *Francis* MODIVM *modo Diua ſenilis*
Dedit ingenI Muſa iuuenem.
Quo monſtrante viam NOVITAS ANTIQVA *reperta eſt,*
NOVA *& reperta* ANTIQVITAS.
Hũc lege, ſi quis amas antiqua: hunc, ſi qua nouorũ
Eſt cura. iuuenum vel ſenum
Nullus erit, iuuenẽ hunc ſtudio qui anteibit vtroq;,
Qui vtriſque ſic faciet ſatis.

Idem.

Te, te agris ſtupuere ſuis docto ore canentem
Et Belga & Francus, hoſpes hic, ille parens.
Te iuuenem facie, arte ſenem, iuuenesque ſeneſq;
Mirati, ad numeros erubuêre tuos.
Quin apud Elyſios veterum turba obſita vatum,
HIC ERIT HIC PER QVEM RESTITVEMVR, ait.

Idem adhuc.

Gratior iſta fauis, qua miſcuit vtile dulci
Atque antiqua nouis, gratia Centuria eſt.

Grata

Grata ista, at magè grata tamen, si structa legetur
Myrias, aut saltem Chilias arte pari.

NICOLAVS REVSNERVS I.C.
Anteceſſor & à Conſilijs reip.
Argentinenſis.

Antiquum ſimul eſſe quid, nouumque,
Dic FRANCISCE *poteſt? an hocce non eſt*
Monſtri perſimile? omne, ſi quid vſquam eſt,
Quod natum eſt, ſemel occidit, nec vſquam eſt.
Nam quis credat anum, ſenemque poſſe
Sic rurſus iuueneſcere, ac renaſci;
Mox vt fiat homo quaſi nouellus?
At tu, docte MODI, *nouator ipſe*
Priſcorum potes eſſe tot virorum:
Quorum verba nouam reducis, olim
Antiquata vel obſoleta prorſus,
In lucem: decus vt ſuum receptent,
Inſtar & valeant probæ moneta.
Hoc MVRETVS *idem* MANVTIVS*que,*
Hoc VICTORIVS, *hoc & ille cenſor*
IVSTVS LIPSIVS, *&* IOSEPHVS *ille*
Præſtat SCALIGER: *hoc & omnis huius*
Æui denique turba doctiorum.
Nam cunctos memorare quid neceſſe eſt?
O miram ingenij ſagacitatem!
O artis lepidæ catum magiſtrum.

PAVLVS MELISSVS FRANcus, Comes Palatinus & Eques, Ciuis Romanus.

Diversa *vita negotia inter*
Et ſtudia & mores, queis capimur, Modi,
Hac grata cura eſt, poſſe doctus
Scilicet invigilare Muſis,
Rerumque cauſas originemque
Elicere abſtruſam; & nunc penitrare ſe
In cælum, & aſtrorum meatûs
Mente animi; modò ſubter undas
Terræque centrum, modò extima ultra
Cælicolûm altorum templa reducere
Senſu profundos, præſciaque
Fatidicâ ratione Sortis
Arcana rimari; & intimarum
Notitiam rerum, qua pote, apiſcier.
Tu quid laborata Minervæ
Ingenio, aut operoſiore
Molire conamine? In ſacrati
Vertice Parnaſſi non puto ſomnias
Francisce, *nec condormientem*
Endymiona ſopore lento
In Latmij montis æmularis
Culminibus: Lynceis verùm oculis pigri
Sollers veteris vela & umbras
Dum cutis, & nebulas volantes
Cum occupati labore magno
Pallad' ij ſectum numinis entheum.
Sic atra nubium notharum
Sol radijs fugat actuoſis.

Tu

Tu lumen auctoribus vetustis
Ecce recens præfers, ac veteri novam
Splendoris adlucere tendis
Rite facem Latiæ loquellæ:
Quali tibi anteisse claret acer
LIPSIVS, *arguti præditus ingenî*
Acumine, orâ (quantacumque est)
Belgiacæ geniale sidus.
Atqui quiete otioque abundas;
Corda serenari queis liquidò autumem,
Rixæ forensis litiumque
Et strepitûs vidua insolentis.
Iam te latebrosa Nympha MÆNI,
Liber & adjuncto cum Lare POSTHII
Miratur, haud potum, sed usque
Sobrium, & adsiduæ lucernæ
Adfixum: item te Dryas prope antra
COCCIA *miratur, non sine Oreadum*
Choro decenti, quâ superbas
STVRMERIVS *tenet usquequaque*
Apollo sedes, & elegantem
Congeriem doctorum in pluteis locat
Mille & trecentorum librorum
Amplius. Heic benefacta nostri
Laudas patroni, illiusque cantas
Lætus iter priscorum arva per Ausonum,
Et regna Celtarum; suosque
Incolumem reditum ad Penates.
Natalis horam annuam diei
Carmine festivo dum celebrare amas;

Tibique & illi se favore
Insinuat Genius benigno.
Hæc inter oblitus haud es ipsum
FRANCONIÆ *insigni dicere principem*
Versu, peroptatum Camenis
Præsidiumque decusque, nullo
Tacendum ab ævo: neque es merentes
Immemor ECHTEROS *sidereis poli*
Æquare flammis. Pan quid autem,
Mænala Franciacis viretis
Mutasse dictus? quid ipse Daphnis?
Quid Beroë nullo tacta Cupidine?
Nea ra quorsus? Luciaque
Effigies quid, Amorque sanctus?
Hæc cuncta vivent, MODI *poëta,*
Tuque in eis vives; ut mea, qua flagro,
PALLANTIA *æternum libellis*
Nomen habebit in auguratis.
Matura enim scripta vestra, quæ non
Insubidè luci dat stylus, oppidò
Concinnus, ætatem necesse est
Ipsa ferant diuturniorem.
Macte esto virtute! jam coronam
Ipse tibi spondet Phœbus idoneam
Vivacis ex decóre lauri,
Sive oleæ, viridisve myrti.
Ex te (quod o utile & bonum sit)
Maxima quamvis est urbs aliàs, tamen
Grandescere hinc porró paterna
Occipient, tua vita, BRVGÆ.

CON-

CONRADVS LEIVS.

MODI, *te perhibent foràs daturum*
NOVANTIQVA; *quid obsecro id libelli est?*
An, quales tuus exhibet libellos
IVSTVS LIPSIVS; *ille saeculi ocellus,*
Ille flos hominum disertiorum;
CANTERque *tui*, GIPHANIique:
Noctem qui remouent, diem reducunt
Libris, aurea saecla quos dederunt.
Talem credo equidem, MODI, *libellum,*
Ni fallor nimis, & tuum futurum.
O quam discupio hunc breui videre!

Idem.

NOVANTIQVA *vides, benigne lector.*
Quid libri, tituli quid hoc, quid, inquis?
Si res ipsa noua est, tibi ne priscam,
Sin est prisca nouam lubet vocari?
Antiquata nouat, nouata tollit
Auctorum veterum, & librûm vetustûm,
Hoc est, hinc maculis probè reterſis,
Atque erroribus omnibus remotis,
Quotquot his vel edax edacis aui
Dens, vel barbaries inusſit audax:
Diuina ingenij sagacitate
Illos restituit suo nitori.
Aurum sic vetus ignibus recoctum
Nouum dicere, sic nouas solemus
Gemmas perueteres, modo expolitas.
O librum aureolumque gemmeumque!
O gemmis preciosiorem & auro!

In Fr. Mod. Novant.

IOHANNES WEIDNERVS.

Ausoniæ quondam laus non fuit vltima terræ,
Militia claros progenuisse viros.
Atque etiam tales, quis Musæ, & Apollinis artes,
Perpetuæ curæ deliciisque forent.
Sic quoque magnificos Belgæ *meruere triumphos,*
Doctrina clari, militiaque viri.
Laus igitur duplex nunc est communis vtrisque:
Avdendo qvid non, æmvla fama, facis!
Lumina Belgarum totum micuere per orbem:
Lumina quæ Phœbus Pieridesque colunt:
Vt duo Canteri, Torrentivs, *atque*
Mekerchvs,
Lipsivs, Ortelivs, Nansivs & Crvqvivs.
Dovsa, Gisellinvs, Pighivs, Lernvtivs, *& cum*
Giffanio & Schotto Goltzivs & Parivs.
Hosque inter Modivs *Flandrorum gloria gentis:*
Qui numeris certat, docte Catulle tuis.
Eruit a nocuis corrosa volumina blattis:
Corrigit ingenij & dexteritate libros.
Nam quid Epistolicis (Antiquis dum Noua mutat,
Atq; Antiqua Nouis) non ferret ille decus?
Crede mihi, viuet tua gloria quolibet ævo,
Viuet crede, Modi, *tempus in omne mihi.*

GRE-

GREGORIVS BERSMANVS.

Pectoribus mores quia non sunt omnibus idem,
Hinc hominum non est omnibus vnus amor.
Hos nouitas oblectat, vt est gratissima rerum:
Simplicitas illos prisca iuuare solet.
Viderat hoc prudens MODII *solertia vatis:*
Quis vetat? ambobus gratificemur, ait.
Inde NOVANTIQVAS *mira sic temperat arte,*
Vt nouus antiquis concilietur honos.
Sed nunc qui nouus est, vetus hic erat ante poetis,
Hac sibi qui MODII *restituuntur ope.*
Macte noua antiqua iuuenis virtute, recenti
Antiquos æquans laude, premensque nouos.

HENR. PETREVS H. AD HENR. RICHELMVM, I.C.

Vis noua? vis antiqua? vides antiqua novorum
Plena; vetustatis plena, Richelme, nova.
Edidit hæc, animo iuxta præclarus & ortu,
Ingenuæ, MODIVS, *dexteritatis opus.*
Parva dedit; maiora dabit, tineisq; repressis
Nulla sinet veterum scripta pati cariem.
Quippe minor non est virtus antiqua tueri,
Quam producendis invigilare novis.

In Fr. Mod. Nov. Epigr.

FRID. SYLBVRGII.

Ἡ βίβλος τί ἔχει; ἀναγνώσματα καινοπαλαιά.
Πῶς δ' ἅμα καινὰ ἔχει ἀναγνώσματα ἠδὲ παλαιά;
λοξοῖς γὰρ δοκέεις γρίφων αἰνίγμασι παίζειν.
Οὐ λέγω αἰνιγμοὺς, μέλα δ' ἀτρεκέ' ἐξαγορεύω.
πολλοὺς συγγραφέων ἐμμέτρους τ' ἠδὲ ἀμέτρους,
αἱ τῶν χαλκογράφων παλάμαι, πινυταί πρὸ ἐοῦσαι,
φθεῖραν ἀεικελίως, καὶ πλάσμασι καινοτόμοισι
τῶν πάλαι ἐκδόσεων ἐπεὸν νόον ἐξενόθευσαν.
Τούτων παμπόλλας γνώμας βίβλος ἥδε διορθοῖ,
ἔν τε νεογράπτοις σελίδεσσι παλαιοχαράκτων
βίβλων τὰς λέξεις πιστοῖσι χαράγμασι φαίνει·
καινὰ ὁμῶς προφέρουσ' ἀναγνώσματα, ἠδὲ παλαιά·
Τοῖς νῦν τοῖς τε πάλαι κεχαρισμένον ἀνδράσιν ἔργον.
Τίς δὲ ὁ συγγράψας τὴν βίβλον; τίς, πόθεν ἀνδρῶν;
Φραγκίσκος Μόδιος, κλεινὸν γῆς Φλανδρίδος ἔρνος,
τῶν τε παλαιγενέων ζηλώσας ἴχνεα φωτῶν,
τῶν τε νεωτερικῶν μιμούμενος ἀγλαὰ ἔργα,
δὴν περινοστήσας νηρίθμους βιβλιοθήκας,
κάλλιμά τ' ἐκ πασέων πινυτῇ χερὶ ἄνθεα δρέψας,
ἀνδράσι φιλολόγοισι πρόφρων τόδε δῶρον ὀπάζει.
Τοῖα δὲ καὶ τὸ πάροιθ' ὁμοεθνέες ἄνδρες ἔγραψαν,
Νάννιος Ἀλκμαριεὺς, Λεόπαρδος, Καντέριοί τε
ἄμφω, Καρρίων, Γυλιέλμιος, ἔξοχά τ' ἀλλῶν
Λίψιος, οὗ λαμπρὸν κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.

IN.

INDEX EPISTOLARVM.

Abrahamo Ortelio Geographo Regio LXXIIX.
Adolpho Mekercho Flandriæ Præsidi XVI.
Adolpho Occoni Archiatro Augustano CXI.
Adolpho Scheiffarto à Merade Bornhemij domino XXII. CXXIIX.
Adriano Scheiffarto à Merade n.a. IIX.
Alexandro Schotto n.v. CIX.
Andreæ Schotto philologo LXXI. CXXX.
Annæ Pallantiæ nobili virgini XII.
Arnoldo Amedæo n.a. CX.
Arnoldo Manlio Med. LXIIX.

Bonauenturæ Vulcanio philologo XC.

Carolo Clusio M. & H. XLIV.
Carolo Egmondano Comiti I.
Carolo Sigonio Oratori & Historico XIX.
Carolo Vasoldo I.C. XCI.
Carolo Vtenhouio Nieulandiæ Domino LIII.
Christiano Egenolpho XXCI.
Conrado Dinnero I.C. LVI.
Conrado Leio Theologo XXC. XXCIIX.

Danieli Prinzio I.C. XXIII.

Eliæ Coruino I.C. CIV.
Erasmo Neustettero cognomento Sturmero Præposito Combergensi, Equiti Franco XXI. XLI. LXI. XXCII. CVII.
Euchario Seefrid. Med. LXXIII.

*Ferdinando à Thoneck n.v.*XLVII.
Francisco Nansio apud Franconates Senatori P P. V.XXXVII. CXXIII.
Francisco F.F.Nansio LIX.C.
Francisco Rassoni Gothardo I.C. CXXI.
Frederico ab Eib Equiti Franco LII.
Frederico Sylburgio Philologo CXXV.
Fuluio Ursino Antiquario & Philologo LXXII.

Gabrieli Roelandio I.C. CXXIX.
*Georgio Christopharo Heusio n.p.*XXCVI.
Georgio Duzelio I.C. CIII.
Georgio Ludouico Hutteno Equiti Franco LIV.
Georgio Rattallero Traiecti ad Rhenum Praesidi XXXIIX.
Godeschalco Steuuechio Philologo LXVII.
*Gregorio Bersmano Philologo & P.*LXIII.XXCIII. CXVI.
Guidoni Laurino Clincquerlandij & Erckegemia Domino XIII.

Henrico Petreo Philologo XXXIV. CXXII.
Henrico Stephano Philologo LXXIX.
Herculi Ciofano I.C. LV.
Hieremia Baunnachio I C. CXIV.
Hieronymo Berchemio I.C. XI.LXXVII.CXXIV.
Hieronymo Haghio XXCIV.

Iacobo Campio I.C. Decano Bonnensi CXXVII.
Iacobo Cruquio Philologo XCIV.
Iacobo Didymo I.C. XCV.

Iacobo

Iacobo Monauio I.C. L.
Iacobo Pamelio Theologo CI.
Iacobo Susio n.v. XXIIX.
Iano Douzæ Nordouici domino XXIX.
Iano Gulielmio Philologo & P. XXV.CXIIX.CXXXI.
Iano Lernutio Philologo & P. XV.LXIX.
Iano Palmerio Philologo XXVI.
Ioachimo I.F. Camerario Archiatro Norembergensi V I .XLVI.LX.CXX.
Ioanni Abati Banthensi Administratori ZWartzacensi X I V.
Ioanni Arnolto Zetuitzio Equiti Franco XL.
Ioanni Castelio Philologo CXV.
Ioanni Christophoro Neustettero cognomẽto Sturmero Canonico WirizeburgensI XVII.
Ioanni Ellingero XLIII.
Ioanni Liuineio Philologo CV.
Ioanni Metello Sequano I.C. LXII.
Ioanni Philippo Gelcero I.C. CXVII.
Ioanni Posthio Archiatro Wirtzeburgensi & P. II.XX.XXXIII.XLII.LXV.XXCIX.XCVII.CXXXII.
Ioanni Sambuco Med. Historico & Consiliario S. Cæs. M. X I IX.XLV.
Ioanni Weidnero Philologo XXXI.LXXV.CXIX.
Iulio Micyllo I.C. Cancellario Pal. CXIII.
Iusto Lipsio I.C. Philologo & Philosopho III.XXX. L I IX. XCIX.

Leuino Torrentio a.v. Brabantiæ Archidiacono XLIX.
Lamoraldo à Claerhout Maldeghemiæ Baroni VII.

Marco Antonio Mureto I.C. Oratori & philologo LXXIV.
Martino Cruſio Philologo & Hiſtorico LXXVI.
Melchiori Hittorpio Theologo CVI.
Melchiori Weiſſenbergero I.C. CXXVI.

Nicolao Curtio I.C. CII.
Nicolao Reuſnero I.C. philologo & P. XXIV. LVII.

Oberto Giſanio I.C. & philologo XXCVII.

Paſchaſio Briſmanno I.C. & P. XXXVI. CXII.
Paulo Meliſſo Comiti ſacr. pal. Eq. Cæſ. et Ciui Rom. XXXII. XCII.
Philippo ſ. F. Camerario I.C. XXXV. XXCV.
Philippo de Croy Sempyæ Baroni IV. (*nis* X.
Philippo & Richardo à Merade Dominis à Freeſ-
Philippo Michaeli Beuthero XCIII.

Raimundo Pio Fichardo I.C. XXXIX.
Remberto Dodonæo Med. Cæſ. LXVI.
Roberto & Ioachimo Mathanis CIIX.

Sebaſtiano Neuſtettero cognomento Sturmero Equiti Franco IX. XXVII. LI.
Stephano Pighio C. V. XCVI.
Suffrido Petro I.C. LXIV.

Theodoro Cantero V.C. XLIIX.
Thomæ Popelio Theologo XCIIX.

Victori Giſelino Med. & philologo LXX.

IN-

INDEX AVCTORVM QVI IN *his Nouantiquis præcipuè ſupplentur emendantur notantur.*

Calpurnius Siculus bucolicωn auctor Ecloga.1. Epiſt. cv.
Ecloga.2. Ep. xliii & cv.
Ecloga.3. Ep. xliii.
Ecloga.4. Ep. xvii. lxiix. xciii. cxxiv.
Ecloga.5. Ep. xvii.
Ecloga.6.&.7. ci ix.
Cato Originibus Ep. xliix.
Cenſorinus de die Natali. Cap.1.2.3.4.5.Ep.vi. lvi. lxvii. xxcii. Cap.6. Ep.vi. Cap.7.9.11. xxxv. Cap.12.13. xxcix. Cap. 14. vi & xxvii. Cap.15.16. 17.19. xiv. xlii. xlvii. Cap.20.21. 22.24. cxxv.
Cicero Catilinaria. 1. Ep.v & cxiii.
Catilinaria.2. Ep.civ.
pro Deiotaro Ep.cxxxi.
pro L. Manilia Ep. xxxii. lxix. xcvii. cxxix.
pro M. Marcello Ep. cxxxi.
pro Milone Ep.xxxix. xlv.
pro Q. Ligario Ep.xxcvii.
Fabius Fulgentius Planciades Mythologiarum lib. 1. lx 1. c.c xiix. cxxviii.
lib.3. Ep. 1 x. lxi. cxii.
Hyginus Aſtronomicωn
lib. 1. Ep.x 1.cxvii.
lib. 2. Ep.x 1.cxvii.cxxi.
lib. 3. Ep.lx. lxxiii. cxxi.
lib.4. Ep.xxxvii. lx.

Latinus Drepanus Pacatus panegyri Theodosio dicta Ep. XXV & LXXIX.
Lucanus Pharsaliæ
lib. 1. & 2. Ep. XXC.
lib. 3. Ep. LXV.
lib. 4. Ep. XXC.
lib. 7. Ep. XXIV.
lib. 8. Ep. XCV.
lib. 9. Ep. XXIV & CXIX.
lib. 10. Ep. CIII.
Liuius lib. 1. & 3. Ep. XXX.
lib. 136 apud Censorinum Ep. VI.
Macrobius in somnium Scipionis
lib. 1. Ep. IIX. XL. LXXII XXCIV. XCI. CXIV.
lib. 2. Ep. XX. XL. XCI. CII.
Mamertinus panegyri Iuliano dicta Ep. XXV.
Martialis lib. 1. & 2. Ep. XXXIII.
lib. 3. 4. Ep. XXXIII. & CIX.
lib. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Ep. XXIII.
lib. 11. & 12. Ep. CIX.
Nemesianus Eclogis 1. 2. 3. 4. Ep. XCIII & CIIX.
Ouidius Fastorum lib. 1. & 2. Ep. LXIII.
Panegyris dicta Constantio F. Constantij Ep. XXV.
Plebiscitum vetus apud Censorinum Ep. XIV.
Plinius Secundus Epistolarum lib. 1. 2. 3. Ep. CVII & CXXII. lib. 4. 5. 6. 7. 9. Epist. XII. LI. XCII. CXXII.
Propertius lib. 1. 2. 3. 4. Ep. XIIX.
Quinctiliani de Oratore dialogus Ep. XV.
Seneca libris de Beneficijs

1 & 2. Ep.xxix.
3 & 4. Ep.xxcv.
de Clementia lib. 1. & 2. Ep.xxi & xlix.
Epistolis Ep.ii.xxi.xxxvi. liix. lxx. cxi. cxvi.
cxx.cxxiii.cxxvii.cxxx.cxxxii.
Seruius in Virgilium Ep.xxxix.
Silius Italicus libris
1. Ep.xli.xlvi.lvii.xxciii.xciii.
2. Ep.xxxiv.xli.lxxvi.xxci.xxciii.
3. Ep.xxxiv.xciix.cvi.
4. Ep.xvi.xxvi.lix.lxvi.xxciix.xc.
5. Ep.xvi.xlvi.liix.cx.
6. Ep.xxii.lxiix.lxxi.xxci.
7. Ep.xvi.xxxi.lxiix.xciv.
8. Ep.xxiix.xliix.xxcvi.
9. Ep. i.l.xxcvi.
10. Ep. i.xiii.
11. Ep.xiii.lxiv.ci.
12. Ep. i.xxxiix.liii.lxiv.
13. Ep.xxxiix.xliv.lxii.lxxiix.
14. Ep.xliv.
15. Ep.iv.vii.x.cxv.
16. Ep.xix lv.lxxiv.
Statius Papinius Surculus.
Achilleidos libro 1. & 2. itemque
Thebaidos libris 1.2.3.4.7.8.10.11.Ep.lii
Tacitus Annalium.
lib. 1 2. 13. 14. Ep.v. & xcix.
lib. 15. & 16. Ep.xv.
Historiarum lib. 2. & 4. Ep.xv & xcix.
de moribus Germanorum Ep.xv.

Valerius Maximus libris
1. Ep. LIV.
2. Ep. LIV & XCVI.
3. 4. 5. Ep. XCVI. & CXXIIX.
9. Ep. CXXIIX.
Varro de ſcenicis originibus apud Cenſorinum Ep. VI.
Vegetius de re militari lib. I. Ep. CXI.

SVMMA EPISTOLARVM.

I. Aſſidet arces. aſſeſſi muri. conſul non deſinit iræ. Mincius. Quercens. Silius Italicus duobus verſibus auctus, paſſimq; libris IX. & X. emendatus.

II. Strigare. Cuſtodia provincto. hàc abierit. duci. Seneca philoſophus Epiſtolis aliquammultis locis notatus.

III. Ara Vbiorum vbi olim fuerit. de ea Iacobi Campij I. C. ſententia. Vetera quæ. Bonna olim opidũ Caſtro-bonnenſe vocatũ. Æſculapio fana vbi fieri ſolita. Martis militaris Bonnæ templum. Mars vltor. Auguſtus templa & ſacerdotes apud quos habuerit. Fortunæ Salutares. duæ inſcriptiones antiquæ.

IV. C. Silij Italici de bello Punico ſecũdo liber XV peruiam emaculatus.

V. Eluſtrare. luſtrare. Fortuna pop. Rom. an Fortuna reip. Ciceronis prima Catilinaria percurſa.

VI. Vndequadraginta, vndequadrageſimus &c.

an

an vnum de quadraginta. ſæculares ludi quoto anno relati: eorũ curatores xvviri. Cenſorinus de die Natali; & apud eum Varro Liuiuſq; variè correcti.

——enaſſet rapidi freta ſæua pericli. Naſidius. tres ſpurij verſus ex Silij lib. xv amoti: idemque ibidem aliquotiens interpolatus. VII.

Naturæ communionem abnuentia. gens nullo commercio volens. Macrobius lib. I. in ſomnium emendatus. IIX.

Iugare. proportio vnius ad duo. Fabij Fulgentij Planciadis Mythologiarum liber III infinitis a mendis repurgatus. IX.

Iterum ex Silij lib. xv duo illegitimi verſus eiecti, alijq; aliquot emaculati. X.

Ariſtæus Actæonis pater. Ariethus Tegeates hiſtoriarum ſcriptor. Hygini Aſtronomicon liber I. hinc inde notatus. XI.

Plinij Secundi loca aliquot ex Epiſtolarũ volumine examinata. XII.

Silius lib. x & xI ſubinde correctus. XIII.

Solarium. horariũ. medI dies. M. Plætorius tr. pl. eius ſcitum. fuat. duo pro duos. anni Auguſtorum. Imperator quando prenomen eſſe cœperit. Octauius quando & a quo Auguſtus ſalutatus. L. Munatius Plãcus. Vipſanius Agrippa. Vlpij & Pontiani itemq; Imp. Antonini Pij & Brutij Preſentis conſulatus in quos annos inciderint. Cenſorinus ſæpiculè a mendis vindicatus. XIV.

Illud breue mortis arbitrium. Sulpicia XV.

Crassi. reprehendere. cognitiones. Tacitus Annalibus, historiarum libris; eoq; qui est de moribus Germanorum; Quinctiliani itē de Oratore dialogus notati.

XVI. Honori & Virtuti ædes cur gemellæ. —inhonoratam Fibrenus perdere mortem Et famæ nudam impatiens. cantus & tactus in venefi-cijs. Silius libris IV.V.& VII.emendatus.

XVII. Gratius, Calpurnius, Nemesianus poetæ quādo vixerint. —turba bono plaudat saginata magistro. terpede læta ferire Gramina. Vrbs æterna Roma. sono is, ere. memoriæ sedes vbi. antestatio. Dic tibi, Nitendum est. Calpurnij bucolica saltuatim correcta.

XIIX. —Diuersos iterū coniungere amantes. via vt iter obscœna significatione. sustineo pro sisto. Natura insidias pontū substrauit auaris. sæpe Venus triuio cōmissa est. —Persen proaui stimulantem pectus Achillis. variantes aliquot in Propertio scripturæ consideratæ.

XIX. —Animiq; probarat Cornipedem. effusæ vires. Silius libro XVI interpolatus.

XX. Sapiens ocium. Ociosæ virtuti an olim Romæ honos habitus. Macrobius lib.II in somniū a leuibus aliquot næuulis emaculatus. Elegia de Nicolai Cisneri I.C.obitu.

XXI. Fueritne Christianus Seneca philosophus. rationis inexperta. miseratio non est sine miseria. vestimentorum vsus in lectis. sanguinem mittere. exstare supra fortunā suam. animum detrahere. Dahæ populi. imperpetuum.

petuum. Seneca de Clemētia & Epiſtolarū libris variè emendatus.

Satias. vitis centurionis inſigne. nimius vitæ. —conamur anheli Tollere clamorē. in prœlia & hoſtem Igneus. attonitus ſerpentis equus. Silius lib. VI cōpluries reſtituitur. XXII.

Quid tibi vel Nioben, Baſſe, vel Andromachen? vapor aridus. concipere vaporem. πυριατήριον Ἀχαϊκόν. vapor pro calore & igne. ſudor aſſus. Securus domino baſia ſola dare. loro remiſſo ſimilis. Lais, Thais. Variantes multæ in Martiale lectiones indicatæ. XXIII.

—Quis pectore tela Tranſmitteret. in Lucano æquè variæ lectiones nonnullæ notatæ. XXIV.

Sinus, carbaſus vitando ſoli. mos deuotionis. lectus Veſtaliū thoris purior. income. in Panegyricis ſcriptoribus coniecturæ quædā. XXV.

—Victus ponere caſtra. ex Silij lib. IV mēdæ aliquot ſublatæ. XXVI.

Seniores & ſenes qui. ludi ſæculares quādo Romæ celebrari cœpti. Ægyptij quomodo deprehenderint hominem vltra centeſimum annū viuere nō poſſe. Notæ aliquam multæ ad Cenſorinum. XXVII.

Mos effigies amatorum domi habendi. vino purgor in amni. ſomnia quando expiari ſolita. Silius lib. VIII præter vnum etiā irreptitium verſum eiectum pluribus locis emendatus. XXIIX.

Spiſſæ. phrygianæ. lugubria. xenia. friuola. χυτάρια. diſſidentia bona. bona valetudo etiam vitijs inexpugnabilis. præ- XXIX.

texta pro magiſtratu. deducere in quatuordecim. Seneca de beneficijs ſaltuatim notatus.

xxx. Cæſaris commentarios cur quidam Iulio Celſo tribuant. Seruius infimi generis hominũ. moror. Nihil vos moramur P.C. ſigna nobis certa acclaraſſis. Iouis nominandi caſu. adijciendæ multitudini pro ad adijciendã multitudinem. erant ſuarum rerum. apiſcor:apiſci. antiquam veterum m.ſſ. codicum ſcripturam in Liuio locis multis reponendum videri.

xxxi. Methymna ferox & ferax. diſpulit haſta Bellantem ſomnum: Silij lib. vii loca aliquot emendata nothuſque ex eo verſus eiectus.

xxxii. Conatus paucula in Ciceronis pro L. Manilia notandi.

xxxiii. Iuſtus eques. cẽſus equeſtris quis. quando mutatus,& rurſus in priſtinum reductus. Lymphatum falernũ. Cras te Cæciliane vocaui. In Martiale quædam ad fidem chirographi exemplaris mutata.

xxxiv. —nefas auerſa mente peractum. —reddentia formã Ora tuam laceras. cornigerum numen. Silius lib.ii.& iii correctus.

xxxv. Septenarij numeri vis. Chaldæi negant ix menſe hominem naſci poſſe. duotoni. Cenſorinus inſigniter ſuppletus,emendatus a gloſſemate vindicatus.

xxxvi. Exigere mores ſuos ad aliũ. quod inter nos ſit. Epiſtolæ Senecæ percurſæ.

xxxvii. Vndeuicies. Phænon Solis an Saturni ſtel-

la.

la. Hyginus Aſtronomicon lib. IV multotiens emaculatus.

Demigrantē Tarpeia ſede tonantem. ſtul- XXXIIX.
taveterum de dijs opinio. euocandi eos ex vrbibus iam iam capiendis ſolenni carmine mos. Tyriorum ridiculum factum. tranſmittūt alno vada. delubra quādo coronari ſolita. Huc vittas caſtumq; refer penetrale parentū. complures ex Italico mendæ elutæ.

Subſidere: ſubſeſſæ: ſubſeſſor. proba- XXXIX.
ri. inſcriptiones & tituli aliquot vetuſti. Ciceronis Miloniana notata; & Seruius in Virgilium obiter emendatus.

Nouari. nouatio lunæ. ſtata ratio. ſol XL.
in æthere quod in animali cor. Macrobius in ſomnium lib. I. ſæpius reſtitutus. epigramma aliquot de vſu & abuſu diuitiarum.

Belgicarum aliquot bibliothecarū perluſtra- XLI.
tio. inualidum. eualidum. Ite citi remis veliſque impellite puppim. equis veliſq; nauibus atque quadrigis. Poenicus ignis. Fides Dea. Zancle eadem quæ Meſſene. Mamertini a Romanis contra Gelonem propugnati. Silius ſex minimum verſibus auctus & paſſim egregiè correctus.

Intercalandi praua Romæ olim licentia. vl- XLII.
troque. religiones certæ cuique menſi. decemeſtres anni. ἄδηλον tēpus quòd. Ad Cenſorinum multæ notæ.

Vrimur in Crocale. figere liba Priapo. XLIII.

grauis annis. habere. ἴχειν. Calpurnius bucolicon ſcripto ſubinde notatus.

XLIV. Macetûm pro Macetarũ. tinguere. reddere fœnus aratris. Dædalea pœna an penna. retibus æquor Verrere. totiens creſcentia tecta. Silius lib. XIII. verſu auctus & ſæpe emendatus.

XLV. Latiaris Iuppiter. in Ciceronis pro Milone quædam in quæſtionem vocata.

XLVI. Latos quatit agmine campos. minitantem vana Caicum. ἀπειλεῖν. litore ab Heſperidũ Temiſus. multa in Silij lib. primo priſtino reſtituta.

XLVII. Calippus Cyzicenus. Biſon & Armenos Ægypti reges. diſſenſio philoſophorũ in numero dierũ anni naturalis. ex Cenſorino mendæ plures ſublatæ.

XLIIX. Coni inplumes. haſta propria Sabinorũ. gentilis Pelaſgorum in aciem prodeundi mos. Sabini vnde dicti. Sanctus Fidius Semo idẽ. Sancus. Sabus. ora puer pulcherque habitum. inluſaque tauro Paſiphae. Galba Imp. ad quos genus ſuum retulerit. Lycios damnãt haſtilibus arcus. acciſæ deſolatæque virorum Eridani gentes. gentile Cethegorum humero exerto pugnare, vnde & cinctuti dicti. viſi buſtis erumpere manes. Silius libro IIX ſexcenties emendatus; leuiſq; in Catonis de Originibus coniectura.

XLIX. In procinctu habere. nihil reip. abraſum. ago. iniurias ſupernè deſpicere. rerũ potens.

Deillij.

Deillij. primæ admiſſionis cohors an cohors prima interioris admiſſionis. amici primæ & ſecundæ admiſſionis, primi & ſecundi loci. Seneca de Clementia notatus.

Mobilis agger. libro Silij IX. quædã ex mem- I.
branis interpolata.

Tres an quatuor iudices Infernales; ac de ijs II.
Plato, & ex Platone Cicero. quod non ætatis maturitate, quam vitæ merebatur. lege quærere. Variantes in Plinij Secundi Epiſtolis ſcripturæ exſcriptæ.

Stãtes vmbrabãt ora Ceraſtæ. Tyrię Phry- III.
giæue ſub vnum Conuerrentur opes. decorũ nefas. exciderunt penultima correpta. demẽtia Phœbi. aris aduerrere crines. afore, nil gauiſa loci. anni tumentes. ligat amplexu. Statij Papinij Surculi Thebais & Achilleis curſim emendatæ.

Aſconius Pedianus æqualis & amicus Silij Ita- IIII.
lici. derepta monilia collo. Silius lib. XII. verſu auctus & ſæpè reſtitutus.

Factum Maſſaniſæ animo, quam Punico ſan- IIV.
guini conueniens. audere prœlium. prædictũ adeo locũ ſepultura poſſedit, legitima intemperantia. diuortia legitima adulteria. Variæ lectiones aliquot in Valerio Maximo indicatæ.

Aſperſus prima lanugine malas. —ad præ- IV.
mia victor Emicat, —impius ignis Diſſiluit, cinereſq; ſimul iacuiſſe negarunt. Ex Silij lib. XVI. menda compluria ſublata, eidemque verſus qui vulgo in editionib. abeſt & deeſt reſtitutus.

LVI. Erichtonius ex Vulcani ſemine humo exortus. admiſſio pecudum. oculi hebdomade octaua ætatis humanæ albeſcunt. Cenſorinus ſuppletus & correctus.

LVII. Letiferum nutant fulgentes vertice criſtæ. —virides auſis anni. —fama in populos iurati didita belli. —gaudetque niteſcere duris Virtutem. —poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit Deformem leti. hirtæ togæ. Ex Italici lib. I. loca multa genuinæ elegãtiæ reddita.

LIIX. Sacramento rogatus. honorem honori habere. inuolens. inſtrumẽtum menſæ vnius multa nauigia ſubuehunt. animalia & inanimalia. idææ Platonis ſupellex. mortes meræ. mortis moræ. abiurata ambitio. Vna Hannibalem hyberna ſoluerunt. interpolatũ voce ſilentium. Seneca Epiſtolis notatus.

LIX. Nutritas fluuijs populatur feruidus vmbras. in ſtagni numen conuerſa propinqui. aſperat hæc. —vrbẽ complet mœſti clamoris Imilce Flore capi iuuenem primæuo lubrica mentem Nympha. Thraſimenus lacus prius Aunus dictus, cur & quando nomen mutauerit. minus abnuerit noctem deſiſſe viator Quam cœpiſſe diem. Silius lib. IV. & V. ſæpiculè emendatus, ſemel verſu auctior factus.

LX. Confieri. Hyginus Aſtronomicon lib. III. & IV. variè ſuppletus, interpolatus, emendatus.

LXI. Mythologiarum auctor quis. Sempronia Salluſtiana. elatæ frontis polimina argenteis criſpauerat margaritis. Vrania Latinis Cœleſtis.

ſtis. conſipere rancidum quiddam. —geminum luctu concuſſit adultera mundum. Indigetes quaſi nihil indigentes. Vltronietas. Mythologiæ Fabij Fulgētij Planciadis lib.I.& III. innumeris locis ſuppletæ & integritati reſtitutæ.

Longæui ab origine fani. capital. afuit. LXII.
—templa ſub vno In cinerem traxiſſe rogo.
—opacat tempora pinus. Tempora murali cinctus turrita corona. Silius lib.XIII.notatus.

Iuppiter indomito Iuturnæ captus amore. LXIII.
vrgetur pectora palmis. Nauiget hic alia iam mihi linter aqua. variantes lectiones aliquot lib.I & II Faſtorum Ouidij.

Pacem orandum. diſcidit æquor Amphi- LXIV.
tryoniades. Silius Italicus lib.XI. & XII. correctus.

—Varios populi cōciret amores. momen- LXV.
ta rerum. omina feſta. —extremæ reſonāt
naualibus Ægæ. ſacrata iura. Lucani lib. III.
notatæ aliquot ſcripturæ ab editionibus diuerſæ.

—Reuocare noua fornace bipennes. bel- LXVI.
lum in ſinu; in manibus. Alpes & peruia ſaxa
Decepere. Silius lib.IV.emendatus.

Prægnas terra. Cenſorinus de die Natali LXVII.
cap.I.II.III.interpolatus.

Quidquid id eſt. Amyclæus rector. Silius LXIIX.
lib.VI.& VII.item Calpurnius Eclogaiv.notati.

Permittere alicui bellum. in Ciceronis pro LXIX.
L.Manilia diſcrepantes quædam ſcripturæ.

Deficior. ferre deſiderium ſui. Pœni- LXX.
nus, Graius mons. ocliferia an oculifera.

alternis imperare. diffundi in auctus maximos. commẽtarij ordinati. mitti. potentia impotenter vti. Senecæ Epiſtolarum loca aliquot ad membranarum ſcripturam exacta.

LXXI. Silius lib. VI. auctior & emendatior.

LXXII. Mundana conuerſio. deuiare. Variantes Macrobij in ſomnium lib. I. lectiones.

LXXIII. Cepheus eſt ſtellarum nouemdecim. acumen ſagittæ. Hyginus lib. III Aſtronomicon ſubinde correctus.

LXXIV. Atlantiades ſorores. —lætus habe noſtros intrare penates. equæ zephyro vbi, & an cõcipiant. Silius eiecto ſpurio verſu & reducto in poſſeſſionem legitimo integritati reſtitutus: aliquotienſque item lib. XVI. emaculatus.

LXXV. Iliacus miniſter. Eſſet & hoc aliquid. arbor Phœbi. —dat latratos obuia turba cibos. municipalis vita viliſſima. Martialis lib. III & IV notatus.

LXXVI. —Aſtriſq; coruſcos Apenninus agat ſcopulos. Silius verſu auctus & ſæpè emaculatus lib. II. in eodem ibidẽ verſus ſuppoſititius indicatus.

LXXVII. Verſus epicedij & Epitaphij in obitũ Iani Melleri Palmerij.

LXXIIX. Deſcendere nocti. curſim. Dahæ. Ad decus & ſummas laudum perduxerit arces. Silius lib. XIII. emendatus.

LXXIX. Aurum amnium aquis ablutũ. glomerando fugere. cominus gladijs, eminus haſtis, punctim, cæſim ferire. inminere popliteis. aurum gemmaſque priuatis pedibus aptare. Latini

tini Pacati Drepani Panegyris Theodosio dicta deconiectura emendata.

Indigetes an indigenæ dij. nulloq; admisit gaudia vultu. excipit Alpes. ante nobilitas. —ferrum recta ceruice poposcit. excute reges. bella seres. — tot oppressæ deiectis hostibus arces. indicatæ aliquot variæ lectiones Lucani lib. I. II. IV. XXC.

It liber campi pastor. excussæ mētes. longæ pacis opes. ex Silij lib. II tres spurij versus electi; idemq; eodē libro & Lucanus VI. emēdati. XXCI.

Cur climacter anni LXIII. climacteribus XLIX. & LXXXI. minus periculosus. honore sacerdotij conspicuus. antistare. sacerdotia nō quorumuis hominū. Herodicus scriptor. Censorinus restitutus. XXCII.

Ligurū horrentes coni. —alis plangit stridentibus Alpes. —parcusque lacescere Martem. —Nemeæ pacator. sat Fidei proauūsq; datum. Silius lib. I. & II. emaculatus. XXCIII.

Macrobius lib. I. in somniū hinc inde notatus. XXCIV.

Turpissimum genus damni inconsulta donatio. auarè tenax. afuturus. componimus curatiores. Seneca de Beneficijs lib. III & IV interpolatus. XXCV.

Viam rapito. Acca. imperditus. in Silij lib. II X. & IX. quædam animaduersa. XXCVI.

Legatus C. Cōsidio profectus est. euariantes in Ciceronis pro Q. Ligario scripturæ. XXCVII.

Dignū mole viri nisus. Vna spes anima, tanusq; pepēderat ardor. pauca Silij lib. IV. notata. XXCIIX.

xxcix. Ἔκρυον & ἔκτρωσμὸς quid. expergitus. loca aliquot in Censorino de die natali in pristinũ opẽ libri scripti restituta. Versus n.v. Adolphi Scheiffarti a Merade in obitũ Octauiani Palmæ.

xc. Detergent remos. —torquet Amentante Noto Pœnorum apluſtribus ignes. —flictuque ſonantia roſtra. omiſſus in omnib. editionib. Silio ex mẽbranis verſus reſtitutus lib. iv. eiuſdemq; ibidem complures alij a mendis vindicati.

xci. Ferrum ictibus moliri. augmentum. tenues exiguæq; aliquot emendatiunculæ ex Macrobij in ſomnium lib. i. propoſitæ.

xcii. Quà varietas rerũ, quà magnitudo &c. Plinij Secundi aliquot loca ex Epiſtolarum lib. vi. vii. & ix. curatius expenſa.

xciii. —Te noſtra armenta loquuntur. comti palmite tigres. quos luſus adederat ignis. Calpurnius & Nemeſianus ſcriptores bucolicorum corriguntur.

xciv. —Rape miles tempora pugnæ. Syllæque Craſſique ſimul. —nec pugnæ fiſus in hoſte Tam valido, nec deinde fugæ. —partitis diſſederat ante maniplis. Silius Italicus ſuppletus qua hiabat & emendatus.

xcv. Imus dies. illegitimus Lucani verſus indicatus; & aliquot in eo variationes lectionum notatæ.

xcvi. Fungi munera. ſubijcere aliquem hoſtilibus gladijs. inſidijs oportunus ſordidiſſimæ mercis capturis ſolitus. conſideratæ aliquot

in

in Valerio Maximo euariantes ab editionib. ſcripturæ.

Reciperare. claſſes depreſſæ. quædam in Ciceronis pro L. Manilia notata. XCVII.

Curarum prima exercet. prodite Calliope. cantus & tactus in veneficijs. Baleares inuentione & vſu fundæ nobiles. Hedetana cohors —telas Arabum ſpreuiſſe ſuperba. multa in Silio parum ante proba mutata. XCIIX.

Belli infauſtus. inſignis genere, forma, laſciuia. obiecta pœnâ luere. audere pugnam. Tiridati conſilia in contrarium vertebant. agere matrimonium. ſuffragium. innumeram pecuniam circumdediſti. conatus in Tacito quædam poſt doctiſsimos viros occaſione libri veteris emendandi. XCIX.

Zelata. in auri materiam marmorabat. iugata. Fulgentij Mythologiæ ſuppletæ, & variè correctæ. C.

—nec depoſcere primi Deerant imperia. obſcurus genus. antiſtat cunctis. ruperit Alpes. —rapite, ite citati Signa duces. intrati poſtes. Silij lib. XI. emendatio. CI.

Confit. lineas ducere. Macrobius lib. II. in ſomnium obiter emaculatus. CII.

—intraq; penates Obſtruitur telis. iuſtus Oceanus. Lucanus locis aliquot notatus. CIII.

Catilinaria I I Ciceronis peruiam correcta. CIV.

Mars, pfeſſus. diſcordia accuſandi caſu.—medioue ſub æthere feruit. Tum Melibœe ſonent, pro ſonabunt. manus iactate micanCV.

tes. discernunt digitis. nutrire canalib. hortos. Versus multi Calpurnij Siculi mendosi vulgo integritati suæ redditi.

CVI. — sacris augebit nomen Iulis. fatidicum murmur. ex Silio glossema amotum, idemq; multotiens emendatus, & versu vno auctior factus.

CVII. Sublicæ. gestatio. Plinius Secundus epistolis emendatus.

CIIX. Calpurnij & Nemesiani Eclogæ repurgatæ a multis verborum sordibus.

CIX. Interiungere. resecare vngues officium antiquitus tonsorum. Punica spongia. seni fasces Prætoris. Noluit illa virum nec repetita sequi. Martiali aliquotiens, & Senecæ semel genuina sua lectio restituta.

CX. — meus atris Ticini frater ripis iacet. — vicina ferebat Vulnera. Atlas a litore Ibero. aliquot in Silium notæ.

CXI. Increbruit. crebruit eloquētia. lenis dissolutio. hoc ipsum irati tortores. ignis minus largus efferuit. hominem inuolutum æstimare. crebro Seneca Philosophus, semel etiam Vegetius de re militari emendatus.

CXII. Particulariter laborare. Berecynthia montium domina. hostijs deplacare. libare vrnulam. multa ex Fulgentio menda sublata.

CXIII. Vacefacere. vertere & euertere LL. conatus quędā Ciceronis Catilinaria 1. interpolādi.

CXIIII. Temperata. Perusta. sinus Oceani. libro 1. Macrobij in somnium maculæ complures elutæ.

Triden-

Tridentipotens deus. compluria Silij lib. xv. in melius mutata. CXV.

Hortata est hilaritas aliena. Natalis. Senecæ multa loca, quæ variè legantur. CXVI.

Orpheus Calliopeæ filius. Aphidna opidū. natura. Zephyritidis Arsinoes templū. Virgo Iouis & Themidis filia. Hyginus Astronomicis sæpe correctus. CXVII.

Ignis ingenij. transuersa nititur via. coire ad fœtum. Fulgentius emaculatus. CXIIX.

Phrygius maritus. & pro etiā. Ignaui scelus est tantū fuga. nūc olim. duo nothi in Lucano versus demōstrati. idēq; sępe hinc inde notatus. CXIX.

Nō aliena causa, quam nostra. promittere ad cœnā. variātes multæ in Seneca lectiones. CXX.

Aeneum genus hominū. Hegesias philosophus & orator. Ctesias historicus. alternis. spiræ propriè anguium. Astronomica Hygini multis locis in pristinum restituta. CXXI.

Compositus in habitum studentis. virtus aruit. discrepantes ab editionibus scripturæ aliquam multæ in Plinio Iuniore notatæ. CXXII.

Baiæ deuersorium vitiorū. habitare in Vaciæ. Seneca filius emendatus. CXXIII.

Respicere deorū propriū. quidquid id est. abnuere. soluerūt sibila cannæ. exiles quædam mendæ ex Calpurnij bucolicis sublatæ. CXXIV.

Luna a Sole flāmatur. biformia signa, & quib. prę sint. Cēsorini liber de die Natali correctus. CXXV.

Attica saporāte salsura. Emēdatus plurib. locis Fulgentius Planciades Mythologiarū libris. CXXVI.

CXXVII. Dictu fœdis tolerare famem. iuuenior. Caluiſius. patrimonium & ingeniũ libertini. Senecæ epiſtolæ notatæ.

CXXIIX. Magnum ſpirare. cuius deuitandi ruboris in capitolium proceſſit. comitij clamor. opes corruere. Valerius Maximus forte an aliquot locis ex m.ſ. Bambergenſi membranaceo codice correctus.

CXXIX. Laterenſis Iuuentiæ familiæ cognomen. variæ lectiones ex M. Tullij Ciceronis pro L. Manilia.

CXXX. Ipſus. inalternæ mundi vices. funebres epulæ. in ſomnum ire. focillare. literæ infulārum loco. epiſtolarum aliquot Senecę vt vulgo circumferũtur ad libros manu exaratos Herbipolenſes contentio.

CXXXI. Antefacta. in inuidia eſſe. parietes vt mihi videntur tibi gratias agere geſtiũt. Ciceronis pro Deiotaro & M. Marcello orationes locis aliquot interpolatæ.

CXXXII. Corpora animalia, inanimalia, & corpora animantia, inanimantia. natio. cum maxime ſcribentem mors occupat. Seneca varie notatus.

CXXXIII. Cicero in Miloniana & Catilinaria prima correctus. Vacefacere. Lites auferet ingentes lectus poſſeſſor in aruo. Seneca epiſt. v. correctus. Statius Papinius Surculus Achilleidos lib. II. & Thebaidos lib. IIX. emendatus. Tyriæ Phrygiæq; ſub vnum Conuerrentur opes. Farre ac friuolis religioſi ſunt. Seneca lib. I. de Clementia cap. X. notatus, &c.

FRANCISCI MODII NOVANTIQVÆ LECTIONES, TRIbutæ in epiſtolas centum, & quod excurrit.

EPISTOLA PRIMA.

Franc. Modius illuſtri Comiti Carolo Egmondano S.

ITA erit mi ſuauiſſime Carole; ibit ad te propediē Silius Italicus tuus, noſtra opera, ſi nō integer, certè minus mutilus, & minus vitioſus, quàm hactenus circūfertur. Interea ſpecimē tibi eſſe poterūt eorum, quæ in poëtam hūc meditamur, ſequentes notæ. De Elephanto incenſum tergo caſtellum ferente lib. IX. hæc ſunt:

I. Silius verſu auctus lib. IX, verſu CXIV.

Vritur impatiens, & magni corporis æſtu:
Donec vicini tandem ſe fluminis vndis
Præcipitem dedit &c.

legendum vno verſu auctius:

Vritur impatiens, & magni corporis æstu
Huc atq; huc iactas accendit belua flammas;
Donec vicini tandem se fluminis vndis
Præcipitem dedit. Præcessit paullo ante in eadem re:——*collectis fumantia lucent*
Terga Elephantorum flammis, raptusq; sonoro
Ignis edax vento, per propugnacula fertur.

II. Idem emendatus versu 1oc1v.

vbi legit Marsus ——*partusq; sonoro Ignis edax vento.* id est, inquit, *comparatus & auctus.* nimirum legendū esse; *pastusq; sonoro Ignis edax vento.* Longobardicum *r* ab *s* scriptura non distinguitur. Mox est:

III. Et versu 1oexxiii.bis.

——*vt qui castella per altos*
Oppugnat munita locos, atq; obsidet arces;
Ausus digna viro, fortuna & digna secunda,
Extulerat dextrā atq; aduersum cominus ensem
Mutius infelix ausi, sed stridula anhelum
Feruorē effundens monstri manus, abstulit acri
Implicitum nexu, diroq; ligamine torsit,
Et superas altè miserum iaculata per auras
Tellure elisit, ac flexit (flebile) membris.

recta scriptura est:

——*vt qui castella per altos*
Oppugnat munita locos, atq; assidet arces;
Ausus digna viro, fortuna digna secunda, (sem
Extulerat dextrā, atq; aduersum cominus en-
Mincius infelix ausi; sed stridula anhelum
Feruorē effundens monstri manus, abstulit acri
Implicitum nexu, diroq; ligamine torsit,
Et superas altè miserum iaculata per auras
Telluri elisis afflixit (flebile) membris.

dico scribendū *assidet*, nō *obsidet.* quod ita & mē-

branæ

branæ habeãt, & alio loco quoq; Silius loquatur hoc modo, dum ait lib. x II.

Aſſeſſos Capuæ muros, clauſtra ipſa reuelli Portarum. etſi etiam eo loco malè editiones *obſeſſos* habeant. Aio emẽdandũ; *Telluri eliſis afflixit (flebile) membris.* nempe quia ductus litterarũ & res ipſa huc me trahebant, vulgata lectione cõtaminata planè & nullũ commodum ſenſum eiiciente. poſſet tamẽ etiã *affixit* legi. vt dixit Horatius:

Atq; affigit humi diuina particulã auræ. ſed ego malui, quod à vulgata ſcriptura quam minimum recederet, ſequi. Libro ſequenti:

IIII. Item libro x II. verſu CCCCLIII.

At coniunx Iouis, vt Paullum depellere dictis
Nequiquam fuit, & conſul non deſinit ire;
In faciem Mauri rurſus mutata Gelaſtæ
Aduocat ignauũ ſæua ad certamina Pœnũ. in

V. Ac rurſus lib x. verſu LXXXII. bis.

quib. peccat largè interpres; ſed quo æquior illi ſis, à libris corruptis ipſe quoq; corrupt⁹ *cõſul non deſinit ire* in Annibalẽ ſcilicet, inquit. vera cùm ſit lectio; *& cõſul non deſinit ira.* quod valet, in ira pſiſtit. ſæpe iſto modo, & libenter admodũ loquitur Silius, qui & quarto quoq; à me allegato verſu emẽdandus eſt, reponendo pro vulgatis illis ſordibus meris, *Aduocat ignauum ſæua ad certamina Pœnum*; hunc verſum ex mẽbranis deprom-tum: *Auocat ignarum ſæuo à certamine Pœnum.* eſt autem imitatio Virgiliana. apud quẽ Iuno Turnum, induta ſimulachrum Æneæ, fugiẽti ſimilis, & ſenſim cedens, à prœlio ſubducit. Mox:

VI. Iterum verſu auctus verſu CXXIV. & emendatus in reliquis.

Haud ſecus ac Libyca fœta tellure leæna
Inuadunt rapidi iamdudum, & inania tentant
Nondum ſat firmo catuli certamina dente:

restituendus & hic mihi Silio versus, qui nescio quorum scelere ab omnibus editionibus abest & deest; correctis aliis hoc modo:

Haud secus ac Libycam fœta tellure leænam
Venator premit obsesso cũ Maurus in antro;
Inuadunt rabidi iamdudum, & inania tentant
Nondum sat firmo catuli certamina dente;

comparat filios Christæ, pro patre sene contra Annibalem depugnantes, catulis leænæ pro matre cum venatoribus congressis. Post paucula;

VII. Et emendatus versu CL. ——*fratriq; videt labentia membra*
Quærentis, quem funda procul per inane voluta
Sopierat. nihili est illud, *Quærentis*, faciendumque ex eo *Quercentis*, quod Virgilio quoque nomen est. De Paullo consule ita ait:

VIII. Et versu CCXXXIIX. ——*atque vndanti puluere anhelans*
Sedit terribilis clypeum super. referunt membranæ: *atque vndanti vulnere anhelans.* & recte referũt. Sed iam, Carole generosissime, Belgicæ nostræ delicium & amor, finem facio: reliqua enim apud ipsum Silium, & toto hoc passim libro, melius leges; nam hîc tantum gustum quendam nostri in hunc poëtã apparatus tibi præbere consilium mihi est. quare vale dulce decus meũ; & ad summum virtutum litterarumque cacumen, duce eruditissimo & optimo viro Hieronymo Berchemio, cui multum iam nunc debes, plus etiam olim debiturus es, eniti perge.

EPI-

EPIST. II.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

REmitto tibi, amiciſſime Poſthi, tres illos mẽbranaceos manu exaratos epiſtolarum Senecæ, non vita minus, quam profeſſione philoſophi, codices; quorum mihi tua interceſſione vſus nuper conceſſus fuit: vt tu apud eorum dominos communem fidem noſtram liberes. quæris quid mihi placuerint, & cuius notæ ſint: locus hic vnicus Epiſt. xxxi & in vulgatis, & in ſcriptis aliis libris ob obſcuritatem vitioſiſſimus, & aliter atque aliter deprauatus, integer in iis, indicio eſſe poterit. *Itaque* (inquit) *in vanum operoſos culpauerim: rurſus ad honeſta nitentes, quanto magis incubuerint, minusque ſibi vinci ac ſtrigare permiſerint; admirabor, & clamabo, tanto melior ſurge, & inſpira, & cluum iſtum vno, ſi potes, ſpiritu exupera.* vbi quid ſit *ſtrigare*, & vnde ſumta locutio iſta huc inmigrarit, docebit te ex Plinio & Hygino eruditiſſimus Turnebus: interea dum nos tibi pauca etiam alia ex iiſdem libris, ne gratuitam tuam in illorum vſu mihi impetrando operam fuiſſe querare, concinnamus. I. Seneca phil. emendatus Epiſt. xxxi.

Epiſt. v. *Quemadmodum eadem cathena & cuſtodem, & militem copulat; ſic iſta qua tam diſſimilia ſunt, pariter incedunt.* nihili lectio. quis enim hic cuſtos, niſi miles? rurſus, quis miles, niſi cuſtos? planè ſcribendum volentibus iubentibus membranis veſtrarum bibliothecarum; *& cuſtodiam & militem copulat.* Solebat, Vlpiano teſte, II. Et epiſtola v.

æstimari, essetne reus in carcerem conijciendus, an militi tradendus, vel fideiussoribus committendus: ferèq; nisi tam graue scelus admissum esset, vt supplicium carceris pœna præcedere deberet, militibus fontes assignabantur, dicti custodiæ ab eo quod patiebantur. toto titulo ϖ. de reorum custodia & exhibitione. nominatim ibi: *si custodia se interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpæ adscribitur.* Et alibi: *Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat, mãdatis ita cauetur.* &c. hinc clarum illud Suet. cap. XIV. Domitiano: *Nec nisi secreto atq; solus pleraq; custodias audiebat, receptis quidem in manu cathenis.* Tibullus tamen maluit propriè magis dicere: *Sed pretium si grande feras, custodia victa est.* pro iis qui obseruandis heris apponebantur. Porro quod dicere supra me fugit, non rectè glossographi ad allegatum iam titulum de reorum custodia, exponunt *militem* pro *nuncio communis*, vt ex cap. vltimo ibidem colligere licet, & D. Hadrianum item constitutione; qui militem negligenter se in custodia asseruandâ gerentem, in deteriorem militiam dari iussit. Idem error doctores istos habet in expositione *caligati militis.* sed nos hoc agamus.

III. Epistola III. Epist. III. *Itaq; si priore illo verbo quasi publico vsus es, & sic illum amicum vocasti, quomodo omnes cãdidatos, bonos viros dicimus, quomodo obuios, si nomẽ nõ succurrit, dominos salutamus. Hoc abierit. Sed si aliquẽ* &c. vnica littera inmutata, & vocali prima in locũ quartæ substituta, Senecæ suæ locutionis elegantia constabit, legendo: *hac abierit*

erit. quod valet, hac via, hac ratione, hoc modo excusari dictum tuum potest. Epist. IV. *Difficile est iniquis animum producere ad contemtum animæ.* rectè mẽbranæ *Difficile est, inquis, animum perducere ad contemtionem animæ.* rectè inquam, & vide modò locum, Posthi; mecum facies. IIII. Epistola IV.

Eadem Epistola: *Hoc quotidie meditare, vt possis æquo animo vitam relinquere: quam multi sic amplectuntur, & tenent, quomodo qui à torrente rapiuntur in spinas & aspera.* non negabis veram esse lectionem membranarum: *Hoc quotidie meditare, vt possis æquo animo vitam relinquere: quam multi sic amplectuntur & tenent, quomodo qui aqua torrente rapiuntur, spinas & aspera.* amplectuntur, & tenent. s. V. Eadem epist.

Adhuc eadem Epistola: *De Pompeij capite pupillus & spado tulere sententiam.* ita etiam alij auctores ttadunt. malunt tamen scripti libri omnes: *De Pompeij capite pusio & spado tulere sententiam.* quod quale sit, ipsi viderint. VI. Adhuc eadẽ epist.

Ibidem mox: *At si fortè in manus hostium incideris, victor te duci iubebit: eo nempe momento quo duceris.* abundat vox *momento*, inducẽdaq; adeo est, ex mẽbranarũ auctoritate; dicit hoc Seneca: Si in hostium manus incideris, extremũ scilicet malorum hoc erit, quod te ad mortẽ duci iubebit, ad quam alioqui natura ipsa te ducebat. nẽpe ignorabant vsum verbi *ducere* qui n momẽto huc intruserũt. VII. Eadem rursus epist.

Ep. v. *Asperũ, inculti, & intonsum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi positum; & quidquid aliud am-* VIII. Epistola v.

bitionem peruersa via sequitur, deuita. paullo melius m.s. *Asperum cultum, & intonsum caput,* &c. sermo de iis est, qui barba & cultus horriditate philosophũ mentiũtur. Epist. VI. *Quidni multa habeam, quæ debeant corrigi, quæ extenuari, quæ attolli?* scribe: *Quidni multa habeam, quæ debeant colligi, quæ extenuari, quæ attolli?* sparsa, & dissoluta colliguntur; tumida, & grandia extenuantur; abiecta, & demissa attolluntur. sæpeque adeo ita loquitur Seneca. qui & mox ait: *Mittam itaque ipsos tibi libros, & ne multũ operæ impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ipsas protinus, quæ probo et miror, accedas.* rectum est: *imponam notulas, vt ad ipsa protinus, quæ probo & miror, accedas.* sed exilius hoc, quam vt moneri debuerit. Vale, mi Posthi. IV Kl. Augusti CIↃ. IↃ. LXXXII. Wirzeburgi.

IX. Epistola VI.

X. Eadem epistola

EPIST. III.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

DE ara Vbiorum, cuius apud Tacitum tuum, Lipsi amicissime, mentio est, hęc nunc ad te mitto; quæ nuper totidem verbis, imo ijsdem, ad me perscripsit Iuris & antiquitatis peritissimus Iacobus Campius. *Aram Vbiorum*, inquit, *existimo inibi loci fuisse, vbi nunc est oppidum Bonna. Nam Tacitus aram apud castra primæ legionis posuit. Ait enim legatos ab senatu regressos apud Arã Vbiorum Germanicũ adiisse: Duas ibi legiones, Primam atq; Vigesimam hyemasse: Ac Plancum legationis principem à tumultu & furore militum peri-*

Epistola Iacobi Campij I.C. de Ara Vbiorum.

periclitantem, in castris Primæ legionis subsidium quæsisse; illic signa & aquilam amplexum, religione sese tutatum. At castra Primæ legionis prope Bonnam sita fuisse, ex eodem Tacito patet: cum libro XX. *Bonnam hyberna Primæ legionis nominat. Cur vero initio suæ historiæ Tacitus Bonnæ mentionem non faciat, caussa est; quod locus ille, vbi nunc vrbs est, ex diuturna legionum in eo commoratione demum frequentari, & in oppidi nominis eius, cuius ante castra fuissent, formam ædificari cœptus sit: vt de Veteribus auctor eodem libro scribit: Vallum murosq; firmabãt, subuersa lõgæ pacis opera, haud procul castris in modũ municipij exstructa. Et nosti, Modi, ex Eumenij ad præsidem Galliæ oratione, sæpè ciuitates deuotissimarum legionum hyberna, quæ resides aquas, nouosq; amnes fessis vrbium visceribus infunderent, expetiisse. Iam perpetua fuisse Bonnæ Primæ legionis hyberna, quamdiu Rheni ripam Romanæ legiones insederunt, præter Tacitum, etiam Ptolomæus indicio est; qui Bonnæ legionem Primam attribuit. duraruitq; ad Caroli Magni, & Ludouici vsque tempora, vt vrbs Bonna, Castra Bonnensia diceretur; passimq; in antiquis Ecclesiæ nostræ monimentis oppidum Castrobonnense indigetatur. Quid, quod hodieq; exstant certissima castrorũ indicia, haud procul oppido, vbi nũc nobilium virginum collegium est, Diedekirchen vulgò dictum, ad portam quæ Coloniã Agrippinam ducit? Ac non procul hinc villa ædificium q; peruetustum imminens ripæ Rheni, quod à vigilum stationibus (nisi me fallit coniectura) nomen etiam num retinet*

Vigelshouen. ſub cuius fundo, cũ flumen ſiccioribus æſtatibus à ripa recedit, in ipſo alueo, & vineis, quas nobiliſſimi viniferaciſſimas vicinas habet, veterum numiſmatũ ab Auguſto, Tiberio, Nerone, ad Græcos vſq; imperatores Cõſtantinos, Valẽtinianos, magna copia reperitur. adhæc vaſa ẽt effodiũtur antiqui planè operis, & Latinis verbis variè inſcripta. Cõſpicitur præterea aquæductꝰ ſtructilis, qui in Rhenũ excurrit: haud ambigua caſtrorum indicia. Sed redeamꝰ iã ad Tacitũ, cuiꝰ diſtãtiæ inter Arã Vbiorũ, & Veteram; Bonnæ ab eiſdẽ interſtitiũ planè reſpõdet. loquẽs. n. de Quincta & Vnde vigeſima legionibus, ait, eas apud ſexageſimũ lapidẽ, in loco, cui Vetera nomẽ eſſet, hybernaſſe. quæ ratio noſtræ ratiocinationi planè & omnino cõgruẽs eſt: tanto. n. interuallo oppidũ Xanctẽſiũ (Vetera hæc fuerũt) Bonna diſtat. Fuit cũ exiſtimarẽ hãc Vbiorũ Arã ſitã fuiſſe in arce Godeſberg, quæ eſt Archiepiſcopi Coloniẽſis, ad V fere lapidẽ ſupra Bonnã. quod illic fanũ Æſculapij fuiſſe ex inſcriptione antiqui lapidis cõſtaret, et veriſimile videretur, arã in editiore loco poſitã. Hocque adeo mihi perſuaſerat illuſtris Nouæ aquilæ comes Hermãnꝰ, antiquitatis & hiſtoriarũ olim peritiſſimꝰ. Perſuaſerã et ego cõmunib. quibuſdã amicis, cũ eis in ædib. meis è murorũ pinnis arcẽ illã oſtenderẽ. Sed errauimus, ſi nõ toto cælo, quod aiũt; certè bona eius parte. nã & nimis lõgè à Primæ legionis caſtris abeſt; nec alia ſunt veſtigia, quã lapidis iſtiꝰ Æſculapiani: veriſimiliusq; adeo eſt, Romanos longo poſt tẽpore, cũ Bonnã incolerẽt, ſanitatis Deo illic ſacellũ cõſtituiſſe, in quo quidẽ ipſo ẽt ſuũ quidẽ, ſed acceptũ à Græcis morẽ obſeruarũt, quo, auctore Plutarcho,

& in

& in locis editis, et extra oppida, fana huic Deo ponebantur. Sed, quo certius ẽt credas nos errasse, inueni m⁹ nũc nuper Berchemi⁹ et ego lapidẽ Bõnæ, in publica via negligẽter locatũ; cuius litteræ rotarũ attritu exesa inscriptionẽ indicãt huius rei magis cõgruentẽ. Testatur. n. ille tẽplũ Martis inibi fuisse, tũc vetustate collapsum, ac tẽporib. Diocletiani & Maximiani AA. à solo restauratũ. Vtriusq; lapidis inscriptionẽ tibi transmitto; teq; adeo cõsulo, Modi, absurdẽne adeo facturũ putes, qui coniecerit; Vbios, cũ ab Augusto in Galliã traducti, et in proximis Rheno agris collocati essẽt, arã cõstituisse, ad quã iurisiurãdi Deorũq; religione se adstringerẽt, in fide, mãsuros. Quod si tibi credibile videbitur; videbitur, haud dubiè, et illud; Martieos potissimũ sacrã illã voluisse. (cuius. n. Dei nomine iurisiurãdi formula potiꝰ cõciperetur, quã eiꝰ, quẽgẽs hæc præcipuo semper honore coluit? Sed & Trãquillus tradit; Augustũ quorũdã Barbarorũ principes in æde Martis vltoris iurare coegisse, mãsuros se in fide, et pace quã peterẽt. Illud est, quod mihi nõ satis placet; quod adiectũ hic Marti & attributũ propè otiosũ videtur; nisi si tu aliter statues, & ideo ad rẽ facere putabis, vt per hoc significẽtur Vbij, nõ pacẽ tantũ culturi ipsi, sed militaturi ẽt ad hoc deinceps aduersus hostes Romani nominis; et scribit certè de ijs Tacitus in libello De morib. Germanorũ: experimẽto fidei super ipsã Rheni ripã collocatos, vt arcerẽt, nõ vt custodirẽtur. Et hæc quidẽ, de Ara Vbiorũ quæ dicerẽ, iã habebã. quæ si forte tibi, Modi, nõ placebũt: dicamus sanè Vbios solenti tũ cõsuetudine Augusto arã cõstituisse, in memoriã beneficij, quo ab eo traducti, siue ab Agrippa militiæ victoriæq; Augusti, vt Tacitꝰ ait, socio, in fidẽ accepti, et in proximis Rheno agris collocati fuerũt, additis sacrifi-

ciis, delectisq; ex primoribus gentis ſacerdotibus, in quibus fuit Sigiſmundus Segeſtis filius, qui ſacerdos apud Aram Vbiorum creatus, deficientibus Germanis vittas ruperat, profugus ad rebelles.

Suetonius in Claudio. Florus Epitome lib. CXXXIX. hiſtoriæ Liuianæ

Sic Auguſto Ara dedicata Lugduni, ſacerdote creato C. Iulio Vercondari Æduo; Iul. Antonio & Fab. Africano Coſſ. Sic eidem Auguſto Narbone Ara in foro poſita eſt; certisque legibus dedicata, vt ſtatis diebus eius numini ſupplicaretur, hoſtiaque immolarentur, T. Statilio Tauro, M. Aimilio Lepido Coſſ. vt habet inſcriptio marmoris, quam edidit Elias Vinetus in Auſonium. Sic in Britannia templum D. Claudio conſtitutũ, quaſi arrha æternæ dominationis. Denique de Auguſto quidem auctor Tranquillus; plerasque prouinciarum præter templa & aras, ludos quoque quinquennales penè oppidatim ei conſtituiſſe. Vt iam nihil mirum videri poſſit, ſi & Vbii Aram Auguſto dicauerint; adhibitis in hoc ceremoniis, vt ſpecie religionis ſuam erga principẽ, Pop. Q. Rom. probarent fidem. Nam vt eos à fœda & pernicioſa adulatione, quæ poſtea inoleuit, vt pro Deo Auguſtus haberetur, eximamus; quid prohibet dicere; Vbios æternæ memoriæ & reuerentiæ erga Auguſtum Aram collocaſſe? Quod ego tamen vt tibi, Modi, probem, non laboro: ego inquam; qui Aræ huius ſitum & regionem indicaſſe contentus, religionẽ quam in ea coluerunt, Auguſtiq; ἀποθέωσιν, cum Arminio Germano rideo; cum Tertulliano etiã deteſtor. Habes mi Lipſi, doctiſſimi viri ſuper hac re ſententiam; quam vt tua comprobari, aut argumentis alioqui debilitari

tari vehementer optē; ita ne quid hic deesse posset tibi, quoquo modo huc pertinens; placuit inscriptiones de quibus agit Campius, hic subiungere; si quid forte in alterutram partem apud te valere possent. Vale. In arce Godesberg.

FORTVNIS
SALVTARIBVS·.·.·
ÆSCVLAPIO HYG·.·.·
Q.VENIDIVSRVF·.·.·
MARIVS MAXIM·.·.·
CALVINIANV·.·.·
LEG. LEG.I.M.P.·.·.
LEG. AVG. PR.
PROVINC. CIC·.·.
D.·.·.·.·.·.·.·.·
Bonnæ
IN H.DD.
PRO. SALVTE. IMPP.
DIOCLETIANI ET MAXIMI
ANI. AVGG CONSTANTI.·.·.
ET MAXIMIANI. NOBB.
CAESS. TEMPLVM MARTI.·.
ILITARIS. VETVSTATE COL
LAPSVM. AVR. SIMVLTVS PRAE
FEC. IM. S. A. SOLO. RESTI
TVIT. DIE XIII. KAL. OC.
·.·VSCO ET ANVLINO COS.

1 HYGIAEQ. puto fuisse. videatur Thesaurus Antiquitatis H. Goltzii nostri. & Aldi Orthographia cum alibi tum in primis pag. 171

2 Id est; Tusco & Anulino Coss. quorum cōsulatus incidit in annū Christi 295.

Poſcebat propiore virum; reuocatus ad arma,
Tot caſis ducibus, patriæ donauerat iram.
At non Aſdrubalem fraudes latuere recentum
Armorũ quãquam tenebris nox texerat aſtus.
Pulueris in clypeis veſtigia viſa mouebant.

V. Et verſu 1oxx

Verſu 620. defugiente Aſdrubale cum exercitu, poſtquam Neronem Liuio ſe coniunxiſſe certis indicijs cognouerat:

Accelerant, vitant ſocios; ſed percita falli
Sub tanto motu tellus nequit. Vitant ſocios, inquit interpres, eos puta, qui relictis ſignis paſſim ſe quieti per campos dederant. Interpretatio ſatis expedita; ſed quæ male memor videatur diſciplinæ militaris; cuius iure hi non tantum vitarentur, ſed in ſoporem perpetuum collocarentur. nimirum legendum eſſe: *Accelerant vitãtque ſonos.* ſtatim:

VI. Et verſu 1oc-xxxii. bis.

——*iam tela bibunt permiſſa cruorem.*
Hinc iuſſa Pœnum fugientem ſiſtere pennæ
Dicta volitant, hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicumq; viro quem prendidit ictus.
Deponunt abitus curam, trepidiq; coactas
Conſiſtunt acies, & ſpes ad prælia vertunt. manifeſtè corrigendum: ——*iam tela bibunt præmiſſa cruorem:*

Hinc iuſſa Pœnum fugientem ſiſtere pennæ
Dicta volitant; hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicumq; viro, quem prenderit ictus.
Deponunt abitus curam, trepidiq; coactas
Conſtituunt acies &c. Vale.

EPI-

EPIST. V.

Franc. Modius Franciſco Nanſio apud Franconates in Flandria Senatori. P. P. S.

MItto ad te virum omniū litteratiſſimum, cognate Nanſi, hæc de litteris, & in litteris. Prima Ciceronis Catilinaria locus eſt à Lambino neſcio quomodo ſilentio prꝫteritus, qui tamen nō ſatis probus videtur, atq; ita paſſim legitur: *nox nulla interceſſit, interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus, clariſſimo patre natus, auis, maioribus.* hic dico locus non ſatis eſt integer, legendumq; procul dubio ex membranarum Colonienſium conſilio: *nox nulla interceſſit, interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus, clariſſimo patre, auo, maioribus.* Vides & agnoſcis opinor, tu Nanſi, tu, inquā, cui Cicero eſt familiariſſimus, Ciceronianam locutionē: ſcisq; ſæpius ea Oratorum principē eſſe vſum. Sequitur: *Verum ego hoc quod iam pridem factum eſſe oportuit, certa de cauſſa non dū adducor vt faciam. tum deniq; interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui ſimilis inueniri poterit, qui id non iure factum eſſe fateatur.* Lambinus ait exſtare in vet. cod. *te interficiam.* ego membranis fretus aio ſcribendum: *Tum deniq; interficiēre.* & ita me ames meritē tem, Nanſi, ita te Muſæ, vt hoc germanū eſt noſtri Tullij. Præceſſit: *Si te iam Catilina cōprehendi, ſi interficiiuſſero &c. faciam* illud, quod præcedit, impoſuit vulgatæ ſcripturæ auctoribus, cum tamē illud ad allegata à me po-

I. Cicero Prima Catilinaria notatus.

II.

III.

bitionem peruersa via sequitur, deuita. paullo melius m.s. *Asperum cultum, & intonsum caput,* &c. sermo de iis est, qui barba & cultus horriditate philosophũ mentiũtur. Epist. VI. *Quidni multa habeam, quæ debeant corrigi, quæ extenuari, quæ attolli?* scribe: *Quidni multa habeam, quæ debeant colligi, quæ extenuari, quæ attolli?* sparsa, & dissoluta colliguntur; tumida, & grandia extenuantur; abiecta, & demissa attolluntur. sæpeque adeo ita loquitur Seneca. qui & mox ait: *Mittam itaque ipsos tibi libros, & ne multũ operæ impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ipsas protinus, quæ probo et miror, accedas.* rectum est: *imponam notulas, vt ad ipsa protinus, quæ probo & miror, accedas.* sed exilius hoc, quam vt moneri debuerit. Vale, mi Posthi. IV Kl. Augusti CIↃ. IↃ. LXXXII. Wirzeburgi.

IX. Epistola VI.

X. Eadem epistola

EPIST. III.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

DEara Vbiorum, cuius apud Tacitum tuum, Lipsi amicissime, mentio est, hęc nunc ad te mitto; quæ nuper totidem verbis, imo ijsdem, ad me perscripsit Iuris & antiquitatis peritissimus Iacobus Campius. *Aram Vbiorum*, inquit, *existimo inibi loci fuisse, vbi nunc est oppidum Bonna. Nam Tacitus aram apud castra primæ legionis posuit. Ait enim legatos ab senatu regressos apud Arã Vbiorum Germanicũ adiisse: Duas ibi legiones, Primam atq; Vigesimam hyemasse: Ac Plancum legationis principem à tumultu & furore militum peri-*

Epistola Iacobi Campij I.C. de Ara Vbiorum.

periclitantem, in castris Primæ legionis subsidium quæsisse; illic signa & aquilam amplexum, religione sese tutatum. At castra Primæ legionis prope Bonnam sita fuisse, ex eodem Tacito patet: cum libro XX. *Bonnam hyberna Primæ legionis nominat. Cur vero initio suæ historiæ Tacitus Bonnæ mentionem non faciat, caussa est; quod locus ille, vbi nunc vrbs est, ex diuturna legionum in eo commoratione demum frequentari, & in oppidi nominis eius, cuius ante castra fuissent, formam ædificari cœptus sit: vt de Veteribus auctor eodem libro scribit: Vallum murosq; firmabãt, subuersa lõgæ pacis opera, haud procul castris in modũ municipij exstructa. Et nosti, Modi, ex Eumenij ad præsidem Galliæ oratione, sæpè ciuitates deuotissimarum legionum hyberna, quæ resides aquas, nouosq; amnes fessis vrbium visceribus infunderent, expetiisse. Iam perpetua fuisse Bonnæ Primæ legionis hyberna, quamdiu Rheni ripam Romanæ legiones insederunt, præter Tacitum, etiam Ptolomæus indicio est; qui Bonnæ legionem Primam attribuit. duranitq; ad Caroli Magni, & Ludouici vsque tempora, vt vrbs Bonna, Castra Bonnensia diceretur; passimq; in antiquis Ecclesiæ nostræ monimentis oppidum Castrobonnense indigetatur. Quid, quod hodieq; exstant certissima castrorũ indicia, haud procul oppido, vbi nũc nobilium virginum collegium est, Die dekirchen vulgò dictum, ad portam quæ Coloniã Agrippinam ducit? Ac non procul hinc villa ædificium q; peruetustum inminens ripæ Rheni, quod à vigilum stationibus (nisi me fallit coniectura) nomen etiamnum retinet*

Vigelshouen. ſub cuius fundo, cũ flumen ſiccioribus æſtatibus à ripa recedit, in ipſo alueo, & vineis, quas nobiliſſimi viniferaciſſimaq; vicinas habet, veterum numiſmatũ ab Auguſto, Tiberio, Nerone, ad Gracos vſq; imperatores (Cõſtantinos, Valẽtinianos, magna copia reperitur. adhæc vaſa ẽt effodiũtur antiqui planè operis, & Latinis verbis variè inſcripta. Cõſpicitur præterea aquæduct⁹ ſtructilis, qui in Rhenũ excurrit: haud ambigua caſtrorum indicia. Sed redeam⁹ iã ad Tacitũ, cui⁹ diſtãtia inter Arã Vbiorũ, & Vetera; Bonnæ ab eiſdẽ interſtitiũ planè reſpõdet. loquẽs. n. de Quincta & Vnde vigeſima legionibus, ait, eas apud ſexageſimũ lapidẽ, in loco, cui Vetera nomẽ eſſet, hybernaſſe. quæ ratio noſtræ ratiocinationi planè & omnino cõgruẽs eſt: tanto. n. interuallo oppidũ Xanctẽſiũ (Vetera hæc fuerũt) Bonna diſtat. Fuit cũ exiſtimarẽ hãc Vbiorũ Arã ſitã fuiſſe in arce Godeſberg, quæ eſt Archiepiſcopi Coloniẽſis, ad V fere lapidẽ ſupra Bonnã. quod illic fanũ Æſculapij fuiſſe ex inſcriptione antiqui lapidis cõſtaret, et veriſimile videretur, arã in editiore loco poſitã. Hocque adeo mihi perſuaſerat illuſtris Nouæ aquilæ comes Hermãn⁹, antiquitatis & hiſtoriarũ olim peritiſſim⁹. Perſuaſerã et ego cõmunib. quibuſdã amicis, cũ eis in ædib. meis è murorũ pinnis arcẽ illã oſtenderẽ. Sed errauimus, ſi nõ toto cælo, quod aiũt; certè bona eius parte. nã & nimis lõgè à Primæ legionis caſtris abeſt; nec alia ſunt veſtigia, quã lapidis iſti⁹ Æſculapiani: veriſimiliusq; adeo eſt, Romanos longo poſt tẽpore, cũ Bonnã incolerẽt, ſanitatis Deo illic ſacellũ cõſtituiſſe, in quo quidẽ ipſo ẽt ſuũ quidẽ, ſed acceptũ à Gracis morẽ obſeruarũt, quo, auctore Plutarcho,

& in

& in locis editis, et extra oppida, fana huic Deo ponebantur. Sed, quo certius ẽt credas nos errasse, inueni m⁹ nũc nuper Berchemi⁹ et ego lapidẽ Bõnæ, in publica via negligẽter locatũ; cuius litteræ rotarũ attritu exesæ inscriptionẽ indicãt huius rei magis cõgruentẽ. Testatur. n. ille tẽplũ Martis inibi fuisse, tũc vetustate collapsum, ac tẽporib. Diocletiani & Maximiani AA. à solo restauratũ. Vtriusq; lapidis inscriptionẽ tibi transmitto; teq; adeo cõsulo, Modi, absurdéne adeo facturũ putes, qui coniecerit; Vbios, cũ ab Augusto in Galliã traducti, et in proximis Rheno agris collocati essẽt, arã cõstituisse, ad quã iurisiurãdi Deorũq; religione se adstringerẽt, in fide mãsuros. Quod si tibi credibile videbitur; videbitur, haud dubiè, et illud; Martieos potissimũ sacrã illã voluisse. Cuius. n. Dei nomine iurisiurãdi formula poti⁹ cõciperetur, quã ei⁹, quẽ gẽs hæc præcipuo semper honore coluit? Sed & Trãquillus tradit; Augustũ quorũdã Barbarorũ principes in æde Martis vltoris iurare coegisse, mãsuros se in fide, et pace quã peterẽt. Illud est, quod mihi nõ satis placet; quod adiectũ hic Marti & attributũ propè otiosũ videtur; nisi si tu aliter statues, & ideo ad rẽ facere putabis, vt per hoc significẽtur Vbij, nõ pacẽ tantũ culturi ipsi, sed militaturi ẽt ad hoc de inceps aduersus hostes Romani nominis; et scribit certè de ijs Tacitus in libello De morib. Germanorũ: experimẽto fidei super ipsã Rheni ripã collocatos, vt arcerẽt, nõ vt custodirẽtur. Et hæc qui dẽ, de Ara Vbiorũ quæ dicerẽ, iã habebã. quæ si forte tibi, Modi, nõ placebũt: dicamus sanè Vbios solenti tũ cõsuetudine Augusto arã cõstituisse, in memoriã beneficij, quo ab eo traducti, siue ab Agrippa militiæ victoriæq; Augusti, vt Tacit⁹ ait, socio, in fidẽ accepti, et in proximis Rheno agris collocati fuerũt, additis sacrifi-

ciis, delectisq; ex primoribus gentis ſacerdotibus, in quibus fuit Sigiſmundus Segeſtis filius, qui ſacerdos apud Aram Vbiorum creatus, deficientibus Germanis vittas ruperat, profugus ad rebelles. Sic *Auguſto Ara dedicata Lugduni, ſacerdote creato C. Iulio Vercondari Æduo; Iul. Antonio & Fab. Africano Coſſ. Sic eidem Auguſto Narbone Ara in foro poſita eſt; certisque legibus dedicata, vt ſtatis diebus eius numini ſupplicaretur, hoſtiaeque immolarentur, T. Statilio Tauro, M. Aimilio Lepido Coſſ. vt habet inſcriptio marmoris, quam edidit Elias Vinetus in Auſonium. Sic in Britannia templum D. Claudio conſtitutũ, quaſi arrha aeternæ dominationis. Denique de Auguſto quidem auctor Tranquillus; plerasque prouinciarum præter templa & aras, ludos quoque quinquennales penè oppidatim ei conſtituiſſe. Vt iam nihil mirum videri poſſit, ſi & Vbii Aram Auguſto dicauerint; adhibitis in hoc ceremoniis, vt ſpecie religionis ſuam erga principẽ, Pop. Q. Rom. probarent fidem. Nam vt eos à fœda & pernicioſa adulatione, quæ poſtea inoleuit, vt pro Deo Auguſtus haberetur, eximamus; quid prohibet dicere; Vbios aeternæ memoriæ & reuerentiæ erga Auguſtum Aram collocaſſe? Quod ego tamen vt tibi, Modi, probem, non laboro: ego inquam; qui Aræ huius ſitum & regionem indicaſſe contentus, religionẽ quam in ea coluerunt, Auguſtiq; ἀποθέωσιν, cum Arminio Germano rideo; cum Tertulliano etiã deteſtor.* Habes mi Lipſi, doctiſſimi viri ſuper hac re ſententiam; quam vt tua comprobari, aut argumentis alioqui debili-

Suetonius in Claudio. Florus Epitome lib. CXXXIX. hiſtoriæ Liuianæ

tari

tari vehementer optẽ; ita ne quid hic deesse posset tibi, quoquo modo huc pertinens; placuit inscriptiones de quibus agit Campius, hic subiungere; si quid forte in alterutram partem apud te valere possent. Vale. In arce Godesberg.

FORTVNIS
SALVTARIBVS·.·.·
ÆSCVLAPIO HYG·.·.·
Q. VENIDIVS RVF·.·.·
MARIVS MAXIM·.·.·
CALVINIANV·.·.·
LEG. LEG. I. M. P.·.·.
LEG. AVG. ⁝⁝⁝ PR.
PROVINC. CI⊟C·.·.
D.·.·.·.·.·.·.·.·

Bonnæ

IN H. DD.
PRO. SALVTE. IMPP.
DIOCLETIANI ET MAXIMI
ANI. AVGG CONSTANTI.·.·.
ET MAXIMIANI. NOBB.
CAESS. TEMPLVM MARTI.·.
ILITARIS. VETVSTATE COL
LAPSVM. AVR. SIMTVS PRAE
FEC. IM. S. A. SOLO. RESTI
TVIT. DIE XIII. KAL. OC.
·.·. VSCO ET ANVLINO COS.

1 HYGIAEQ. puto fuisse. videatur Thesaurus Antiquitatis H. Goltzii nostri. & Aldi Orthographia cum alibi tum inprimis pag. 171

2 Id est; Tusco & Anulino Coss. quorum cõsulatus incidit in annũ Christi 295.

EPIST. IIII.

Franc. Modius Philippo de Croy, Domino de Santpye &c. S.

COrrexi paſſim, quod potuit, Philippe generoſiſſ. in his Epiſt. Silium Italicũ; quẽ mox intẽtiore etiã cura emendatũ, & ad principes poëtarum Homerum atq; Virgiliũ, prẽter ceteros, collatũ, Comiti Carolo Egmondano miſſurus ſum. Quẽ Comitẽ Carolũ quia nõ ignoro tibi eſſe in oculis; tũ etiã, vt noſtrę quoq; amicitiæ, olim in eiuſdẽ illuſtris Comitis Caroli familia Colonię Agrippinę initę, publicũ aliquod exſtet teſtimoniũ, has tibi in belli Punici ſecũdi buccinatore notas dare, dedicare placuit. Lib. x v. verſu 561.

I. Silius Italicus emendatus lib. xv. verſu 1011.

His dictis abit, atq; aſcendens viſa pauentem
Attrahere, & fractis turmas propellere portis:

melius erit: *atq; abſcedens viſa pauentem Attrahere* &c. ſed puſillum hoc, vt etiam iſtud:

II. Et verſu 1011. 1111.

——— *& Achemonio velocior arcu, Euolat.* pro quo legendum eſt: —— *& Achamenio velocior arcu, Euolat.* Propertius:

Non tot Achamenijs armatur Suſa ſagittis,
Spicula quot noſtro pectore fixit amor.

III. Item verſu 1011. xxxv. ter.

Ver. 585. *Scilicet Aſdrubalẽ inuadãt ad prælia ſoli:*
Annibali ſatis eſſe nequit; iam rurſus vbi arma
Auertiſſe ſuo cognorit deuia vallo,
Hæſurum portis Pœnum: veniſſe ſuperbo
Qui fratri certet; cui maxima gloria cedat
Vrbis deletæ, fremit amens corde ſub vno
Ordo patrũ, ac magno interea meditatur amore
Seruandi decoris, quondam ſe fine minanti
Seruitio eripiat &c. locus eſt de trepidatione Ro-

ma-

manorum, cum Nero ipsi Annibali impar, castra, quæ ei aduersa habebat, cum potiore exercitus parte reliquisset, vt se Liuio Salinatori cõiũgeret, & ita opponeret Asdrubali, qui in Italiã iã irruperat, vt fratris Annibalis copiis suas misceret, sed qui loc⁹ tũ demũ melius habebit cũ ita ꝑscribetur:

Scilicet Asdrubalem inuadat, qui ad prœlia soli
Annibali satis esse nequit; iã rursus vbi arma
Auertisse suo cognorit deuia vallo,
Hæsurum portis Pœnum; venisse superbo
Qui fratri certet, cui maxima gloria cedat
Vrbis deletæ, fremit amens corde sub imo
Ordo patrũ, ac magno interea meditatur amore
Seruandi decoris, quo nam se fine minanti
Seruitio eripiat &c. emẽdationũ rationes claræ sunt. Transeo igitur ad proxima illa, & vix versib. quatuor distantia de Liuio Salinatore: IIII. Et versu IOXCVII. bis, ter.

Belligeris quondam, scitusq; accẽdere Martem
Floruerat, primo clarus pugnator in æuo;
Mox falso læsus non æqui crimine vulgi
Secretus ruri tristes absconderat annos.
Sed post quam grauior moles terrorque periclo
Poscebat propiore virum, reuocatus ad arma
Tot cæsis ducibus, patriæ deuouerat iram.
At non Asdrubalẽ fraudes latuere recentum
Armorũ, quãquam tenebris nox texerat astus.

Pulueris in clypeis vestigia visa monebãt. corrigo locis 4. hos versus, scriboq; ex fide vetusti codicis: Virgilius— quo nõ præstantior alter AEre ciere viros, Martẽq; accẽdere cãtu.

Belliger is quondã, scitusque accẽdere Martem
Floruerat primo clarus pugnator in æuo:
Mox falso læsus non æqui crimine vulgi,
Secretis ruris tristes absconderat annos.
Sed post quam grauior moles, terrorque periclo

Poſcebat propiore virum; reuocatus ad arma,
Tot caſis ducibus, patriæ donauerat iram.
At non Aſdrubalem fraudes latuere recentum
Armorũ quãquam tenebris nox texerat aſtus.
Pulueris in clypeis veſtigia viſa mouebant.

V. Et verſu 1020 — Verſu 620. defugiente Aſdrubale cum exercitu, poſtquam Neronem Liuio ſe coniunxiſſe certis indicijs cognouerat:

Accelerant, vitant ſocios; ſed percita falli
Sub tanto motu tellus nequit. Vitant ſocios, inquit interpres, eos puta, qui relictis ſignis paſſim ſe quieti per campos dederant. Interpretatio ſatis expedita; ſed quæ male memor videatur diſciplinæ militaris; cuius iure hi non tantum vitarentur, ſed in ſoporem perpetuum collocarentur. nimirum legendum eſſe: *Accelerant vitãtque ſonos.* ſtatim:

VI. Et verſu 1020 xxxii. bis. ——*iam tela bibunt permiſſa cruorem.*
Hinc iuſſa Pœnum fugientem ſiſtere pennæ
Dicta volitant, hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicumq; viro quem prendidit ictus.
Deponunt abitus curam, trepidiq; coactas
Conſiſtunt acies, & ſpes ad prœlia vertunt. manifeſtè corrigendum: ——*iam tela bibunt præmiſſa cruorem:*
Hinc iuſſa Pœnum fugientem ſiſtere pennæ
Dicta volitant; hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicumq; viro, quem prenderit ictus.
Deponunt abitus curam, trepidiq; coactas
Conſtituunt acies &c. Vale.

EPI-

EPIST. V.

Franc. Modius Franciſco Nanſio apud Franconates in Flandria Senatori. P.P. S.

MIttо ad te virum omniũ litteratiſſimum, cognate Nanſi, hæc de litteris, & in litteris. Prima Ciceronis Catilinaria locus eſt à Lambino neſcio quomodo ſilentio præteritus, qui tamen nõ ſatis probus videtur, atq; ita paſſim legitur: *nox nulla interceſſit, interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus, clariſſimo patre natus, auis, maioribus.* hic dico locus non ſatis eſt integer, legendumq; procul dubio ex membranarum Colonienſium conſilio: *nox nulla interceſſit, interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus, clariſſimo patre, auo, maioribus.* Vides & agnoſcis opinor, tu Nanſi, tu, inquã, cui Cicero eſt familiariſſimus, Ciceronianam locutionẽ: ſcisq; ſæpius ea Oratorum principẽ eſſe vſum. Sequitur: *Verum ego hoc quod iam pridem factum eſſe oportuit, certa de cauſſa non dũ adducor vt faciam. tum deniq; interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui ſimilis inueniri poterit, qui id non iure factum eſſe fateatur.* Lambinus ait exſtare in vet. cod. *te interficiam.* ego membranis fretus aio ſcribendum: *Tum deniq; interficiere.* & ita me ames meretem, Nanſi, ita te Muſæ, vt hoc germanũ eſt noſtri Tullij. Præceſſit: *Si te iam Catilina cõprehendi, ſi interfici iuſſero &c. faciam* illud, quod præcedit, impoſuit vulgatæ ſcripturæ auctoribus, cum tamẽ illud ad allegata à me po-

I. Cicero Prima Catilinaria notatus.

II.

III.

ſterius verba ptineat, eoq; ſignificet Cicero nō dū ſe poſſe adduci vt Catilinā cōprehēdi, vt interfi-
III. ci iubeat. poſt paucos verſus: *Etenim quid eſt, Catilina, quod iā amplius expectes; ſi neq; nox tenebris obſcurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus cōtinere vocē cōiurationis tuæ poteſt: ſi illuſtrantur, ſi erumpunt omnia?* hic primū *voces*, nō *vocem*, quod vet. libri rectè improbant, legendū cenſeo; quod vt extra controuerſiā futurū exiſtimo, ita illud nō futurū ſcio, quod libēter hic *eluſtrantur* pro *illuſtrātur* legerim. cauſſa ea qd' elegāti metaphora eluſtrare ꝑ palā facere dici poſſit, à luſtris ferarū; vnde illę arte à venatoribus in lucē & in apertū eliciūtur, ac protrahūtur. aut ſi hoc min⁹ placet, vt certè min⁹ placet præ eo qd' iā dicā, dicemus Ciceronē dixiſſe *eluſtrantur* pro è luſtris, hoc eſt è lupanarib. ꝑferūtur. & accedit ſanè hoc ꝑpe, ſiue ad id quod de priuatis ædib. in quib. verſaret' Catilina, pręceſſit, quas Cicero luſtra & lupanaria ſubinde appellare ſolet, ſiue ad illud; quod, vt ex Salluſtio cōſtat, meretricis indicio Cicero de Catilinæ cōiuratione cognouerit. Videbit' ſcio hoc fortaſſe nonnullis ingenioſius, quā verius, ac lōgius omnino petitū: mihi tamen, quicqd ideſt, ita diſplicere nō potuit, vt nō hic adſcribendū putarē. præſertim, cū Noniū videā, vbi hæc citat, nō *illuſtrantur*, ſed *luſtrātur* legere; qd' ille patefacere interpretat; & hoc nō parū haud dubiè noſtrā opinionē cōfirmare, aut certè adiuuare videt'. ſi enim luſtrare patefacere ſignificat, multo magis & rectius eluſtrare idē ſignificare dicen-

dicendū eſt. Sed longior hic fui, quā vellē, nec faciendum tamē mihi puto, vt taceam. Periodo hanc ſequēte legi in m. ff. *Meminiſtine me in antediē* XII *Cal. Nouemb. dicere in Senatu &c.* Pro quo vulgo eſt: *Meminiſtine me ante diē* XII *Cal. Nouemb. &c.* Modico interuallo: *Quotiens tu me deſignatum, quotiens me cōſulem interficere voluiſti? quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderētur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi? nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore: neq; tamē conari ac velle deſiſtis. Quotiens iam, quotiens iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quotiens vero excidit & elapſa eſt?* apposui locum hunc, vt vulgo legitur; nunc vt eum legendū existimo, apponam, ac dein noſtras emendationes refutatis aliorum opinionibus confirmabo. lego igitur: *Quotiens tu me deſignatū, quotiens me conſulem interficere conatus es? quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderentur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi? nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod me latere poſſit in tempore: neq; tamen velle ac conari deſiſtis. Quotiens tibi iam extorta eſt ſica iſta de manibus? quotiens excidit caſu aliquo & elapſa eſt?* repoſui, *conatus es*, pro *voluiſti*, quod ita habeant omnes tam mei quā Lambini m. ff. & plus ſit *conari*, quam *velle*, vt rectè ait Fuluius. qui tamen, quod pace eius liceat, malè vtrumque retinet, legitq;: *quotiens me conſulem interficere voluiſti, velconatus es?* quod cum alieniſſimū ſit tum ab

IIII.

V.

elegantia Ciceronis, tum præcipuè ab hoc loco planè pathetico, miror homini doctiſſimo excidiſſe. eiq; in primis, qui, vt in m.ſſ. & vet. libris exercitatiſſimus, & verſatiſſimus eſt, ita ignorare nō poteſt, quod in libro quem domi ſe habere dicit, ſcriptum reperiatur *voluiſti vel conatus es*, id adeo ex eo factum, quod is exſcriptus ſit ex codice, in quo in textu alterum horū legeretur, alterum in margine, vel certè ſupra id quod in textu eſſet, cū iſto *vel*, quod ſignificaret aliàs legi, vt ibi eſſet adſcriptum; de quibus cum librarius vtrum recipiendū eſſet dubitaret, tandē vtrumq; in contextum retulit; quo exemplo millies alibi peccatum videmus. Sed vt, quod ſentio, liberè dicam, nec in eo mihi ſatisfacit Fuluius, quod ſtatim ante hunc locum legendum omnino exiſtimat fortunam pop. Rom. obſtitiſſe, non fortunam reip. nā quod ait in ſuis veteribus libris *fortuna p.r.* exſtare, id permouere eum non debuit, quod notæ hæ ſæpè conuerſo ordine, ſæpè variè legantur. vt omittam noſtros libros, Lambinianos dico, & meos inprimis, quos ego, quod ex collatione aliquam multorum locorum colligi potuit, longe Fuluianis antiquiores & meliores pronunciare non verear, omnes conſtantes *reipub.* referre. neq; ignoro Ciceronē pro lege Manilia fortunę pop. Rom. meminiſſe, & nummos eſſe cum tali inſcriptione: ſed idem ſcio, alios etiā nummos inſcriptionesq; eſſe quæ cōſenſum noſtrorum librorum confirmant, ac reip. hic mentionem quam pop. Rom. eſſe longe conuenientiorem,

tiorem, Taciti certè est Annali 14: *cuius aduersa prauitati ipsius; prospera fortunæ reip. referebat.* Sic enim ibi cū vetustè impresso Romano quam *ad fortunam* cum alijs editionibus legere malo. Sed nunc pergamus, & perpurgemus quod cœpimus. emendaui: *quod me latere possit in tempore.* pro quo erat: *quod mihi latere valeat in tempore,* quod Lambinum diu torsit, qui post multa coniecit legendum: *quod mihi patere nō soleat in tempore,* aut omisso illo, *in tempore*; *quod me latere queat.* vtrumq; malè. & prior enim scriptura nimium recedit à libris, & ad hoc inconcinnior est nostra, & quod *in tempore* posteriore scriptura putat posse abesse, quod in vno m.s. non reperiretur, frustra est. & mirè enim huc facit, vt intelligunt, qui latinè intelligūt, & est in optimis nostris membranis, quas etiam in sequētibus secutum me esse testificor in omissione vocum aliquot superfluarum.

VI. Tacitus Annali XIV. notatus.

EPIST. VI.

Franc. Modius Ioachimo I.F. Camerario Med. S.

NIsi me vis desiderio eorum contabescere Plautinorum manu exaratorū codicum, quorum his diebus mētionem iniecisti, fac quæsoiam nūc illi ad me eant. vigilans, dormiens; legens, scribens; edens, bibens hos volo, hos cogito, hos somnio. hui, dices, næ tu homo ex ijs vnicevnicus es, qui quod volunt absq; more, & modo volunt. Ita est, mi Camerari; hic (vt de Plauto

loquens Plautiſſem etiam) hic, inquam, morbus mihi maximus eſt in pectore; quo ſi non ægrotem, parum me hercule ſanum arbitrarer. cui tamen tu malo, ſiue furor eſt, caue mederi poſtules: ne vbi exemtus ſit hic mihi mentis gratiſſimus error, cum Horatiano illo exclamem; Pol me occidiſtis, amici; Non ſeruaſtis. Extra iocum, & tandem vero ſerio: tempus, quod inſtat, & feceſſus, in quem nos abſcondere decreuimus, vnica, vt ſcis, ad hanc rem quam paro. Non enim ignoras quo labore, qua aſſiduitate in ſimili negotio opus ſit; cui patris, viri incomparabilis, præter ſummam eruditionem cum ſumma prudentia, humanitate, ſanctitate coniunctam, hac quoque parte exemplum ante oculos eſt. mitte igitur per Muſas membranas tuas; flagitatriceſque earum has habe in Cenſorini opuſculum de die Natali notas. Cap. eo quod ſextum vulgo in editionibus faciunt: *Epigenes* CXII *annis longiſſimam vitam conſtituit*, inſerenda ex membranis præpoſitiua *in*, legendumque: *Epigenes in* CXII *annis longiſſimam vitam conſtituit*. quod tamen admonere prope putidum ſit, niſi omnes editiones in eadem noxia eſſent: vt & mox, ubi de ſæculis Hetruſcorum eſt: *Sextum vnum de viginti & centum*. pro quo reponendum ex eiſdem membranis; *Sextum vndeviginti & centum*: quod idem peccatum corrigatur ſupra quoque cap. v. ibi; *Fuerunt qui vtrumq;*

I. Cenſorinus de die Natali cap. VI. emendatus.

II. Eodem cap. iterum notatus, & cap. V. itemq; c. XV. b. s.

trumq; reciperent numerum vnum de quinquaginta, & LXXXI. & infra cap. X V. ibi; *Praeterea ſunt anni magni complures, vt Metonicus, quem Meton Athenienſis ex annis vnum de viginti conſtituit.* & rurſum ſub finem eiuſdem capitis; *Itaque hoc nunc anno, qui celebratus eſt Agon, vnus de quadraginta numeratur*, omnibus inquam his locis idem peccatum peccatum eſt; quare ſcribatur primo quidem; *vndequinquaginta*: altero autem; *vndeviginti*. tertio denique vbi grauiſſime lapſi cuſorum operæ; *vndequadrageſimus numeratur*.

III. Adhuc eodem cap.

ſed redeo ad cap. VI. vbi quod eſt: *Nam ita inſtitutum eſſe, centeſimo quoque anno fierent. Id tum Antias alijque hiſtorici auctores ſunt. Tum Varro, de ſcenicis originibus libro primo ita ſcriptum reliquit*. emendandum qua à ſcriptura, qua ab interpunctione: *Nam ita inſtitutum eſſe, vt centeſimo quoque anno fierent; id cum Antias alijque hiſtorici auctores ſunt; tum Varro &c.* in cuius Varronis verbis ſequentibus quod de X viris eſt, potius videtur, vt cum membranis legamus; *& ideo libros Sibyllinos* XV *viri adiſſent*. his enim totidem tum, vt arbitror, illa cura, vt & ludorum quoque ſæcularium edendorum, ipſe mox Cenſorinus, & apertiſſimè Tacitus, vbi de horum editione loquens, ait Annali XI; *Quia collegio Quindecimvirûm antiquitus ea cura*. item Horatius ibi:

Quindecim Diana preces virorum
Curet. ad eumq; locum manifeſtius etiã vetus interpres, cum ait: *Quindecim viri ſacerdotes erant, penes quos erat ex libris Sibyllinis reſponſa dare, & ludorum ſæcularium curam gerere.* nec ſolorum ſęcularium, ſed Magnorum quoq; cum tribus alijs collegijs ſacerdotum, vt eleganter ex Dione docet eruditiſſimus, & amiciſſimus vtriq; noſtrum I. Lipſius, Commentario ſuo in Taciti Annales; cuius verba ideo non adſcribo, quod ſcripta ipſa illius viri illis ſedulo excutienda iudicem, qui ſerio his Antiqui moris notis delectantur. Sequitur nũc inſignis in Cenſorino locus, quo ea, quæ diximus, etiam magis confirmantur. non in verba tamen Cenſorini, ſed Liuij, cuius ex lib. vt ait, CXXXVI hæc citat. *eodẽ anno ludos ſæculares Cæſar ingenti apparatu fecit. Quos centeſimo quoq; anno, his enim terminus ſæculi, fieri mos, vtq centeſimo decimo quoq; anno repetantur, tam cõmentarij* XV *virorũ quam diui Auguſti edicta teſtari videntur: adeo vt Horatius Flaccus in carmine, quod de ſæcularibus ludis cantatum eſt, id tempus hoc modo deſignauerit;*

IIII. Liuius apud eundẽ Cenſorinum ibidem emendatus ter.

Certos vndenos decies per annos. & quæ ſequuntur. tempeſtiuum enim videtur conſiderare quam apte illa inter ſe cõueniant, quod centeſimo quoq. anno ludos ſæculares fieri ſolere ait; indeq. ſtatim quaſi ſui oblitus anno centeſimo decimo quoq; demũ repeti eoſdem ſubiungat: in membranis legebatur; *his enim terminari ſæculi fieri mos vt cõtra, vt decimo centeſimoq. anno repe-*

repetantur. aberatq; in ſequentibus *de* præpoſitio. hoc rectè: in illis pedũ viſa eſt via. lego enim & interpungo totum locum hoc modo: *Eodem anno ludos ſæculares Cæſar ingenti apparatu fecit. quos centeſimo quoq; anno (hic enim terminus ſæculi) fieri mos. At cõtra vt decimo centeſimoq. anno repetantur tam cõmentarij Quindecim virorũ, quam Diui Auguſti edicta teſtari videtur: adeo vt Horatius Flaccus in carmine, quod ſæcularibus ludis cantatum eſt, id tempus &c.* certa, inquam, hæc lectio; niſi forte placet, quod ad ſcriptam lectionem accedit propius etiam. *his enim terminari ſæculũ*, vt intelligatur, opinio eſt, aiunt, aut ſimile quid. carmen autem quod ait, & ex quo quædam huc allegat, eſt illud, quod hodieq. carmẽ ſæculare ad Apollinem & Dianam inſcriptũ incipit: *Phœbe, ſiluarumq. potèſ Diana*, Auguſti iuſſu ab Horatio ſcriptum, & ludis, quos poſt Actiacam victoriam magnifico apparatu idem Auguſtus edidit, à pueris puellisq. patrimis & matrimis trinoctio decantatum. vnde de emendationis noſtræ ratione hac quoq; parte liquere poteſt. Plinij maioris exemplar Geſnerianum, & alterum, quo vſus optimus & eruditiſſimus parens tuus, prima quaq; occaſione remittam. Vale vir amiciſſime. Wirzeburgi ipſis Martinalibus. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPIST. VII.

Franc. Modius Lamoraldo à Claerhout, Baroni in Maldeghem, Vutkerke &c. S.

Quid placet tibi mi Lamoralle, Italia? iamne

aeri eius, iam hominibus assueuisti? quid Roma? habere ne aliquid oculis tuis dignũ visa est vrbs illa rerũ domina, de cuius rebus gestis, ad omnẽ ætatem in libris duraturis tam auide ex historico Patauino Louanij olim, nuper etiã in Vbijs discere solebas? quam gratũ erit aliquando, hæc, & his cõsimilia ex te reuerso in patriã cognoscere? in patriam, inquã, cuius te recordatione scio, pro tua in eam pietate, nõ posse non cõmoueri, concurrentibus in memoria tua eius & tot ante malis, quib. tantũ non exanimata est, & præsentibus ærumnis, per quas reliquię eius, nisi quis illã melior Deus de cœlo suo respexerit, propediẽ efferendæ videntur. sed hactenus tamen, adolescens generosissime, indulge dolori, vt, quæ mutari cõsilio non possunt, quàm moderatissimè ferenda memineris: quæque ex doctissimo viro Ægidio Vliegerio, præceptore tuo in similibus malis remedia adhibenda sæpe audiuisti, ijs vtere, & solatium ex libris pete; ac nunc etiam hæc nostra cognosce.

I. Silius emendatus lib. xv. versu cccxxxiv. bis,

Mendum inest in istis Silij versibus:

Sed quisnã aduersos Phœbũ tũc iũgere ab vrbe
Romulea dubitaret equos, qui tempore eodem
Marcellum acciperet, letũ oppetijsse sub armis?
Moles illa viridi validoq; habitata Gradiuo
Pectora &c.

dixi inesse mendum in hisce versibus, & hoc ipso mentitus sum. nõ enim vnum, sed duo in ijs vitia sunt, ita corrigenda:

Sed quisnã auersos Phœbũ tunc iũgere ab vrbe
Romulea dubitaret equos, qui tempore eodem
Marcellum acciperet letũ oppetijsse sub armis?
Moles

Moles illa viri, calidoq; habitata Gradiuo
Pectora &c. Frigus timiditatis, calor audaciæ causſa eſt. primusq; adeo verſus ex diuina Æneide eſt, in qua Dido ait:

Non tã auerſus equos Tyria ſoliũgit ab vrbe.

Verſu 375. de Marcello, cum in Pœnorum ſubſeſſam incidiſſet: II. Et verſu CCCLXXV.

Forſan & euaſſet rapidi freta ſæua pericli,
Ni telum aduerſos nati eueniſſet in artus.

Proprium magis huic metaphoricæ à mari locutioni: *Forſan & enaſſet rapidi freta ſæua pericli.* legoq; altero verſu: *Ni telum aduerſos nati veniſſet in artus.* Poſt pauca. ——*Vos ite ſuperbæ.* III. Et verſu CCCXCV. tres ex eo ſuppoſititij eiecti.

Exequias animæ, & cinerem donate ſupremi
Muneris officio: nunquã hoc tibi Roma negabo.
Quod virtute viri titulis decorare ſepulchrum
Ingentis belli liceat, nomenq; futuros
Æternum in Rutulos poſſis mandare nepotes,
Alterius paratq; eadem fortuna laboris
Conſulis &c. Hîc ego cum viderem verſum illũ *Quod virtute viri &c.* & duos ſequẽtes nihil facere ad rem; imo potius eſſe turbando huic loco, ad hoc inſulſos, ineptos, & nebulonẽ aliquo, quàm Silio digniores, leuiter notãdos duxi, donec cõſultis membranis, in quibus nulli comparent, expungẽdos planè didici. nec arbitror ſanè leuiorem me à Silij manibus gratiam initurum, ſpurios & ſubreptitios, ſuppoſititioſq; verſus ex libris eius eijciendo, quam legitimos, germanos, & ſuos ei, quod ſæpè in his epiſtolicis feci, reſtituendo. Sed pergamus:

IV. Iterũ emendatus versũ ccccxxiii.

Et latus repetens gentis primordia ductor,
Festa coronatis agitabat laurea signis. scribo cum libris vetustis: *Festa coronatis agitabat gaudia signis.* ac mox:

V. Et versũ ccccxxix.

Aurata puerum rapiebat in athera penna
Per nubes aquila, intexto librata volatu. non quomodo circumfertur vulgo, *intexto vibrata volatu.* Post pauca:

VI. Et versũ ccccliii. quater minimũ.

——cadit obuius acri
Cartulo Vasidio Libycæ regnator arenæ.
Te quoq; Cyrenes vidit conterrita tellus
Permixtum Pœnis, & vix credenda furentem
Magnum Dardaniæ Leli decus, omnia felix
Cui natura dedit, nullo renuente deorum.
Ille foro auditus, cum dulcia solueret ora,
Æquabat Pyliæ Neleia verba senectæ:
Ille vbi suspensi patres, & curia vocem
Poscoret, & cantu ducebat corda senatus. Totus hic locus locis quatuor interpolatus, ita ex membranis describendus est:

——Cadit obuius acri
Cartalo Nasidio Libycæ regnator harenæ.
Te quoq; Pyrenes vidit conterrita tellus
Permixtum Pœnis, & vix credenda furentem
Magnum Dardaniæ, Lali, decus; omnia felix
Cui natura dedit, nullo renuente deorum.
Ille foro auditus, cum dulcia solueret ora,
Æquabat Pyliæ Neleia mella senectæ:
Ille vbi suspensi patres, & curia vocem
Poscoret; vt cantu, ducebat corda senatus. & *Nasidij* noti Romæ, *Vasidij* non item. iam, Pyrenes

renes terram, Hiſpaniam vocat, vt alibi quoque, à Pyrenæis montibus, quibus Gallia illa diuiditur. mella autem Neleia dixit, exprimere cupiens Homerica iſta, Iliad. α,

——τοῖσι δὲ Νέσωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητὴς,
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

EPIST. IIX.

Franc. Modius Adriano Scheiffarto à Merade S. Romam.

SIquidem profectio tibi tua ex animi ſententia ſucceſſit, Adriane ornatiſſime, & ſaluus, reſalua, in vrbē redijſti, eſt quod gaudeam: eoq; magis, & ſolidius, quo tot vndiq. extremis his, & calamitoſiſſimis tēporibus, motibus conſurgentibus, itinera infeſtiora, & periculis præſentibus pleniora ſunt, quæ ſanè in ijs locis, vbi tu primum aerem hauſiſti, conſecuta ſunt; talia videntur, vt te non tā conſilij tui pœnitere non debeat, quod peregrinationem Italicam hanc ſecundam ſuſcipiendam tibi putaueris, quam diuino & præſago quodam inſtinctu factum videri poſſit, vt tu vltro, tale quid aduerſantibus quibuſdam, tamquā bonus augur futurorum, concupiſceres. In Macrobio ſcriptore intra mediocritatem bono, nō malo certè, ſi plagij eius fama non vapularet, hæc notata mitto. Poſt diuiſionem ſomniorum, dum quale ſit hoc, & quo referendū, quod pertractandum ſuſcepit diſputat: *Adipſius* (inquit) *quoq. ſomnij ſpecies omnes refertur. Eſt proprium,*

I. Macrobius lib. primo in Scipionis ſomnium emendatus.

quia &c. cõcinnior longè ſcripta lectio videtur: *Ad ipſum quoque ſomnij ſpecies omnes referun-*

II. *tur.* Mox *Latet*, inquit, *omne verum: hoc tamen anima, cũ ab officijs corporis ſomno eius paullulum libera eſt, interdum adſpicit: nonnumquam tendit aciem, nec tamen peruenit: Et cum adſpicit, tamen nõ libero & perfecto lumine videt, ſed interiecto velamine, quod nexus naturæ caligantis obducit.* & hæc quoque poſteriora, longè elegantius in membranis hoc modo leguntur: *Et cum adſpicit, non libero & directo lumine videt, ſed interiecto velamine, quod nexu naturæ caligantis obducitur.*

III. Poſt multa: *A diſpari vero ter terna, quæ ſunt nouem, ſuperficiem reddunt, & ter terna ter, id eſt ter nouena, quæ ſunt* XXVII. *primum æquè cubum alterius partis efficiunt.* verbum, *reddunt*, abeſt à libris antiquis. neque ſane eo hic opus, quare inducatur, vt pendeat oratio ex eo,

IIII. quod eam claudit, *efficiunt.* Non ita longo interuallo: *Vides vt hæc monas orta prima rerum cauſſa, ad vſque animam vbique integra, & ſemper indiuidua continuationem poteſtatis obtineat.* membranæ: *Vides vt hæc monas orta à prima rerum cauſſa, ad vſque animam vbique integram, & ſemper induiduam continuationem*

V. *poteſtatis obtineat.* Statim: *Sicut Minerua ſolo ex vno parente nata perhibetur.* rectum eſt: *Sicut Minerua ſola ex vno parente nata perhi-*

VI. *betur.* Et rurſum ſtatim: *Primum quod ſolum*

ex

ex omnibus numeris, qui infra decem ſunt, de ſuis partibus conſtat. hic quoque verum: *Primum quod ex omnibus numeris, qui intra decem ſunt &c.*

Modico interuallo: *Nec aliter tam controuerſa ſibi ac repugnantia, & naturæ communione abnuentia permiſceri, terram dico & ignem, per tam iugabilem competentiam fœderari potuiſſe, niſi duobus mediis, aeris & aquæ nexibus vincirentur.* quid eſt illud tandem, *& naturæ communione abnuentia permiſceri*, aut quis ita loquitur? mihi ſanè & ſuſpectum hoc ſemper fuit, & intricatum valdè vſque eo viſum eſt, donec ita in membranis ſcriptum reperi: *Et naturæ communionem abnuentia.* omiſſo τῷ *permiſceri* quod ſequentis verbi *fœderari* gloſſema ab illis huc intruſum eſt, qui dum in officinis typographicis cenſuras ſuas venditant, & correctorum nomine tument, nihil minus ſunt, quam quod profitentur, genus hominum malo reip. litterariæ natum. Ceterum dixit elegantiſſime Macrobius, *naturæ communionem abnuentia*, vt alibi ferè Curtius Rufus meus, de neſcio qua gente extremæ barbariei loquens, ait eam, *nullo commercio volentem.* VII.

Sequitur: *Vnde Homericus cenſor Menelaus, cum Græcis imprecaretur; Vos omnes (inquit) in terram & aquam reſoluamini.* à ſcriptis abeſt Menelai nomen, videturque à Grammatico aliquo adiectum. verſus autem VIII.

quo hoc dicit Homericus censor, (si dicit tamen) quæretur aliàs; nũc enim stat pergere in Macro-
IX. bio. in quo rursum est: *Harmonia media*
X. *conjunctionem vtriusq; præstante.* & iterũ: *Ergo hi duo numeri, tria dico & quatuor, tam multiplici inter se cognationis necessitate sociati, efficiendis vtriusq. corporibus, cõsensu ministri fœderis ob-*
XI. *sequuntur.* reponendum vtrobique *vtrisque* pro *vtriusq.* Sequitur posteriora cõtinue; *Nec sõlum explicandis corporibus hi duo numeri collatiuum præstant fauorem: sed quaternarium quidem Pythagorici (quem τετρακτὼν vocant) adeò quasi ad perfectionem animæ pertinentem inter arcana venerantur: vt ex eo & iurisiurandi religionẽ sibi fecerint:* ὐμὰ τὸν ἀμετέρα ψυχᾶ παραδόντα τετρακτώ, *iuro tibi per eũ qui dat animæ nostræ quaternarium numerum,* membranæ: *vt ex eo & iurisiurandi religionem sibi fecerint:*

οὐ μὰ τὸν ἀμετέρα ψυχᾶ παραδόντα τετρακτώ.

Per qui nostræ animæ numerum dedit esse quaternum.

EPIST. IX.

Franc. Modius Sebastiano Neustettero cognomento Sturmero, Equiti Franco &c. S.

PAuca hæc, quę ope manu scripti membranacei codicis, qui in bibliotheca ab amplissimo viro fratre tuo, patrono meo, omne genus & calamo & typis expressis libris instructissima, Combergi dedicata nuper, asseruatur, in Fabij Fulgentij

gentij Planciadis mythologiis emendare, & pristino decori restituere visus sum; tui, Sebastiane generosissime, iudicij facio. æquum enim erat fructus litterarios, quos beneficio splendidissimi fratris tui capio, aut ad eũ ipsum redire, aut certè ad eos, qui illi sanguine proximi sunt, redundare. sic igitur libro tertio, De Peleo & Thetide Planciades: *Deniq; natũ Achillem velut hominem perfectũ, mater in aquas intingit Stygias, id est, durum contra omnes labores munit, solum ei talũ non tetigit, nihilominus illud physicum significare volentes, quod vena quæ in talo sunt ad renum, femorum atq; virilium rationem pertineant.* in quo quod ait; *solum ei talum non tetigit*, dissertè falsum est, constatque solo eam talo filiũ apprehensum stygi immersisse. sed profecto vera est scriptura membranarum: *solum ei talum non tinguit: per hoc nihilominus illud physicum significare volentes.* consulat qui volet Hyginum, Ouidium, alios. De Myrrha & Adoni: *Myrrha patrem suum amasse dicitur, cum quo ebriato concubuit, cumq; eam pater vtero plenam resciisset, cognito crimine, euaginato eam persequi cœpit gladio. Illa in arborem myrrham conuersa est, quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus est; quid verò sibi hæc fabula sentiat, edicamus. Myrrha genus est arboris, de qua succus ipse exsudat, hæc patrem amasse dicitur. Ista enim arbores in India sunt, quæ solis caloribus cremãtur, & quia patrem omniũ rerũ solem esse dicebant, cuius opitulatu cuncta germinũ adolescit natiuitas, ideo &*

I. Fulgentius Planciades emendatus lib. III. Mythol.

II. Et alibi. ter.

patrem amaſſe dicitur. non parũ melius cõcinniuſq; membranæ. *M.p.ſ.a.d.c.q.e.c.c.q.e.p.v p. r.c.c.e.e.p.c.gladio. At illa i.a.m.c.e.quam arborem pater gladio percuſſit, & inde Adonis natus eſt, quid vero ſibi hæc fabula velit edicamus. M. g.e.a.d.q.ſ.i.e.h.p.a.d.I.e.a.i.ſ.ſ.q.ſ.c.c.e.q.p.o.r.ſ. e.d. cuius opitulatu cũcta germinũ adoleſcit mauritas, ideo* &c. ſed redeo ad Pelea & Thetidẽ vbi me fugit paullo ante monere nõ recte habere quoq; iſta: *Thetidẽ dici voluerunt aquã. Iuppiter, quaſi Deus, cõiungit Peleo; πηλὸς. n. Græcè lutũ dicitur; ergo terrã cum aqua commixtã volunt homines genuiſſe. Vnde & Iouem cum Thetide voluiſſe concumbere dicunt, & prohibitũ eſſe, ne maiorem ſe genuiſſet, qui eum de regno expelleret. Ignis enim, id eſt Iuppiter ſi cum aqua coeat, aquæ virtute extinguitur. Ergo in coniunctione aquæ & terræ, id eſt Thetidis & Pelei diſcordia ſola non petitur, illa videlicet cauſſa, aut quod concordia vtrorumque elementorum homo gignatur. Nam & incompetentia illa indicat, quod Peleus vt terra, id eſt caro, Thetis vt aqua id eſt humor, Iuppiter qui vtraque gignit vt ignis, id eſt, anima, ergo in conceptione hominis, & elementorum ingalitates tres (vt ſupra diximus) vitæ certantur. Nam & diſcordia malum aureum ieciſſe dicitur, id eſt cupiditatem, illa videlicet cauſſa, quod in malo aureo eſt quod videas, non eſt quod comedas.* monſtra verborum, quibus in ſolas terras miſſis, legamus nos ex optimis omnium mẽbranis: *Thetidem dici voluerunt aquam, vnde & Nympha dicta eſt. iſtam Iuppi-*

III. Ac turſus quinquies

Iuppiter quaſi Deus, c. P. æ. e. G. l. d. e. t. c. a. c. v. h. g. v. & I. c. T. v. c. d. & p. e. n. m. ſ. g. q. e. d. r. e. ſ. e. i. e. I. ſ. c. a. c. a. v. e. E. i. c. a. e. t. i. e. T. e. P. diſcordia ſola non petitur, *quod concordia vtrorumque elementorum homo gignatur. Nam competentia ipſa indicat, quod Peleus eſt vt terra, id eſt caro, Thetis vt aqua, id eſt humor, Iuppiter qui vtraque coniungit vt ignis, id eſt anima; ergo in conceptione hominis, elementorum iugalitate, tres deæ (vt ſupra diximus,) id eſt, tres vitæ certant. Nam & diſcordia malum aureum iacit, id eſt cupiditatem, illa videlicet cauſſa, quod in malo &c.* ecce nihil nunc his clarius, quibus antea Oedipo aliquo opus erat. ſed pergamus ad Apollinem & Marſyam: *Minerua tibias ex oſſe inuenit, quibus cum in conuiuio deorũ ceciniſſet, cumque eius tumentes buccas dii omnes irriſiſſent, illa ad Tritonem paludem pergens, in aqua faciem ſuam ſpeculatur, dum turpia adiudicaſſet buccarum, in flumina tibias eiecit. quibus Marſya repertis, doctior factus, prouocauit Apollinem concertaturum de cantibus, ſibique Midam redemiudicem deligunt, quem Apollo, cum non rectè iudicaſſet, aſininis auribus deprauauit. Ille criminis ſui notam tonſori tamen oſtendit, præcipiens ei vt ſi crimen eius celaret, eum participem regni efficere. Ille ſecretũ domini ſui in terrã fodit, & in defoſſo terræ duxit & operuit. In eodẽ loco calamus natus eſt, vnde ſibi paſtor tibiã faciẽs, quæ cũ percutiebatur, dicebat, Midarex aures aſinales habet; nihil-*

IV. Quater quin quies.

ominus quàm quod ex terra conceperat. Vnde & Petronius Arbiter:

Sic commissa ferens auidus reserare minister
Fodit humum &c.

dignior haud dubiè ipso Mida auribus asininis deprauari qui primus hanc narrationē tam spurcè deprauauit: ita, vt ne multa præter rem dicam, integritati suæ reddendā: *M.t.e.o.i.q.c.i.c.d.c. eiusque tumentes, b.d.o.i. illa ad Tritonem pergens in aqua faciem suam speculata, dum turpia adiudicasset hiamenta buccarum, in flumen tibias iecit, quibus Marsyas repertis, d.f.p. A.c.de cantibus*; *vtrique ergo sibi Midam iudicem deligunt; quem Apollo, quod non rectè i.a. a.d.l.c.s.n. tonsori tantum ostendit promittens ei, vt si crimen eius celaret, participem regni eum efficeret. Ille in terra fodit, & secretum domini sui in defosso terræ dixit, & terra operuit. In e.l.c.n.e.v.s.p. tibiam fecit, quæ cum percuteretur, dicebat, Midas rex aures asininas habet. Vnde & Petronius Arbiter ait:*

Sic commissa ferens, auidus reserare minister.

V. Statim pòst: *potest etiam lemmata subrigere. & parallelos concordare, & distonias mollire, & phtongos iuuare* &c. nihili est illud *iuuare*. quare reponatur pro eo depromtū ex thesauro membranaceo alterum, legaturque *& phtongos iugare.*

VI. Notatus locis sex. Post pauca omninò verba: *Cithara enim symphoniarum gradus habet quinque, secundum quod Pythagoras ait, dum numerorum rythmicos modulos ad symphoniarum adduxisset concordiam.*

Pri-

Prima enim ſymphonia eſt diapaſon, quod eſt in arithmeticis diplaſion, quod nos in Latinis vnum ad ſecundum dicimus: ſecunda ſymphonia diapente, quod eſt in arithmeticis hemiolius, quod nos in Latinis duo ad ternum nuncupamus: tertia ſymphonia diateſſaron, quod eſt in arithmeticis epitritos, id eſt tertius ad quartum: quarta ſymphonia dicitur tonus quod apud arithmeticos epogdous vocatur, apud nos, quintum ad quartum; & quoniam vltra arithmeticus ordo progredi non patitur, propter nouenarium limitem, quia decimus alterius ordinis primus gradus eſt. &c. flagitiosè corrupta omnia, quod magna ex parte iis compendiis imputari poſſe videtur, quibus numeros ſignamus, qui cum reliquis ita emendandi: (*e.ſ.g.h.q.ſ. q. P.a. dum numerorum arithmeticos modulos a.ſ. a.c. Prima ſymphonia e.d.q.e.i.a.d.q.n. Latine vnum ad duo dicimus: ſecunda ſymphonia eſt diapente, q.e.i.a.h. quod nos Latinè duo ad tria nuncupamus: tertia ſymphonia eſt diateſſaron q.e.i.a.e. id eſt tria ad quattuor: q.ſ.d.t.q.a.a. epogdous. apud nos dicitur quattuor ad quinque; vltra quem numerũ arithmeticus o.p.n p.p.n.l. quia decimus alterius &c.* Iterum poſt pauca: *Vox vero habet gradus ſymphoniarum in numeris, quantum natura dotauerit ipſam vocem* &c. legendum haud dubiè: *Vox vero habet gradus ſymphoniarum in numeros.* &c. Adhuc poſt pauca: *Vna enim ſymphonia quinq; ſymphonias habet; ergo poſt artẽ Muſicam Minerua reperit tibias, quas omnis doctus in muſicis ſonet, has propter ſonorum deſpuit* VII. VIII. ter correctus

ominus quàm quod ex terra conceperat. Vnde & Petronius Arbiter:

Sic commissa ferens auidus reserare minister
Fodit humum &c.

dignior haud dubiè ipso Mida auribus asininis deprauari qui primus hanc narrationẽ tam spurcè deprauauit: ita, vt ne multa præter rem dicam, integritati suæ reddendã: *M.t.e.o.i.q.c.i.c.d.c. eiusque tumentes, b.d.o.i. illa ad Tritonem pergens in aqua faciem suam speculata, dum turpia adiudicasset hiamenta buccarum, in flumen tibias iecit, quibus Marsyas repertis, d.f.p. A.c.de cantibus; vtrique ergo sibi Midam iudicem deligunt; quem Apollo, quod non rectè i.a. a.d.I.c.s.n. tonsori tantum ostendit promittens ei, vt si crimen eius celaret, participem regni eum efficeret. Ille in terra fodit, & secretum domini sui in defosso terræ dixit, & terra operuit. In e.l.c.n.e.v.s.p. tibiam fecit, quà cum percuteretur, dicebat, Midas rex aures asininas habet. Vnde & Petronius Arbiter ait:*

Sic commissa ferens, auidus reserare minister.

V. Statim pòst: *potest etiam lemmata subrigere. & parallelos concordare, & distonias mollire, & phtongos iuuare* &c. nihili est illud *iuuare*. quare reponatur pro eo depromtũ ex thesauro membranaceo alterum, legaturque *& phtongos iugare.*

VI. Notatus locis sex. Post pauca omninò verba: *Cithara enim symphoniarum gradus habet quinque, secundum quod Pythagoras ait, dum numerorum rythmicos modulos ad symphoniarum adduxisset concordiam.*

Pri-

Prima enim ſymphonia eſt diapaſon, quod eſt in arithmeticis diplaſion, quod nos in Latinis vnum ad ſecundum dicimus: ſecunda ſymphonia diapente, quod eſt in arithmeticis hemiolius, quod nos in Latinis duo ad ternum nuncupamus: tertia ſymphonia diateſſaron, quod eſt in arithmeticis epitritos, id eſt tertius ad quartum: quarta ſymphonia dicitur tonus quod apud arithmeticos epogdous vocatur, apud nos, quintum ad quartum; & quoniam vltra arithmeticus ordo progredi non patitur, propter nouenarium limitem, quia decimus alterius ordinis primus gradus eſt. &c. flagitiosè corrupta omnia, quod magna ex parte iis compendiis imputari poſſe videtur, quibus numeros ſignamus, qui cum reliquis ita emendandi: (*e.ſ.g.h.q.ſ. q. P.a. dum numerorum arithmeticos modulos a.ſ. a.c. Prima ſymphonia e.d.q.e.i.a.d.q.n. Latine vnum ad duo dicimus: ſecunda ſymphonia eſt diapente, q.e.i.a.h. quod nos Latinè duo ad tria nuncupamus: tertia ſymphonia eſt diateſſaron q.e.i.a.e. id eſt tria ad quattuor: q.ſ.d.t.q.a.a. epogdous. apud nos dicitur quattuor ad quinque; vltra quem numerū arithmeticus o.p.n p.p.n.l. quia decimus alterius &c.* Iterum poſt pauca: *Vox vero habet gradus ſymphoniarum in numeris, quantum natura dotauerit ipſam vocem* &c. legendum haud dubiè: *Vox vero habet gradus ſymphoniarum in numeros.* &c. VII. Adhuc poſt pauca: *Una enim ſymphonia quinq; ſymphonias habet; ergo poſt artē Muſicam Minerua reperit tibias, quas omnis doctus in muſicis ſonet, has propter ſonorum deſpuit* VIII. ter correctus

paupertatẽ. Inflatas vero buccas ideo riſiſſe dicuntur. &c. hic quoq; legũt mẽbranæ. *Vna enim Symphonia quinq; voces habete. p.a. M. M.r.t.q.o. doctus in muſicis propter ſonorũ deſpuit paupertatẽ. Inflatas vero buccas dii ideo riſiſſe dicũtur &c.* & ꝑfecto iſta, *ſonet, has:* à mala manu, & imperiti a-

IX. licuius nebulonis gloſſema ſunt. Statim de Mida adhuc: *ideo ẽt aſininis aurib. dicitur, quia* &c. verbo inſerto ex mẽbranis ſcribẽdũ: *ideo ẽt aſininis au-*

X. *rib. deprauari dicitur.* Et mox de tõſore eiº: *Quod autẽ per cãnã prodidit.* nõ quomodo vulgo circũ-

XI. ferẽ; *Quod autẽ per cãnã perdidit.* De Orpheo: *Apud rethores vero aliud profuſo & libero curſu effrenata loquacitas, aliud cõſtricta virtutis indagãdæ curioſa nexilitas.* mirũ ni legẽdũ; *aliud cõſtricta*

XII. *veritatis indagãdæ curioſa nexilitas.* Poſt verſus
Suppletus & emendatus. omnino ſex: *Vocis ergo pulchritudo interna artis ſecreta, virtutẽ ẽt myſticã verborũ attingit. Sed hæc quãtũ ab optimis amatur, ſicut ab Ariſtæo, ἄειστον. n. Græcè optimũ dicitur; tãtũ ipſa ars cõiunctionẽ hominũ vitat.* in mẽbranis exſtat. *Vocis ergo pulchritudo delectãs interna artis ſecreto v.e.m.v.a.S. h.q.a.o.a.ſ. A.a.e. G.o.d. tantũ ipſa ars cõmunionẽ*

XIII. *hominũ vitat.* In paucis: *Dicere. n. poſſumus quod*
Iterum bis emendatus *Dorius tonus, aut coiẽs Phrygius torres Saturno feras mulcẽs, ſi Ioui aues oblectet. At vero ſi rei expoſitio quæritur, cur hoc veſtigandæ rationis caput inmoritur.* mera mõſtra verborũ, neq; Africana illa tamẽ, quod ferri fortaſſe poterat, cũ ſoleat illa regio ſemp aliquid noui & ꝑdigioſi parere, ſed ipſis Africanis barbariora, quæ à nobis ſic cicurari poſ-

ſe

ſe videntur, & ad communem normam fingi. XIII.
Dicere enim poſſumus quod Dorius tonus aut Phry Iterum bis e-
gius Saturno coiens, feras mulceat; ſoui aues oble- mendatus
ctet. At vero ſi rei expoſitio quæritur cur hoc fiat, ve
ſtigandæ rationis captus inmoritur. tonus, inquit, Dorius, aut Phrygius ſi cũ Saturno coeat, mulcet feras: ſi vero cũ Ioue coniungatur, oblectat aues. De Phineo. *Ideo ei harpyæ cibos arripiunt. At vero* XIV.
quod eius prædia ſtercorib. fœdant, oſtendit fœnerã- Quà a tranſ-
tiũ vitã rapinæ ingluuiẽ eſſe ſordidã. ſed has à cõſpe- poſitione,
ctu eius Zethus & Calais fugant, quia rapina ei a- quà a ſcriptu
liquid de ſuo comeſſe non permittit. Græcè enim ζη- ra emenda-
τῶν καλὸν inquirens bonum dicitur. partim corruptus, partim tranſpoſitus locus, ita reſtituendus: *ideo ei harpyæ cibos eripiunt, quod rapina ei aliquid de ſuo comedere non permittit. At vero q.e.p.ſ.f. oſtendit fœnerantiũ vitã rapinæ illuuie eſſe ſordidã; ſed has à conſpectu eius Zethus & Calais fugant; Græcè enim* &c. iubeo te valere generoſiſſ. Sebaſtiane. Wirzeburgo. III. Kal. VIIbres CIↃ.IↃ.LXXXIII.

EPIST. X.

Franc. Modius Philippo & Richardo à Merade D D. de Freeſnis &c. germanis fratribus, S.

Moguntiacum.

PErgite porro nobiliſſ. adoleſcẽtes, in ea ſtudia totis animi virib. incũbere, quæ vos vel ſola maiorib. veſtris dignos pſtare poterũt. quoq; hæc tẽpora difficiliora ſunt, eo plura vobis ad pua dẽda õia, ſi ita caſus ferat, parate adiumẽta. vt nihil aliud, minore certè cũ animi moleſtia, ea feretis quæ veſtri ordinis hominib. ſideris malignitas minari, & humano cõſilio nõ poſſe vitari videt.

cum enim recordabimini multorum bonorum, atque etiam principum virorum indignæ sortis; facilius ignoscetis malis, quæ vos premẽt; ignoscendoque immanè quantum leuiora eadem reddetis. sed hæc atque talia, quoniam à domestico monitore, præceptore vestro quotidie vobis occinuntur, facilè mitto: & ad ista vos voco:

I. Silius Italicus lib. xv, versu 1061, bis emendatus

——vnica nunc spes
Et penè è latebris infracto Liuius æuo
Damnatum offertur vobis caput ite agite, oro;
Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
Sit pudor, & turpis finem donate senectæ.
At contra Nero quid cessas clausisse labores
Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles
Parta ingẽs, nũc accumula cœpta ardua dextra.
Heu temere adducto rupisti robore castra,
Ni factum absoluit victoria. sunt verba Asdrubalis, & ex parte aduersa Neronis, suos ad prœlium acuentium ex Silij Italici lib. xv. versu 650, quæ ego ita constituebam:

——vnica nunc spes,
Et pœna, & latebris infracto Liuius æuo,
Damnatum offertur vobis caput; ite agite oro
Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
Sit pudor, & turpi finem donate senectæ.
At contra Nero: quid cessas cluisse labores
Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles
Parta ingẽs, nũc accumula cœpta ardua dextra.
Heu temerè abducto liquisti robore castra,

Ni

Nifactum absoluit victoria. scripsi; *& pœna & latebris*, pro vulgato; *& penè è latebris.* quod esset in m. ſſ. *& pœna latebris.* scripsi: *& turpi finem donate senectæ.* quod vulgatum *turpis* in membranis in litura cubaret, meminissemque legere apud Virgilium: *nec turpi ignoſce senectæ.* denique scripsi; *temerè abducto liquisti robore caſtra.* pro *adducto rupisti robore caſtrum.* quod alterum ita faciendum moneret res ipsa, alterum, vt de re taceam, etiam membranaceus codex, nunc pergo:

II. Et versu IↃCLXXVI

Improba miſcebat ſecurus prœlia fati
Ceu tutante deo, ac patriis ſpolia improba terris
Fixurum vano tumidus promiſerat ore. emendandum insigni planè emendatione:
—— ac patriis ſpolia ſtata templis
Fixurum vano &c.

Versu 689. *Tanto transfixum telo, per membra, per arma,*

III. Rursus vers. IↃCXXCIX.

Conſulis ante oculos magno clamore Sabellum
Aſportabat ouans. corrigunt scidæ:
Tum quoq; transfixum telo. &c. Statim:

IV. Ac versu IↃCXCV.

Aſtitit audito triſtis clamore ruinæ
Aſdrubal. verius est legere:
Aſſilit, audito triſtis clamore ruinæ, Aſdrubal.

V. Item versu IↃCCIII.

Versu 703. *At Canthus Libycæ late poſſeſſor arenæ;*
Qua celebre inuicti nomen poſuere Phileni,
Duẽ Obiũ obtruncat Rutulũ, cui mille ſub altis
Lanigeræ balant ſtabulis. miror, ex postremis

his nemini, qui Silium corrigere profeſſi ſunt, aduerſum eſſe, legendum: *Ditem ouium obtruncat Rutulum.* Mox:

VI. Ver. IↃCCLXX

Iamq; per extentos alterna ſtrage virorum
Corpora fuſa iacent cãpos, diuerſaq; in vndam
Iunxerunt cumulo creſcente cadauera ripas.

vitij manifeſtus locus; ſed qui tantilla mutatione ita corrigi poteſt:

——demerſaq; in vndam
Iunxerunt cumulo creſcente cadauera ripas

VII. Verſu IↃCCLXXV. correctus eiecto turpi gloſſemate, & iterum emendatus.

Verſu 775. *Omnis Naiadum plenis comitata pharetris*
Turba ruit, curſuq; leues nemora auia cingunt.
Corythi interea ſtridunt, ductisq; ſagittis
Pendentes ſaliunt, nymphis abeuntibus arua:
Tum per ſaxa feræ, perq; ipſa cubilia fuſæ,
Per valles fluuiosq; atq; antra virentia muſco
Multa ſtrage iacent, exultat vertice montis
Tunc latam luſtrans oculis Latonia prædam.

Poſtremi hominum, qui ita libros corrigitis, vt bonis auctoribus multa mala, quorum vobis domi maxima ſemper copia, ita affricetis, vt ad illa tollenda, & repurganda ſcriptorũ ſtabula à vobis inquinata ne Hercules qdẽ ἀλξικακος ſatis futurus ſit; peſſimi, inquã, & viliſſimi homines, qd vobis in huius loci tã portẽtoſa interpolatione precer? hoc nẽpe, vt vitã exhinc procul à libris agatis; dum nos interea, veſtras ſordes hinc eijcientes Silij locum pulcherrimum, abſq; vobis modo eſſet, ita ex membranis emaculamus:

Omnis

Omnis Naiadum plenis comitata pharetris
Turba ruit, ſtridunt q; ſagittiferi Corythi.
Tum per ſaxa feræ, perq; ipſa cubilia fuſæ,
Per ualles, fluuioſq; atque antra virentia muſco
Multa ſtrage iacent: exultat vertice montis
Gratam per luſtrans oculis Latonia prædam.

ſediam cum lib. Silij xv etiam epiſtola hæc ſuum hic finem habeat. Valete.

EPIST. XI.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio I. C. S. Coloniam Agrippinam.

OMninò ita eſt, Berchemi; fuit nobis Falckẽburgius, & quod quidẽ magis doleas, fato non ſuo functus eſt. inter equitandum enim neſcio quo pacto hoc ei malũ obiectum eſt, quod originem morbo dedit, qui ad plures eum miſit; quem ille morbum cum ab initio contemneret, neque adduci poſſet, vt medicorum opera vteretur, ſerò poſtmodum cœpit velle, quod initio factum oportuit. exſtinctus eſt itaque in ipſo ætatis flore, cum iam inibi eſſet, vt ſtudiorum indefeſſique tot annorum laborum fructum caperet, immortalitate digniſſimus ille iuuenis; abienſq; hinc in communem locum, & reb. humanis valere & plaudere, & nobis amicis ſuis dolere dixit & plangere. Quamquã, quid eſt quod magnopere in morte hominis Chriſtiani aut affligere nos, aut plorare debeamus? maximè tot impẽdẽtib. vndiq; periculis: tot circũtonãtib. nos, hoc miſerrimo & plane extremo tẽpore procellis; quæ curſui nauis, hoc eſt vitæ noſtræ, ita minantur,

vt felix omnino habendus ſit, qui portum eum tenere potuit, ex quo nunc Falckenburgio dulce eſt; ingentem noſtrum ſpectare laborem: Non quia vexari, ſed noſti cætera; & volo te ego ab his quam longiſſimè abducere, & in Helicona meum deducere, ſi operæ eſt, vt ſimitus ibi cum Caſtalij fontis latice miſeriarum nos circumſtantium memoriam ebibamus, & inde in domos ſuperas ingreſſi, pulcherrimum mundi curſum conſideremus. in quo quidem itinere, ne à via regia deflectamus, & cum ſtellis erraticis nos quoque oberremus, & ex acclini forte aliquo cæli loco in terram præcipites decidamus, bonum factum erit, ſi Hyginum ab inferis excitum ducem (enim, nota magis nulli domus eſt ſua, quam Hygino cælum) ſumamus. in quo quidē vt ne gratificari forte nobis grauetur, ecce homini laboris & ductus pretium, monumenta quædam ab eo olim poſita, & longi temporis vetuſtate collapſa, à me nunc ad æternam eius memoriam, in priſtinum, quod poteſt, reſtituta.

I. Hyginus emendatus præfat. lib. I. Aſtronomicōv. In limine ſtatim operis eius inſcriptum legitur, mediis quaſi poſtibus: *His præpoſitis rebus ad id loci venimus, vt exponeremus vtrum.* ſed poſuerat ille, haud dubiè, pro ætatis ſuæ elegantia:

II. Idē ibidem ſuppletus *His poſitis ad id loci venimus* &c. Paullo infra:

Deinde perſcripſimus vtrum ſol cum mundo fixus verteretur, an ipſe per ſe moueretur: & cum ipſe per ſe moueatur, & contra XII *ſignorum ortus eat;*

eat; *quare cum mundo exoriri & occidere*. quæ cum imperfecta ſit periodus, ita à me, quæ exciderunt, aut eraſa, eraſaue ſunt, in locum ſuum reſtituendo, eam ſuppleas, licebit: *Deinde ordine perſcripſimus vtrum ſol cum mundo fixus verteretur, an ipſe per ſe moueretur; & cum ipſe per ſe moueatur, & contra* XII *ſignorum ortus eat; quare videatur cum mundo exoriri, & occidere.* Adhuc paullo inferius: III. Iterum emaculatus

Neque enim magnitudinem voluminis, ſed rerum multitudinem per nos conuenit ſpectare.

Hic ego aio pro illo; *per nos* quod à mala manu, non ab Hygino eſſe, certè ſcio, *peritos* reponendum Nunc ingrediamur, quodq; in ipſo pene ingreſſu eſt: IV. In principio lib. I.

Cum enim Sol peruenit ad eum circulum, qui hiemalis vocatur, & efficiet nobis, qui prope eum ſumus conſtituti, nimium frigus, qui arbitramur eis locis frigoris eſſe, qui longius etiam abſunt à nobis.

genuinæ ſuæ formæ ita reddamus;

Cum enim Sol peruenit ad eum circulum, qui hiemalis vocatur, & efficit nobis, qui prope eum ſumus conſtituti, nimium frigus; quid arbitramur eis locis frigoris eſſe, quæ longius etiam abſunt à nobis? Habetur mox. V. Item principio. lib. II.

Equibus igitur primum duas Arctos, & Draconem, deinde Arctophylaca cum Corona dicemus. Cæterum qui Engonaſin vocatur, exinde &c. ſed emendandum:

Equibus igitur primum duas Arctos, & Draco-

nem, deinde Arctophylaca cum Corona dicemus, & eum qui Engonasin vocatur.

VI. Et rursus eodem lib. Arcto maiore.

Exinde. &c. Sequitur post multa: *quam interficere cogitans, persecutus est in Iouis Lycæi templum: quo & qui accessisset, mors pœna erat Arcadum lege.* Vbi quis dubitabit reponendum; *quo ei, qui* &c. De Ioue Lycæo autem, eiusque templo, & horrendis in eo ritibus Pausanias Arcadicis statim in principio: vbi refert in Iouis Lycæi sacris solere homines verti in lupos. vide & Strab. lib. 8.

VII. Arctophylace.

Rursum sequitur: *quorum rex Aristæus Apollinis & Cyrenes filius, Actæonis tempore petiit* &c.

Corrigo: *quorũ rex Aristæus Apollinis & Cyrenes filius, Actæonis pater, petiit.* &c. vide Pausaniã Phocicis; Ouid. Metamorph. Siliũ Ital. lib. XII. Statium Thebaide; alios alibi. Inferius paullo:

VIII. Ac rursus ibidem in fine.

Ex hoc autem Pareanta demonstrat natum, qui de suo nomine Pari, & oppidum Parona appellauit.

Videtur restituendum ex historiæ veritate, veterumque scidarum auctoritate:
Ex hoc autẽ Pareanta demonstrant natũ, qui de suo nomine Parios, & oppidum Parona appellauit.
Plinius lib. IV. cap. XII. Stephanus: Strabo: alij.

Iterum post pauca:

Itaq;

Itaque comprecatus patrem, petiit aliquid, vt satisfaceret se ex eo natum: statimque tonitrum & fulgorem cæli inditium significationis feciſſe. IX. Corona ſuppletus & emendatus. ſcribe:

Itaque comprecatus patrem, petiit aliquid ſigni, vt satisfaceret ſe ex eo natum: ſtatimq; tonitru & fulgore cœli indicium fecit. Rurſum: *Conatur interficere draconem Heſperidum, qui nunquam oculos aperuiſſe ſomno coactus exiſtimatur; quo magis cuſtos eſſe demonſtratur.* quo in loco repone mea fide: X. Engonaſi.

Conatur interficere draconem Heſperidum, qui nunquam oculos operuiſſe ſomno coactus exiſtimatur, quo magis cuſtos appoſitus eſſe demonſtratur. Notior reſeſt quam vt confirmatione egeat. Pergo igitur ad vitioſiſſima hæc: XI. Eodem adhuc: quinquies ſexies emaculatus.

Etſi ſit qui negat hic (vt Aratus) quidquam poſſe demõſtrari, tamẽ conabimur vt aliquid veriſimile dicamus. Aratus autem, vt ſupra diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megiſtũs patrem dicit eſſe, qui videtur vt lamentans filiam in vrſæ figuram conuerſam, genu nixum, palmas aduerſas tendere ad cœlum vt eam ſibi Dii reſtituant. Hegeſianax autem Theſea dixit eſſe qui Troezene ſaxum extollere videtur; quod exiſtimatur AEgeus ſub eo ſaxo Pelopium enſem poſuiſſe, & AEthræ Theſei matri prædixiſſe, ne ante eum Athenas mitteret, quam lapide ſublato ſua virtute potuiſſet gladiũ referre. Itaq; niti videtur, quã altiſſime poteſt,

vt extollat. Hac etiam de cauſſa nonnulli lyram, quæ proxima eſt ei ſigno collocata, Theſei eſſe dixerunt, quod vt eruditus omnium artium lyram quoque didiciſſe videbatur. Id quoque Anacreon dicit ἀγχοῦ Θήσιος ἔσο λύρη. Alii dicunt Thamyrin a Muſis excæcatum, vt ſupplicem ad genua iacentem: dicunt alij Orphea a Thraciis mulieribus interfici. & quæ ſequuntur; tempus enim videtur, vt ad emendandum accedamus; quod ego factum iri arbitror, ſi totum locum ita legamus:

Et quamuis neget Aratus, quis ſit hic, quem quam poſſe demonſtrare; tamen conabimur vt aliquid veriſimile dicamus.

Arietem, vt ſupra diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megiſtûs patrem dicit eſſe; qui videtur, vt lamentans filiam in vrſæ figuram conuerſam, genu nixus palmas diuerſas tendere ad cœlum, vt eam ſibi Dii reſtituant. Hegeſianax autem Theſea dixit eſſe, qui Troezene ſaxum extollere videtur; quod exiſtimatur AEgeus ſub eo ſaxo Pelopium enſem poſuiſſe, & AEthræ Theſei matri prædixiſſe, ne ante eum Athenas mitteret, quam lapide ſublato ſua virtute, poſſet gladium patri referre. Itaque niti videtur, vt quam altiſſimè poſſit, lapidem extollat. Hac etiã de cauſſa nonnulli lyrã, quæ proxima eſt ei ſigno collocata, Theſei eſſe dixerũt; quod vt eruditus omni genere artiũ, lyra quoq; didiciſſe videbatur. Idque

Ana-

Anacreon dicit, ἀγχοῦ Θησέως ἔσω λύρη. *Alij autem Thamyrin à Muſis excæcatum, vt ſupplicē ad genua iacentem dicunt: alij Orphea &c. lyra didiciſſe,* planè leg. ſic enim & De ſenectute Cicero: *diſcebant enim fidibus antiqui.* ſed nihil neceſſe eſt hic repetere, quomodo ſingula hoc loco mutauerim, cum ipſus ſe cuiuslibet oculis ingerat; & affirmare habeam, ita eum exceptis perpaucis in m.ſ. libro perſcriptum exſtare; perpaucis, dico, exceptis, quod quædam coniectura mea adiuuerim, & Arieth nomē ſecundo loco pro Arati repoſuerim. quod etiam vt ne fruſtra aut temere à me factum quis iudicare poſſit, cur fecerim iſtū præcedentem huius ſcriptoris locum auctorem do: *Arieth autē Tegeates hiſtoriarum ſcriptor, non Calliſto, ſed Megiſto dicit appellatam: & non Lycaonis, ſed Cetei filiam Lycaonis neptē.* ex quibus verbis etiam illud liquet; rectè me Megiſtûs nomen ita ſcripſiſſe, vt fœminæ id eſſe, nō hiſtorici, aut ſcriptoris neſcio cuius, quod hactenus falſo creditum eſt, appareat. Sed te conſulo, Berchemi, videorne iam perſoluiſſe Duci noſtro dignam labore ſuo mercedem; opinor hercle. accingamur ergo itineri, & valeant quæ terrena ſunt &c.

EPIST. XII.

Franc. Modius Annæ Pallantiæ nobili virgini S. *Noueſium.*

QVo feruore in ſtudia bonarum litterarum incubuerit nuper Olympia Fuluia Morata Itala, quoſq; in vtraq; lingua aſſiduitate ſua in il-

lis progreſſus fecerit, lectiſſima virgo, & puto tibi ſubinde à clariſſimo viro nobilitateq; & eruditione pręſtantiſſimo Carolo Vtenhouio affini tuo, qui verſus ab ea Græcè ſcriptos pleroſq; Latinitate donauit, pro exemplo, ad quod te conformes, ob oculos poni. neq; tu non potes, pro iſta iudicij tui maturitate, ex pauculis quidē, ſed terſis dij boni ingenij illius monimentis Baſileæ ante annos aliquot XIII edictis ipſa cōiecturam facere. Quæ ego cum his diebus forte legerem, doleremque fructum vberrimum, qui ex eius ſtudijs, ſi modo illa maturuiſſent, ad omnes, maximeque amantes optimarum artium pariter & pietatis ſtudioſos redundare potuiſſet, inmaturo illius obitu, quippe quæ ante XXIX ætatis annum completū ex humanis exemta ſit, tamquā calamitate quadam repentina ſubito interceptū: tu mihi ſtatim, Anna pudiciſſima, ſuccurriſti, quæ in locum eius ſuccedens doctiſſimæ Italarum feminæ perſonam, Belgicarum noſtrarum nympharum vt forma, pudicitia, modeſtia, ſic eruditione facile princeps, ſuſtinere poſſe videaris. tantum Deus optimus maximus vitæ tibi curſum & inoffenſiorem, & longiorem paullo concedat. Fuluia enim talia, & tam acerba tulit, dum vixit; vt numerum malorum, cum quibus aſſiduè cōflictata fuit, ineunti, & ad caſuum, quibus eam cum hominum perfidia, tum bellorum atrocitas, aliaq; quæ cōmemorare nihil attinet, exercuere, varietatem reſpicienti non anus deceſſiſſe videri non debeat. qua de re cum domi habeas

habeas ex quo plura cognoscere possis, desino: subiecturus emendatiunculas aliquãmultas Plinianas, si quid forte illæ eruditis tuis studijs iuuandis conferre queant. Lib. IX. Epistol. III.

I. Plinius Iunior emendatus Epistola III lib. IX.

Alius alium, ego beatissimum existimo qui bona mansuræq; famæ præsumtione perfruitur, certusq; posteritatis cũ futura gloria viuit, ac nihil nisi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumq; otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere aut inmortalitatem suam, aut mortalitatem cogitare: & illos quidem contendere, & non remitti, tum hos quiescere, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare: vt video multos, miseræ simul & ingrata imagine industriæ, ad mortalitatem sui peruenire. manifestus in vitio locus. quæ enim sententia eorum verborum: *ac nihil nisi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumque otium placeat?* quo pactoúe aut cum præcedentibus, aut cum sequentibus conciliantur? sed & ipsa sequentia quam integra sint, ex variantibus scriptis lectionibus facile colligitur. alijs membranis: *& illos quidem contendere, & non remitti, hos quiescere, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare.* alijs: *& illos quidem contendere, eniti, hos quiescere, remitti, nec breuem* &c. quibusdam etiam: *& illos quidem contendere & non remitti; hos quiescere non reniti:* referentibus. ex quibus mediam amplectens, considerato superius quoque in duobus scriptis libris; *at mihi nisi præmium,* pro, *ac nihil nisi præmium; legi,* totum locum sic arbitratio iure consti-

tuo: *Alius alium; ego beatiſſimum exiſtimo qui bonæ mãſuræq. famæ præſumptione perfruitur, certuſq. poſteritatis cum futura gloria viuit. ac mihi, niſi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumq. otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere aut inmortalitatẽ ſuam, aut mortalitatem cogitare: & illos quidem cõtendere, eniti; hos quieſcere, remitti, nec breuem vitã caducis laboribus fatigare.* Epiſt. VI. vbi irridet ſtudium hominum in hanc aut illam factionem, Circenſibus. *Si tamen* (inquit) *aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant: & ſi in ipſo curſu medioq. certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium fauorq. tranſibit, & repente agitatores illos equos, quos procul noſcitãt, quorum clamitant nomina, relinquent.* qui tandem illi agitatores equi, qui alijs faciunt, quod ipſi pati ſolẽt, aut vnde gentium? nimirũ rectum eſſe quod eſt in melioribus codicibus: *& repente agitatores illos, illos equos, quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina, relinquent.* Epiſt. XIX. *Significas legiſſe te in quadam epiſtola mea, iuſſiſſe Virginiũ Rufum inſcribi ſepulcro ſuo:*

II. Epiſtola VI.

III. Epiſtola XIX.

Hic ſitus eſt Rufus: pulſo qui vindice quondam
Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed patriæ.

reprehendis quod iuſſerit, addis etiam, melius rectiuſq; Frontinũ, quod vetuerit omnino monimentum ſibi fieri: meq. ad extremũ, quid de vtroq. ſentiam, conſulis. Vtrumq; dilexi. miratus ſum magis, quem tu reprehendis, mirariſq. atq; ita miratus, vt

non

non putarē ſatis vmquam laudari poſſe, cuius nunc mihi ſubeunda defenſio eſt. membranæ: *Vtrumq. dilexi: miratus ſum magis, quem tu reprehendis; adeoq. miratus, vt nō putarem ſatis vmquam laudari poſſe.* quod ſanè concinnius, & non parū ad ſententiam aptius videtur. vix enim veriſimile, Ruſonem admiratum ſuſpexiſſeque eum, cuius factū, quod, ſi ita eſſet, maxime propugnare debuiſſet, aperte damnat. Epiſt.xxvi. *Exſpecto vt quædam ex hac epiſtola, gubernacula gemunt, & dijs maris proximus, ijſdem notis, quibus ea de quibus ſcribo, cōfodias.* m. ſſ. libri: *Exſpecto vt quædam ex hac epiſtola, vt illud, gubernacula gemunt, &, dijs maris proximus &c.* de quo vt nihil pronuntio, ita ſubducere nolui quod in codicibus vetuſtis reperiſſem. Epiſt.xxiix. *Proinde prima quaq; occaſione mitte, appoſitis vſuris, quas ego (non parcius poſſum) centeſimas computabo.* aliàs; *quas ego (nec parcius poſſim) cēteſimas computabo.* noſtri m. ſſ. *quas ego (num parcius poſſum?) centeſimas computabo.* & amat ſanè, vt alibi docemus, ſimilibus interrogatiunculis vti Plinius. Epiſtol.xxxiiix. *Occurrendum ergo augeſcentibus vitijs, & medendum eſt. medendi vna ratio, ſi non nummo, ſed partibus locem.* ad oram eſt: *medendi vna ratio, ſi non vni, ſed pluribus locem.* quæ ſcriptura rem exprimit, quàm an totidem & talibus verbis extulerit Plinius vt ignoro, ita nō abhorreo ab ea lectione, quàm in mēbranis Combergenſibus Neuſtetterianis talem repperi: *medendi vna ratio, ſi non in ſumma, ſed partibus locem.*

IIII. Epiſtola xxvi.

V. Epiſtola xxiix.

VI. Epiſtola xxxiiix.

VII. Epiſt. XXXX. Epiſt. XL. quæ eadem & vltima lib. IX. *Habes æſtate, hyeme, conſuetudinem: addas huc licet auctumnum: quæ inter hyemem æſtatemq; mediã, vt nihil de die perdunt, ita de nocte paruulum acquirũt.* manifeſtiſſima vitij lectio. nec multo melior tamen, ſed aliquanto etiam prodigioſior, quæ in margine eſt: *Habes æſtate, hyeme conſuetudinem: nõ addas huc licet tantumnum, quæ inter hyemem æſtatemq; mediam?* nugæ meræ; ego emendo ex membranis noſtris: *Habes æſtate, hyeme cõſuetudinem: addas huc licet ver, & auctumnũ, quæ inter hyemẽ æſtatẽq; media, vt nihil de die perdunt, ita de nocte paruulum acquirũt.* Vale virginum decus. Combergi. prid. non. xmbr. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPIST. XIII.

Franc. Modius Guidoni Laurino, Clincquerlandij & Erckeghemij Domino &c. S.

SI quid in Plinio nos iuuare potes, vt potes profecto plurimum, Guido Laurine; is nunc mihi, & doctis aliquot præterea viris in manibus eſt: conferentibus clariſſimis quibuſq; & eruditiſſimis Germaniæ ſymbolas ſuas; quas veſtris, tuis dico, Pantini, Giſelini, Cruquij, aliorum iſtic, creſcere, nõ ipſius magis Plinij, quam veſtra cauſa velim: quorum gloriam, patriæ cõmunis cauſa, cum aliqua etiam mea laude coniunctam intelligo. aude igitur & exemplo & auctoritate tua ijs, quos modo nominaui, præire; &, ſi modo bene viros optimos, doctiſſimos, & quod caput hic eſt, tui obſeruantiſſimos, noui; ibunt ad me propediem

pediem plauſtra in Plinianas Pandectas obſerua tionum: quod dum fit, hæc vide. ait Silius. I.

Silius lib. x. verſu cxcii. bis, ter correctus.

Eſtrage eſt ferrum, atq; auulſa cadauera tela.
Raptũ Galba procul (neq; enim virtutis amorẽ
Aduerſa exemiſſe valent) vt vidit ab hoſte
Auferri ſignum, connixus corpore toto
Victorem aſſequitur, lethaliq; occupat ictu.
Ac dum comprenſam cæſo de corpore prædam
Auellit, tardeq; manus moribunda remittit,
Transfixus gladio propere occurrentis Amorgi
Occidit, inmoriens magnis non proſper in auſis.

Quibus verſibus ne omnia repetere neceſſe habeam, corrigatur primum quidẽ; *atq; euulſa cadauere tela*, pro; *atq; auulſa cadauera tela*, lectione vitij manifeſta: dein ſcribatur: *properè accurrẽtis Amorgi*, nõ quomodo vulgo obtinet hactenus; *properè occurrẽtis A.* poſtremo, pro iſtis; *inmoriens magnis nõ proſper in auſis*, reponatur mẽbranarũ ſcriptura, quæ eſt; *immoriens magnis nõ proſperus auſis.* ſequitur in generoſa illa Paulli, mortẽ iã animo pro patria præcipiẽtis, oratione: II.

Verſu ccxxciv rurſus bis ter notatus.

———*amplius, acta*
Quid ſupereſt, vita, niſi cæſa oſtendere plebi
Paullum ſcire mori? ferar an conſumtus eidem
Vulneribus? quantiui emtũ velit Annibal vt nos
Vertentes terga adſpiciat, nec talia Paullo
Pectora, nec manes tam parua intramus imago.
Ille ego; ſed vario quid enim te demoror ager.
Lẽtule cõqueſtu? Videt elegãtior vetus lectio
———*Ferar an conſumtus in urbem*
Vulneribus? quantine emptum &c. ac mox:

III. Versu ccccxliii. *Ille ego, sed vano quid enim te demoror æger*
Lentule conqueſtu? Verba ſunt Scipionis ad degenerem Metellum, fugam in neſcio quas ſolas terras, Annibalis metu, cũ ſocijs molientẽ:
Quẽ tremis, & cuius ſomnos formidine rumpis,
Annibal, hic armatus adeſt, maiore nec vllo
Pœnorum melior, parietur gloria cæſo. manifeſtè emendandum. *——moriere, nec vllo*

IV. Verſu ıɔxxvii. *Pœnorum melior parietur gloria cæſo.* ſed & mox corrigendum.
——ſparſoq; propinquos.
Agmine proſternunt lucos. pro; *ſparſosq; propinquos &c.* atq; iterũ. *Dura inter pauidos aliter fortuna ſedendo.* pro:

V. Verſu ıɔxcvi. *Dura inter pauidos aliter fortuna ſedendo.* addam vnum etiã locum, & illum quidem inſignẽ vitijs ſuis ex libro ſequenti, & in illo finis erit:

VI. Et lib. xi. Verſu xx. *Idem* (inquit Poëta) *etiam Locros habuit furor, ora vadoſi*
Litoris Argiuos maior qua Græcia muros
Seruat, & Ionio luitur curuata profundo.
Lætas res Libyæ, & fortunam errore ſequuta,
Iurauit pauitans Tyrio ſua prœlia Marti.
Iam vero Eridani tumidiſſimus accola Celtæ
Incubuere malis iterum, veterisq; doloris,
Tota ſe ſocios properarunt iungere mole.
Extra cõtrouerſiam legendum videtur, vt habebant membranæ veteres Agrippinenſes:
Incubuere malis Italûm, veterisq; doloris &c. nõ; *iterum*; quod nihili hic eſt, & à mala, vt vides, Guido Laurine, manu. Vale.

EPIST.

EPIST. XIV.

Franc. Modius Ampliſſimo Præſuli Iohanni Abbati Banthenſi, & Suartzacenſis Cœnobij Adminiſtratori S.

AVdieram ex Poſthio noſtro, audieram ex alijs ſæpe, ampliſſime Præſul, multa de incredibili tuo illo erga litteras litteratoſq; omnes ſtudio; eoq; nomine antea quoque & mirabar, & amabam hunc amorem tuum. numquam tamen putabam fore, vt homo duarū abbatiarum ſplendidiſſimarum, quibus ſingulis vir etiam induſtrius & prudens vix regendis & gubernandis ſatis ſit, adminiſtratione domi foriſq; aſſiduè diſtrictus nugas quoq; noſtras, &, ſi verè licet dicere, carminū quiſquilias requireres. vt enim furtim interdū libros tangeres, & animi ex illis diuturnis laboribus quotidianiſque moleſtijs fracti laſſiq; leuamē peteres; qui poteram vel ſuſpicione attingere, tantum te otij tibi facere, & tēporis negotiorum moli, qua perpetuo premeris, ſubtrahere; vt ad noſtra quoq; manū tibi extendere vel liberet, vel etiam liceret? Ergo quanto inexſpectatior, tanto gratior accidit mihi merito his diebus ſignificatio voluntatis tuę, cum apud Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum Epiſcopum & Principem Bambergenſem inter prandendum inijceres, cupere te noſtras quoq; lucubratiunculas propius inſpicere; neque moleſtè laturum, ſi per occaſionem etiam nominis tui ampliſſimi mentionem eis inſererem. Ego vero, præſul ornatiſſime, lubens meritò parebo tibi; aut potius,

pareo iam nunc. qui, ſi parum dignitatis tuæ, & grauitatis rationem habuiſſe videar, tibi hæc tam leuia & minuta ad te potiſſimum mittendo, iuſſiſſe te id fieri memineris, Inque tuis culpis, (vt quidam ait) da tibi tu veniam. Ait Cenſorinus: *Quos ſolos* (cccc annos qui ab Inachi regno ad Olympiadem primam interceſſiſſe creduntur) *quamus mythici temporis poſtremos, tamen quia à memoria ſcriptorum proximos, quidam certius diffinire voluere. Et quod Soſibius ſcripſit eſſe* cccxcv. *Eratoſthenes autem ſeptem &* cccc. *Timæus* ccccxvii. *Orethes* clxiv. debebat creſcere numerus annorum, non tam inmane decedere à præcedentibus; quare non negabunt, quibus operæ videbitur adire ipſum Cenſorini librum, rectè hic à me ex membranis Colonienſibus emendari: *Et quidem Soſibius ſcripſit eſſe* cccxcv. *Eratoſthenes autem ſeptem &* cccc. *Timæus* ccccxvii. *Erethes*, ccccxiv. Cap. xix ſequitur: *Deinde aliquanto poſt P. Cornelius Naſica cenſor ex aqua fecit horarium, quod & ipſum ex conſuetudine noſcendi à ſole horas, horarium cœptum vocari. Horarium nomen non minus annos* ccc *Romæ ignoratum credibile eſt. Nam* xii *tabulis nuſquam nominatas horas inuenies, vt in alijs poſtea legimus.* manifeſte verum eſt: *Deinde aliquanto poſt P. Cornelius Naſica cenſor ex aqua fecit horarium, quod & ipſum, ex conſuetudine noſcendi à ſole horas, ſolarium cœptum vocari. Horarum nomen non minus annos* ccc *Romæ ignoratum eſſe credibile eſt. Nam* xii *tabulis nuſ-*

I. Cenſorinus emendatus opuſculo de die Natali cap. xvii.

II. Et cap. xix. bis, ter.

nuſquam nominatas horas inuenies, vt in alijs poſtea legibus. notat abuſum, quo Romæ vulgo ſolarium dictum, quod aquarium debebat, ex conſuetudine horas à ſole ſolo noſcendi. De aquario autem, id eſt clepſydra, ſic Plinius: *Scipio Naſica collega Lanatis, primus aqua diuiſit horas æquè noctium ac dierum. Idque horologium ſub tecto dicauit, anno vrbis* IↃ XCV. ſequitur (neque enim quin τὸ *legibus* rectè quoq; repoſuerimus quemquam ſanum, aut pro ſano, dubitaturum cõfido) *Incipio à media nocte, quod tempus principium & poſtremum eſt diei Romani. Tempus quod huic proximum eſt, vocatur de media nocte. Sequitur Gallicinium, cum Galli canere incipiunt; deinde Conticinium, cum conticuere: tunc ante lucem, & ſic diluculum vocatur. Mane, cum lux videtur ſolis: poſt hoc ad meridiem: tunc meridies, quod eſt meridiei nomen. Inde de meridie. hinc tempeſtas ſuprema: quamuis plurimi ſupremam poſt occaſum ſolis eſſe exiſtimant, quia eſt* XII *tabulis ſcriptum ſic: Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto: Sed poſtea M. Plectorius tribunus plebis ſcitum tulit, in quo ſcriptũ eſt:* PRÆTOR VRBANVS QVI NVNC EST, QVIQVE POSTHAC FVERIT, DVOS LICTORES APVD SE HABETO. ISQVE SVPREMVM AD SOLIS OCCASVM IVS INTER CIVES DICITO. *Poſt ſupremã dicitur veſper. i. ante ortũ ſcil. eius ſtellæ, quã Plautus veſperuginẽ, Aennius veſperũ, Virgilius Heſperum appel-*

I. lib. VII. cap. 70.

III. Eodem cap. Variè ſupplẽtus, emendatus, notatus.

lant. insignis me hercule, & ex media, imo penita antiquitate locus. in quo emendando, ne à solenni mihi breuitate recedã, scire licet totũ eum ex membranis, quæ seruãtur in Agrippina Vbiorum Colonia, ita supplendum, interpolandum, & emendandum videri, vt nunc dicam: *Incipiam à nocte media q.t.p.e.p.e.d. R.T.q. h.p.e.v.d.m.n. S.G.c.g.c.1. dein conticinium c.c. tunc ante lucem; & sic diluculum, cum sole nondum orto iam lucet. secundũ diluculum vocatur mane, cum lux videtur solis: post hoc, ad meridiem; tunc meridies, quod est medI diei nomen. Inde de meridie. hinc suprema: quamuis plurimi supremam post occasum solis esse existimant; quia est in* XII *tabulis scriptum sic: Solis occasus suprema tempestas esto. sed postea M. Pletorius tribunus plebis scitum tulit; in quo scriptũ est:* PRÆTOR VRBANVS QVI NVNC EST, QVIQVE POSTHAC FVAT, DVO LICTORES APVD SE HABETO. ISQVE SVPREMAM AD SOLEMQVE OCCASVM IVS INTER CIVES DICITO. *Post supremam sequitur vesper; ante ortum scilicet eius stellæ, quam Plautus Vesperuginem, Ennius Vesperum, Virgilius Hesperon appellat.* sic, inquam, hæc fortasse rectè constituantur: diserteq; in membranis iam mihi laudatis exstãt, nisi quod in scito Tribunitio ista; QVIQVE POSTHAC FVAT, DVO LICTORES APVD SE HABETO: ISQVE SVPREMAM AD SOLEMQVE OCCASVM

CASVM IVS INTER CIVES DICITO. vitioſè, & confuſè ita in illis legebantur: QVIQVE POSTHAC FIAT, DVO LICTORES APVD SE HABETO. ISQVE SVPREMAM AD SOLEM OCCASVM IVSQVE INTER CIVES DICITO. culpa, haud dubiè librarij, qui, quod non intellexit, corrupit. cum *fuat* dictum ſit pro erit, ſit: ad quod exemplum ſunt iſta Lucretiana ex lib. IV: *Vt quod alijs cibus eſt, alijs fuat acre venenũ.* & V: *Quanta hæc quaq; fuat, tanta hinc videatur in alto. duo* quoq; quã *duos* dicere maluit ſciti auctor, quia & illud vſitatius priſcis tẽporibus. Sed redeamus iam, ſi videtur operæ, ad cap. XVII. atq; hæc penſiculatius aliquãto cõſideremus. *hic annus cuius velut index & titulus quidam eſt Vlpij & Pontiani conſulatus, ab Olympiade prima* CIↃ *eſt &* XIV. *ex diebus duntaxat æſtiuis, quibus Agon Olympicus celebratur: à Roma autem condita* IↃCCCCXCI. *& quidem ex Palilibus, vnde vrbis anni numerãtur. Eorum vero annorum quibus Iulianis nomen eſt,* CCLXXXVIII. *ſed ex die Kal. Ianuarij, vnde Iulius Cæſar anni à ſe conſtituti fecit principium. At eorũ qui vocantur anni Auguſtani* CCLXV *pridie Kal. Ianuarij, quamuis & ante diem* XVI *Kal. Februarij Iul. Cæſ. Diui filius imperator Auguſtus ſententia Numatij Planci à ſenatu cæteriſq. ciuibus appellatus eſt: ſe ſeptimum, & M. Vipſano Agrippa conſul. Sed Ægyptij quod biennio ante in poteſtatẽ ditionemq. Pop. Rom. venerunt, habẽt Auguſtorũ*

IV. Iterum cap. XVII ſuppletus & ſeptẽ octo minimum locis emaculatus.

annum CCLVIII. *Nam vt à noſtris, ita ab Ægyptijs quidã anni in litteras relati ſunt. vt quos Nabonnagarios nominant, quod à primo imperij eius anno conſurgunt: quorum hic* IↃCCCCLXXXVI *eſt. Item Philippi, qui ab exceſſu Alexandri magni numerantur, & adhuc vſq; perducti, annos* IↃ LXII *conſummant. Sed horum initia ſemper à die primo menſis eius ſumuntur, cui apud Ægyptios nomẽ eſt Thoth: quiq; hoc anno præſente fuit ante diem ſeptimum Kal. Iulij, cum ab hinc annos centum Vlpio & Brutio Roma conſs. ijdem dies fuerint ante diem* XII *Kal. Auguſti, quo tempore ſolet Canicula in Ægypto facere exortum.* poſui totum locum: quem, ne iterum ponere neceſſe habeam, per partes iam examinabo: primumque quod dicitur; *Eorum vero annorum, quibus Iulianis nomẽ eſt*, CCLXXXVIII. error eſt in calculo. anno enim vrbis IↃCCIII, qui eſt CCLXXXVIII; ante Vlpij & Pontiani Conſulatum, adeo rerum adhuc potẽs nõ erat Cæſar, vt ſequenti demum anno bellum Ciuile inter ipſum & Pompeium eruperit. quare corrigatur: *quibus Iulianis nomen eſt* CC *octogeſimo tertio.* qui fuit V.C. IↃCCVIII. ſed & ſequentia quoque ſic concipienda: *At eorum, qui vocantur anni Auguſtorum* CCLXV *perinde ex Kal. Ianuarij, quamuis ex ante diem* XVI *Kal. Februarij Imp. Cæſar Diui filius, ſententia L. Munatij Planci à ſenatu, ceteriſq; ciuibus Auguſtus appellatus eſt, ſe ſeptimum & M. Vipſanio Agrippa tertium conſs. Auguſtorum* enim, non *Auguſtani* habet

hic

hic quoq; liber m.ſ.& mox etiam ſequitur. quod tamen nō perinde ad rē facit, atq; illud omnino *perinde ex Kal. Ianuarij* nō, *pridie Kal. Ian.* legendum eſſe. quid enim Auguſto in mentem venire potuit, cur ex a.d. pridie Kal. Ian. annum ſuum, quam Diui patris ſui exemplo ab ipſis Kal. Ian. auſpicari mallet? affinitas ergo dictionum *pridie* & *perinde* huic errori vulgo cauſſam dediſſe pronuntiandum eſt. ſed &, *Imp. Cæſar diui filius* legendum, quod ita velint, iubeant membranæ, & ſatis ex Faſtis cōſtet Auguſtum cum Iul. Cæſar Imperatoris prænomine anno IↃCCVIII v.c. vti cœpiſſet, eodem vt hæreditario quoq; vſum ex anno ſaltem quod deprehendere viſus ſum IↃCCXVIII. iam *L. Munatius Plancus*, & hic, & apud Suetonium, alioſque auctores, non, *Numatius*, præter alia nummi ſatis cōuincunt. quos vide in Faſtis Goltzij noſtri ex quibus etiam, quamquam refragantibus veteribus codicibus; *Vipſanio* pro, *Vipſano* repoſuimus; vt conſentientibus eiſdem numerum conſulatuum addidimus. quibus dictis pergamus ad iſta: *Ægyptij* (inquit) *quod biennio ante in poteſtatem, ditionemque populi Romani venerunt, habent Auguſtorum annum* CCLVIII. itáne vero CCLVIII? atqui iam dictum eſt, Auguſtorum annum CCLXV eum eſſe, quo Vlpius & Pontianus conſules magiſtratum ſummum geſſere. ergo non detrahendum aliquid ſummæ, ſed addendum potius fuit, ſi annus Auguſtorum

De re vide Suetonium in Auguſto.

biennio ante apud Ægyptios, quam Romæ cœperit. & addunt ſane membranæ biennium, referentes; *habent Auguſtorum annum* cc *ſexageſimum ſeptimum.* in ſequētibus, leue eſt, & vix notatione dignum pro *huc*, *hunc* reponendum ibi: *& ad huc vſq. perducti annos* ıɔlxıı *conſummant.* illud non omittendū, poſtrema illa monſtroſe vulgo corrupta, & cōfuſa, ſic ex membranis emaculanda videri: *quiq. hoc anno fuit ante diē* vıı *Kal. Iulij, cum ab hinc annos centum Imp. Antonino Pio, & Brutio Præſente Romæ cōſ. ijdē dies fuerint ante diem* xıı *Kal. Auguſti.* emendationis ratio clara eſt ex Faſtis, qui anno vno à Cenſorini cōputatione diſſidētes, anno v.c. ıɔccɔxc Conſs. referūt, Imp. T. Ælium Cæſarem Hadrianum Antoninum Auguſtum Pium, & Bruttium Præſentem. anno autem cēteſimo ab hoc, id eſt, eo, qui v.c. fuit ıɔccccxc, M. Vlpium Crinitum, & Proculū Pontianū. Vale, Præſul ampliſſime.

EPIST. XV.

Franc. Modius Iano Lernutio S.

EX Tacito, quem ad vetuſte impreſſum adeo exemplar, vt manu exarati vicem eſſe poſſit, collatum Lipſio noſtro cum notis paſſim in eundē Rodolphi Agricolæ occaſione data miſſurus ſum, hæc, mi Lernuti, enotabam, quæ per te alijs quoq; communicarem; ſi cui fortaſſe ea aut vſui, aut voluptati eſſe poterūt. Annal. xv, *At Vologeſis ad Corbulonem miſſi nuncij, detraheret caſtella trās Euphratem, amnemq; vt omniū medium*

I. Tacitus notatus Annali xv.

medium faceret. probo Romanam ſcripturam; *amnemque vt olim medium faceret*. Maloq; mox: *Armenij ſine arbitrio relicti ſunt*. quam, vt nunc paſſim legitur: *Armenii ſuo arbitrio relicti ſunt*. de quo tamen Lipſiũ arbitrati volo Poſt multa: *Ergo Epicharis plura, & omnia ſcelera principis orditur. Neq; Senatui quid manere, ſed prouiſum quoniã modo pœnas verſæ reip. daret*. Belgicæ noſtræ delicium & amor Lipſius, in Farneſiano codice *monere* pro *manere* exſtare profeſſus, de vera huius loci lectione ampliat; niſi quod forte ſcribendum ait: *Neque ſe nautã quidem manere*: At Agricola neſcio vtrum ſoluens, an ſcindens hunc nodum, reponit: *Neque ſe nouum quid monere*. tu Caſtor, cũ Polluce tuo Giſelino videſis liberes nos ab hoc æſtu: Statim: *Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamuis abſurdum videretur & inane, aut ipſi Antoniam nomen & periculum commodaſſe, aut* &c. mauult idem Agricola: *quamuis abſurdum videretur, aut inani ſpei Antoniam nomen & periculum accõmodauiſſe, aut* &c. neque ſane abſurde. II. III. IV.

Iterum ſtatim. *Fomenta vulneribus nulla iuſſu ſuo, ſed quia cetera palam vana obieciſſet, adiungere crimen viſum, ſe pariter indicem & teſtem facere*. Legerim cum Rodolpho, ſi modo libri non nolint; *adiungere crimen, vt ſeſe pariter indicem, & teſtem faceret*: Adhuc ſtatim: *clariore exemplo libertina mulier in tãta neceſſitate alienos ac prope ignotos protegendo, cum* V. VI.

ingenui, & viri, & equites Romani, Senatoresque intacti tormentis cariſſima quæque ſuorum pignorum proderent. Romæ excuſus liber ab hinc annis centum: *cum ingenui, & viri, & equites Romani, ſenatoreſque intacti tormentis, cariſſima quiſque ſuorum pignorum proderent.* ſed puſillum
VII. hoc, vti & illud, quod mox etiam ex eodem exemplari ſcripſerim: *Proximam necem Plautii Laterani Conſulis deſignati Nero adiungit, adeo properè, vt non complecti liberos, non illud breue*
VIII. *mortis arbitrium permitteret.* ſub finem: *At illa mater Annæi Lucani ſine abſolutione in ſupplicio diſſimulata.* geminat Romanum exemplar τὸ *ſine*, hoc modo; *ſine abſolutione, ſine ſup-*
IX. *plicio diſſimulata.* Annal. XVI. *Sed qui remotis*
Item Annali XVI. *è municipiis, ſeueramque adhuc, & antiqui moris retinentes Italiam, quique per longas prouincias laſciuiæ inexperti officio legationum aut priuata vtilitate aduenerant.* Corrigit Agricola: *Sed qui remotis è municipiis, ſeueraque adhuc &*
X. *antiqui moris retinente Italia, quique* &c. Hiſtoriarũ lib. IV. ſtor. lib. IV. *Infeſtius in Vbiis, quos genus Germanicæ originis, eiurata patria Romanorum nomine Agrippinenſes vocarent.* malit amiciſſimus Lipſius; *Romano nomine*, cui aſſentiens totum locum cum editione Romana ita lego: *Infeſtius in Vbiis, quod genus Germanicæ originis, eiurata patria Romano nomine Agrippinenſes voca-*
XI. *rentur.* Eodem libro: *Et Sulpitia prætexta a,*
Eodem lib. *Craſſi vxor.* abeſt vox vltima à libro Romano,

nec

nec deest. sic, *Elisa Sichæi* à poëta dicitur. Post non ita multa: *Funusque censorium Flauio Sabino ductum: magna documenta instabilis fortunæ, summaque etiam miscentis.* interpolat Rodolphus: *summaq; & ima miscentis*. de quo tu, Lernuti, videris. Lib. de morib. German. *Nãne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt.* cuius Romanus, & scriptus Bambergensis lib. *cultu mitiore mansuescunt.* sed nunc Quinctiliani etiam de Oratore dialogum saltuatim percurramus. Initio statim: *An ideo librum istum apprehendisti, vt diligentiùs retractares* &c. editio Romana referebat: *An ideo librum istum deprehendisti*: puto veram scripturam esse: *An ideo librum istum reprehendisti*. Mox: *Sed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos, quam Oratorum ætatem significatione ista determinetis.* Eadem editio: *quam Oratorum ætatem signatione ista determinetis.* Rursus mox: *Concedamus C. Cæsari vt propter magnitudinem cogitationum, & occupationes rerum minus eloquentiæ effecerit,* omnino probo Romanum: *Concedamus C. Cæsari, vt propter magnitudinem cognitionum* &c. quæ est nota iudicibus, & foro vtscis, Lernuti, vox. Post versus aliquam multos: *sed sit in apparatu eius, & aurum, & gemma, vt sumere in manus, vt aspicere sæpius liceat.* malo cum Rodolpho Agricola: *vt aspicere sæpius libeat.* Non magno interuallo: *Primus enim contemto ordine rerum, omissa modestia ac*

XII. Adhuc eodē lib.

XIII. Libro de morib. Ger.

XIV. Quinctiliani de Oratore dialogus interpolatus.

XV. Et iterum

XVI. Ac tertiò.

XVII. Quartò.

XVIII. Quintò.

pudore verborum, ipſis etiam quibus vtitur armis incompoſitus, & ſtudio feriendi plerumque dejectus, non pugnat, ſed rixatur. verum eſt; *& ſtudio feriendi plerumque detectus non pugnat, ſed rixatur.* erratum typographicum. Paullo ante finem: *Ipſam quinimo curam, & diligentem ſtyli anxietatem contrariam experimur.* Romanus: *& diligẽtis ſtyli anxietatẽ cõtrariã experimur.* ſed putidæ, quod ſentio, diligentiæ eſt, hæc cuſorũ errata tam anxiè perſequi. ergo Nauiget hic alia iam mihi linter aqua. tuque Lernuti chariſſime, cum liberis & omni familia feliciter Vale.

XIIX. Sextò

EPIST. XVI.

Franciſcus Modius Adolpho Mekercho Flandriæ Præſidi S.

DEſino mirari cur honori atque virtuti ædes gemellas iunctim locarit antiquitas; in te enim, vir ampliſſime, diſco ibi præmia eſſe honoris, vbi ſunt merita virtutis. ſed & illud gaudeo, Muſarum hac tempeſtate non omninò nullam eſſe religionem, & iter ad capeſſendos magiſtratus, hodieque litteris promoueri. Ergo & ipſe quoque magis in earum ſtudiis confirmor, & alios licet hæc res ſæpè multos fruſtra habuerit, vt idem faciant, ſi conſilium meum exquirant, auctor ſum. Interea quin vitij manifeſta ſint hæc Siliana, ne eos quidem dubi-

I. Silius lib. IV. verſu 105VI. ter emaculatus.

tare

tare arbitror, qui de omnibus ſemper ſolent;

Namq; inhonoratã Fibrenus cernere mortem
Et famæ mundã impatiens, ſpectabimur, inquit,
Nec, fortuna, meum condes ſub gurgite letum;
Experiar, ſitne in terris domitare quod enſis
Non queat Auſonius, Tyrrhenave pernecet haſta &c. nam quæ eſt tandẽ, vt de reliquis taceam, iſta mors famæ munda? planè legendum ex ſcriptura antiqua leuiter noſtra coniectura adiuta:

Namq; inhonoratã Fibrenus perdere mortem
Et famæ nudam impatiens, ſpectabimur, inquit,
Nec, fortuna, meum condes ſub gurgite letum.
Experiar, ſitne in terris domitare quod enſis
Non queat Auſonius, Tyrrhenaue permeet haſta. &c. perdere mortem vocat inultè mori, quod inglorium eſt. cum virorum fortium ſit, non degeneri leto, vbi extrema vrgent, & vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem, occumbere, ſed, vt alibi ait poëta, præſumta piacula manibus ſuis mittere, & inferias mactare; & ſimiliter locutus Lucanus, dum ait libro III. verſu 705:

Hi ſuper hoſtiles iecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam: non perdere letum
Maxima cura fuit: multus ſua vulnera puppi
Affixit moriens, & roſtris abſtulit ictus: ſequitur De Elephante in numeris telis petito: II.
Stat multa in tergo & nigranti lancea dorſo, verſu 1019.
Ac ſyluam ingentem concuſſo corpore vibrat:
Donec conſumtis longo certamine telis

Concidit, & clauſit magna depreſſa ruina. ſcribatur: *& clauſit magna vada preſſa ruina*; Trebia enim amne merſus eſt. Statim:

III. Verſu 1oCXXXIV.

Nec iacto quaſita quies, turgentia membra
Eridano Trebia, Eridanus dedit æquoris vndis:

legendum:

Nec leto quaſita quies &c. oſtēdit enim Telgonane in morte quidem, quæ ſolet omnes labores finire, quietem inueniſſe, ſed poſt fata quoque ſuprema fluctibus diu multumque iactatum.

IV. Item lib. v. verſ. CCLXXV ter, quater.

Alio libro eſt:

—— lumina flammis
Exarſere nouis, furit & diffulminat omnem
Obſtantū turmā, & clauſum ſub caſſide vulnus
Martia cōmendat mananti ſanguine membra.
Tum vero aſpiciens pauitantē, & condere ſemet
Nitentem ſociis iuuenem, ceu tigride cerua
Hyrcana cum preſſa tremit, vel territa pennas
Colligit accipitrem cernens in nube columba,
Aut dumos ſubit, albenti ſi ſenſit in athra
Librantem viſus aquilam lepus ore citato.

Vera & membranarum ſcriptura eſt:

—— lumina flammis
Exarſere nouis, furit & diffulminat omnem
Obſtantū turbam, clauſum ſub caſſide vulnus
Martia commendat mananti ſanguine mēbra.
Tum vero aſpiceres pauitantē, & condere ſemet
Nitentem ſociis iuuenem; ceu tigride cerua
Hyrcana cum preſſa tremit, vel territa pennas
Colligit accipitrem cernens in nube columba,

Aut

Aut dumis ſubit albenti ſi ſenſit in æthra
Libranĩ niſus aquilã lepus ore citato. Statim
——galeam ſuper exigit ictum,
Et fragilis valido conamine ſoluitur enſis
AEre in Cinyphio; nec diſpar ſortis Iſalces
Vmbonem incerto detorſit futilis ictu. (*ſaxũ*
Tũ quod humo haud vnquam valuiſſet tollere
Ni vires trux ira daret, torquebat anhelans
Appius, & lapſu reſupina in terga cadentem
Mole premit ſcopuli. quæ & ipſa ita emenda:
——galeam ſuper exigit ictum.
At fragilis valido conamine ſoluitur enſis
AEre in Cinyphio; nec diſpar ſortis Iſalces
Vmbonem incerto deterſit futilis ictu. (*ſaxũ*
Tum, quod humo haud vnquã valuiſſet tollere
Ni vires trux ira daret, contorquet anhelans
Appius, & lapſu reſupino in terga cadentem
Mole premit ſcopuli. Sic & lib VII eſt: *primum Veſtæ deterſit* (malè alij *decerpſit*) *honorem, vndiq; & in mediam iecit libamina flammam.* Pagina ſeq.

Et verſu CCXCIV tet notatus.

VI. Idem Silius lib. VII. verſu CXXCIIII. emendatus.

——pluresq; in corpore nullo
Vnius hæſerunt Romani militis haſtæ. non negabis melius eſſe:
——pluresq; in corpore nullo
Inuenere locum perfoſſis oſſibus haſtæ. ſed ſolent illo modo interpolare auctores, quorum nobis temeritas librorum manu exaratorum auxilio, & auctoritate ſæpius quam vellẽ retundẽda eſt.

VII. Rurſuſq; lib. V. verſu CCCXLII.

VIII. Verſ. CCCLII.

Mox etiam non rectè eſt:
Et ſenioris opem Synali vocat; vngere vulnus
Herbarum hic ſuccis, ferrumq; è corpore cantu

Exigere, & ſomnum toto miſiſſe chelydro
Anteibat cunctos &c. hîc, inquam, etiam mendum latet, quod Marſus elui poſſe putabat, legendo: *& ſomnum torto miſiſſe chelydro*, exponens *torto*, in ſe replicato. benè quidem ille, niſi verum eſſet: *& ſomnum tacto miſiſſe clelydro*. iam alibi diximus cantu, & manu veneficia perfici; Ibi:

Ad quorum cantus ſerpens oblita veneni,
Ad quorum tactum mites iacuere ceraſtæ.

Sed (lubet enim verſibus, poſt emendatos tot Silij verſus, etiam claudere hanc epiſtolam) finem facio, ne in publica commoda peccem, Si longo ſermone morer tua tempora, præſes.

EPIST. XVII.

Franc. Modius Ioanni Chriſtophoro Neuſtettero, cognomento Sturmero, Canonico Wirzeburgenſi, S.

SI ſtudia tua, quæ ampliſſimus patruus tuus D. Eraſmus Neuſtetterus tanta animi contentione promouere quotidie laborat, vt euidentiſſimum ſit, nihil æquè illum in votis habere, quam vt te breui quam eruditiſſimum, & perſona ea, quam ſuſtinere cœpiſti, digniſſimum videat; ſi hæc, inquam, tua litterarum ſtudia non omnibus modis mihi quoq, adiuuanda pro opib. meis exiſtimem, tum ſim herclè habearque meritiſſimo ingratiſſimus, innumerisq; eiuſdem patrui tui erga me beneficiis indigniſſimus. Quod ingratitudinis vitiũ cum paratè hactenus, vt mihi

hi videor, fugerim; cauto & hic opus esse intelligo, ne nunc demũ ab instituta hac vitæ meæ ratione vllam in partem deflexisse videri queam. Et cauebo profecto: iam enim adorno tibi, Ioannes Christophore, tres elegantissimos poëtas, Gratium, Calpurnium Siculum, & Aurelium Olympium Nemesianum, quorũ ille Augusti, isti, vt in notis meis ad eos docebo, Cari, Carinorũq; tẽporibus floruerũt. Estque hic idẽ ille Gratius, cuius inter ceteros Ouidius his verbis alibi meminit:

Tityrus antiquas & erat qui pascęret herbas,
Aptaq; venanti Gratius arma daret. quæ ideo ab ingeniosissimo poëta dicta sunt, quod plurimus hic sit Gratius, vt venatorem armis primum, & ante omnia instruat idoneis; cum simile postea argumentũ tractans Nemesianus, maximè in describenda canum natura, & patria laborandum sibi existimarit. quem Nemesianum vtinam integrum ad nos siue hominũ, seu temporum iniuria durare passa fuisset, esset haud dubiè, quo exercitatio planè ingenua, & veteribus heroibus tantopere grata, & commendata venatio non parum adiuuaretur. nunc vt & Gratius, mutilus maximaq;, vt apparet, sui parte lacer, adhoc ἀτελὴς ad nos peruenit. sic quoq; tamẽ nõ negligendus mihi, qui tibi, vt dixi iam, opuscula illius nobis reliqua, bucolicas eclogas puta quattuor, Cynegeticῶν fragmẽtum aliquot cccc. versuum; aliud præterea ex Alieuticῶν ipsius libro, cum Gratio de venatione, & Calpurnij buco-

licẽn libello eclogarũ ſeptẽ, quem iuſtũ hîc numerũ eſſe, licet Virgilius, & Theocritus id minimè obſeruaſſe deprehendantur, veterũ quidam ſtatuerunt; ſcripta omnia vnica in ſuo genere apud Latinos, qui hæc, inquam, Ioan. Chriſtophore, ad captũ ętatis tuę ſcholiis paſſim explicata aliorũq; poëtarum, potiſſimum Virgilij, Theocriti, & Oppiani collatione illuſtrata mox in tuo nomine, & ad tuũ potiſſimũ vſum publicare decreui; cui etiã iã nunc iſta ex iis tãquã eorũ quæ in illis temerè interpolata in priſtinũ reſtituimus, ſpecimẽ eſſe volumus. Ecloga quarta Calpurnij eſt de Cæſare haud dubiè, quicunq; ille tandẽ fuerit, accipiendum:

1. Calpurnius Siculus Ecloga IV. bis correctus verſu CXXII.

Ille dat vt primas Cereri dare cultor ariſtas
Poſſit, & intacto Bromium perfundere vino;
Vt nudus ruptas ſaliat calcator in vuas;
Vt quoq; turba bono plaudat ſaginata magiſtro.
Ille meis pacem dat montibus; ecce per illum
Seu cantare iuuat, ſeu ter pede lata ferire
Carmina nonnullas licet & cãtare choreas. &c.

hic ego exiſtimabam rationem ſcribendi veterũ, qui *c* & *g* litteris promiſcuè ferè vti ſolent, geminum errorem peperiſſe: quorum alterũ tollelere (& iam Comicè loquor) nos vetat moduli quãtitas, aliorũq; & maiorũ gẽtiũ poëtarũ auctoritas; alterum tũ hęc eadẽ auctoritas, tũ ipſa adeo res. *ſagino* certe media longa eſt: vt & *ſagina*, nec poteſt demutare in participio hoc, vt Grãmatici vocant, ideoque rectè eo vſus Propertius cũ ait:

Parua ſaginati luſtrabant compita porci. non

rectè

rectè noſter hic, qui tamen imitatorem patrum memoria Fauſtum Andrelinum inuenit. ideoq; fuerunt, qui Calpurnium culpa eximere ſtudentes, *ſagmata* pro, *ſaginata* reponerent, quod valet ſagminib. coronata. qui mos feſtum diem agitantibus, & profrugibus aut pecore facientibus, non in hominibus tantum, ſed etiam inruricolis, vt quidam vocat, bubus. Tibullus:

——nunc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite.

Video doctiſſimorum hominum ſententiam; & eſt haud dubiè aliquid quod dicunt, mihi tamen magis placet ad priſcam ſcribẽdi conſuetudinem errorem hunc referre, eũq; corrigere reponendo, *ſatiata* (quod indocti librarij in *ſaciata*, & hinc *ſagiata* mutarint) aut etiam, niſi hoc licentius videatur, *ſaturata*. nota ſunt illa eiuſdem Tibulli:

Turbaq; vernarum, ſaturi bona ſigna coloni,
Ludet, & ex virgis exſtruet arte caſas.

& hæc quidem verboſius quam decuit, niſi tibi, Ioan. Chriſtophore, & ad te ſcriberem: qui ſcire debes alterum vitium in iis quos poſui verſibus eſſe in τῷ *carmina*, quid enim hic eſt ferire pede illa, aut quis ille pes? metricus ne? nugæ. planè emendo: *ſeu ter pede læta ferire Gramina*. pro quo. ſ. ſcriptum fuiſſe, *cramina*. *c*, vt dixi, vicem *g*, vt ſæpè contra, ſupplente Horatius certè dixit: ode XIIX. lib. III. *Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terram*. Verſu 132. *Numine caſareo ſecurior ipſe Lyæo.* II. Et verſu CCXXII.

COR. *Pan recolit ſiluas, & amœna Faunus in vmbra Securus recubat.* ſcribo, & diſtinguo:

COR. *Numine Cæſareo ſecurior ipſe Lycæus*

Pan recolit ſiluas &c. nec ignoro quæ hic alij de Baccho (qui à curarum ſolutione, aut, vt Horatius loquitur, abactu, hoc, quod illi hic ponũt, cognomen inuenit) diſſerunt, ſed nihil me mouent. Ouidius enim, Virgilius, Silius, Lucanus, breuiter poëtæ ad vnum omnes à noſtra lectione ſtant. Mox:

III. Verſ. CCXLII. ſemel atque iterum.

Tu quoq; mutata ſeu Iuppiter ipſe figura
Cæſar ades, ſeu quis ſuperum ſub imagine falſa
Mortaliq; lates, & enim hunc deprecor orbem,
Hos precor æternos populos rege. ſit tibi cali
Vilis amor &c. expreſſus ad vnguem locus ex illo Horatij, Ode 11. lib. 1. Carm.

Siue mutata iuuenem figura
Ales in terris imitaris alma
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæſaris vltor:
Serus in cœlum redeas, diuq;
Lætus interſis populo Quirini &c.

ex his inquã, verſib. expreſſit noſter poëta ſuos; ſed qui correctione huiuſmodi opus habeant:

——*ſeu quis ſuperum ſub imagine falſa*
Mortaliq; lates, æternum hunc te precor orbem
Hos precor æternus populos rege. qui *æternos* retinent, ad Romanos referunt: quorum vrbs æterna dicta ſit; ſed fruſtra ſunt, Cæſarem neceſſario intelligere debemus, quem rogat Calpurnius, vti æternus, id eſt, æternum rebus humanis con-

contentus, orbem terrarum regere velit. quemadmodum Augustum Horatius ante precatus erat vti serus saltem id est serò cælum repeteret.

Versu 150, IV. Versu CL.

——*qua imparibus modo concinuistis auenis*
Tã liquidũ, tam dulce canunt, vt non ego malim
Quod Peligna legunt examina lambere nectar. latis constat legendum: *Tam liquidum tam dulce sonant.* quis enim ita loquitur, vt dicat, quæ concinuistis, canunt? erat isti correctori in mente illud tritum: *Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps.* vbi longè alia res. Sequitur statim certè apud nostrũ: *Tum Melibœe sonẽt,* quod valet sonabũt, antiquè, vt alibi notaui. & eadem hac ecloga supra est: *Dulce quidem resonas.* porro quod hic de Peligno melle, hoc quidam allegoricῶs de Ouidio accipiunt: sed meminimus ipsa quoq; Peligna mella à Plinio aliisq; cõmendari.

Statim: V. Versu CLV.

——*vellit nam sæpius aurem*
Inuida paupertas, & dixit vilia rura. planè scribo: *& dixit vilia cura,* manifesto sensu. vellere aurẽ autẽ dixit exemplo Virgilij cuius illud est:

——*Cynthius aurem*
Vellit & admonuit, pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oves. & illius, qui ait: *Mors aurem vellens, vivite ait, venio.* quibus omnibus locis aurem vellere est admonere, commonefacere. in aurib. enim memoriæ sedes. hinc antestatio apud Romanos, id est, testis factio: in qua solent vadantes aduersarios suos, apprehensa auricula

eius, quem testari volebant, quo scilicet eius rei memor esset, interrogare eundem, licet antestari? qui si licere respondisset obtorto collo in ius trahi reus poterat. atque in hoc more vellendi aurem eleganter lusit Plautus: apud quem cum nescio qui lenonem in ius ambulare iuberet, interrogasset; ille an non antestaretur, respondit scitè idem: *tuan' ego causſa, carnifex, cuiquã mortali libero aures atteram?* verum hæc atque talia scholiis nostris reseruentur, cum tibi tantum, & tuæ ætatis aliis seruiant, hic errores præterea duos, tres tollamus. Versu 164.

VI. Vers. CLXIV.

Respiciat nostros vtinam fortuna labores,
Pulchrior & meritæ fuerat Deus ipse inuentæ.

sensus clamat omnino esse legendum: *Pulchrior & meritæ faueat Deus ipse inuentæ.* Sed videamus ista Ecloga v.

VII. Item Eclogæ v. versu xxxv. bis correctus.

Te quoq; non pudeat, cum ſerus ouilia viſes,
Si qua iacebit ouis partu reſoluta recenti,
Hanc humeris portare tuis natoq; parenti
Ferre ſinu tremulos & nondum ſtare paratos.
Nec tu longinquas procul à præſepibus herbas,
Nec nimis admotæ ſectabere pabula ſiluæ,
Dum peragit vernũ Iouis inconſtantia tempus.

hic legendum; *natosq; parenti Ferre ſinu tremulos*, facilè omnibus me probaturum confido: illud erit fortasse, in quo non omnes mecum facient, quod; *Nec nimis amotæ ſectabere pabula ſiluæ*; pro; *admotæ* scribendum aio. cum sint, qui existiment hoc velle Calpurnium; verno tempore vt non nimis remota à stabulis pascua consectanda, ita ne ni-

mis vicina quidē. in quo, me iudice, frustra sunt. sequentia sanè omnia eo faciunt, vt vnum hoc voluisse Calpurnium constet, longinqua pascua vere fugienda. cuius rei vt rationem reddit, ita alterius quoq; redditurus fuerat, si quidem admota etiam nimis vitanda existimasset, aut tradere hic voluisset. Sequitur —— *quæ nisi ferro* IIX.

Rumpitur, in miserum fragili rubigine corpus Versu LXXV.
Corrodet sanies, & putrida contrahet ossa. bis, ter.
Prouidus (hoc moneo) viuentia sulphura tecum
Et Scyllæ caput, atq; intacta bitumina porta,
Vlceribus laturus opem. nec brutia desit.
Dura tibi; liquido picis vngere terga memento;
Si sint rasa, linas; viui quoq; pondera melle
Argenti coquito, lentumq; bitumen aheno,
Impressurus oui tua nomina; nam tibi lites
Afferet ingentes lectus possessor in aruo. quem totū locū, quà à scriptura, quà ab interpunctione corruptissimum ita lego: —— *quæ nisi ferro*

Rumpitur, ha miserum fragili rubigine corpus
Corrodet sanies & putrida contrahet ossa.
Prouidus (hoc moneo) viuentia sulphura tecum
Et Scyllæ caput, atq; intacta bitumina porta,
Vlceribus laturus opem; nec brutia desit
Dura tibi: liquido picis vnguine terga memento
Si sint rasa, linas; viui quoq; pondera melle
Argenti coquito, lentumq; bitumen aheno,
Impressurus oui tua nomina. nam tibi lites
Auferet ingentes lectus possessor in armo.

Cetera certa sunt; postrema hæc fortasse minus non nullis placebunt, sed quæ illis in notis

meis probatum à me iri confidentia eſt. nunc enim tempus epiſtolã, ne inmodica ſit, claudere, & in eo deſinere, Vbi eſt verſu. 104.

IX. Verſu CIV.

——*cum pecudes extremus clauſerit annus:*
Sic tibi nitendum eſt: labor hoc in tempore noſter,
Gnauaq; ſedulitas, venit & paſtoria virtus, in his, extremum annũ, hiemem dixit; quæ eſt anni extrema pars. ceterũ ſcribẽdũ ſequenti verſu:
Dic tibi, nitendum eſt; labor hoc in tempore noſter. quem verſum ego te, Ioan. Chriſtophore, opto in animo & ore ſcriptũ habere, tibiq; adeo à poëta dictum putare, cuius ille docili ætati ita conuenit, vt in nullo aptius ad te finem huius epiſtolæ facere potuerim: Vale.

EPIST. XIIX.

Franc. Modius Ioanni Sambuco V.CL. *& Cæſ. Maieſtatis conſiliario* S. *Viennam.*

VT hic quoq; tibi liberalitatis tuæ fructus cõſtet, clariſſime Sambuce qua amiciſſimũ mihi Ioãnẽ Poſthiũ archiatrũ Wirzeburgicũ mẽbranaceo manũ exarato Propertij exẽplari munificentiſſime donatũ voluiſti, ex quo pridẽ multa in hoc poëta cariſſimus olim vtriq; noſtrũ, Ianus Mellerus Palmerius, nuper inmatura morte nobis ſtudiisq; ereptus emendarat; mitto nũc ecce ex eodẽ hæc quoq; poſt illũ notata, nõ magni quidẽ illa momẽti, fateor, ſed tamẽ talia, vt de iis ſilẽdũ hic mihi nõ putauerim, vt enim uel tenuiſſima ſint, vt ſunt certe, quid in Propertio ſui generis extra cõtrouerſiã Poëtarũ principe adeo exiguũ eſt, quod cura noſtra indignũ videri aut debe-

debeat, aut possit? Mihi sane consideranti interdum scriptorum nostri sæculi, atq; in primis poëtarum infelicem prouentum, satius videtur in his quamlibet leuiusculis tempus terere, quam miseris chartis temere quælibet somnia illinere, lectoriq; obtrudere, vt habeat, in quo bonas horas male perdat. qua in re quia existimo, imo certè scio, tuas, Sambuce, rationes cũ meis congruere, hoc agam potius. Elegia x. lib. 1: I.

Possum ego diuisos iterum coniungere amantes,
Et domina tardas possum aperire fores. m. s. pro *diuisos*, habebat, *diuersos*, quod probabam, vt sit alluſio ad diuortiũ coniugale; coniecturamq; meam illo versu elegiæ proximè præcedẽtis: II. Propertius lib. 1. Eleg. x. notatus.

Qui non ante patet donec manus attigit ossa: vbi eruditissimus Io. Scaliger: *donec manus attigit, offa*, reponebat. ego vero, *malus* pro, *manus* legendum, & ad Amoris artes referẽdum putabam: hanc, inquam, coniecturam magis etiam amabam, quod in eisdem membranis; *donec cutis attigit ossa* perscriptum est, errore, vt opinor, duplici librariorum: quorũ priore factum esset vt *catus* glossema vocis *malus*, ea eiecta in cõtextum reciperetur; posteriore, vt supposititiũ hoc ipsum in *cutis* etiam transformaretur. quidquid id est, Ouidius sane lectionem nostram non parum confirmare videtur, dum ait Amorum lib. 1. Eleg. II. Et Elegia IX

Nam puto sentirem si quo tentarer amore,
An subit? & tacita callidus arte nocet? III.
in fine eiusdem elegiæ est. *Dicere quo pereas sæpe* Ibidem.

in amore iuuat. referunt mẽbranæ, *leuat* pro, *iuuat.* quod reſpexit forſitan Nemeſianus ſcribẽs,

IV. ——*leuant & carmina curas.* Eleg. III.

Elegia III. *Interdum grauiter mecum deſerta querebar*
Externo longas ſæpe in amore moras.

habebat tuus quondam liber; *longas ſæpe in amore vias.* quod monendum duxi, vt cõſideres cum doctis, Sambuce, an ſi forte grauior quã de mora hic querela ſubſit: & viæ ſignificatione abutatur, vt itineris, dum ait: (ſus:

Noctibus his vacui ter faciamus iter. & rur-

Nataliſq; tui ſic (vel vt m. ſ. tuus *ter*) *peragamus iter.* neq; enim hic illis aſſentio, quamuis ceteroqui doctis, mihiq; ſummè amicis, qui vtrobiq; *rem faciamus item*, legũt; inducere ſane nos poſſet ad id quod dico ſuſpicãdũ, quod præceſſit:

Namq; vbi longa mea cõſumſti tempora noctis,
Languidus exactis hei mihi ſideribus?

ſolet enim languor poſt longas huiuſmodi vias, ſiue itinera ſunt, confectas, militantes in caſtris

V. Amoris occupare. Lib. II. Eleg. IV. (ctus,

lib. II. Eleg. IV. *Quippe vbi nec cauſſas, nec apertos cernimus i-*
Vnde tamen veniant, tot mala cæca via eſt.

cæca via inquit doctiſſimus Gul. Canterus valet via obſcura. & bene ille, niſi quod m. ſ. præfert:

Vnde tamen veniant tot mala, certa via eſt.

vel certe, *torta via eſt:* quorum alterum aliã plane efficeret ſentẽtiam, alterum quid aut vnde ſit, niſi ſi forte æquè *torta via* pro obſcura, intricata,

VI. tortuoſa accipiatur, ingenuè fateor me non di-

lib. III. Eleg. II. ſpicere. Eleg. II. lib. III.

Orpheus

Orpheu te tenuiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threïcia detinuiſſe lyra.

æquè refert m.ſ.

Orphea detinuiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threïcia ſuſtinuiſſe lyra.

vt ſuſtineo pro ſiſto, retineo, reprimo dixerit, vt lib. v. Ouidius in Faſtis:

Sæpè Iouem vidi cùm iam ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.

& lib. vi.

Obſtupui tacitus, ſuſtinuiq; gradum.

& ante vtrumq; Cæſar lib. iv belli Gallici. *Ac tantùm vſu quotidiano, & exercitatione efficiunt, vt in decliui ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & breui moderari, ac flectere didicerint.* item Cicero in Lælio: *Eſt igitur prudentis ſuſtinere vt curſum, ſic impetum beneuolentiæ.* Eleg. iv. VII. Elegia iv.

Nec mihi mille iugis Campania diues aratur,
Nec miſer æra peto claſſe, Corinthe, tua.

ſitne hic *claſſe*, an vt eſt in libro tuo, *clade* legendum, Sambuce ornatiſſime, in eo hic non diſputo; cum hac parte nihil noſtræ induſtriæ reliquũ fecerit amiciſſimus & eruditiſſimus Ianus Palmerius: ſed illud moneo, quod idem ille aut præteriſſe, aut neglexiſſe videtur; in eodem illo tuo libro *paro* pro, *peto* exſtare. quod mihi ſanè mire placebat, vt quod pro compoſito verbo *compăro* poſitum à Poeta videatur, alluſumque ad illa Terentij:

Hoccine credibile eſt, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet,

Vt malis gaudeat alienis, atq; ex incommodis
Alterius, sua vt comparet commoda?

IIX. Eadem elegia est.

Ibidem. *Victor cum victis pariter miscebitur vmbris,*
Consule cum Mario, capte Iugurtha, sedes.
malim cum membranis;
Victor cum victis pariter miscebimur vmbris.

IX. præcessitque adeo *iactamur, nectimus.* adhuc
Et iterum. eadem eleg.
Exitus hic vitæ superest mihi. vos, quibus arma
Grata magis, Crassi signa referte domum.
rursum malim cum scripto codice:
Exitus hic vitæ superet mihi.
vt locutus sit ad exemplũ Virgilij; cuius est illud ex diuina Æneide:
Quid puer Ascanius, superatne et vescitur aura
Ætheria? Eleg. VI.

X. Elegia VI.
Natura insidians pontum substrauit auaris:
Vt tibi succedat, vix semel esse potest.
nullus mihi eripiet, quin præ vulgata hac auro cõtra cara non sit scripta lectio, referẽs appositè:
Natura insidias pontum substrauit auaris.

XI. Eleg. X.
Elegia X. *Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili,*
Accepere tuæ Romula vincla manus.
æquè sane cõuenit, si non aliquãto melius, quod est in membranis:
Fugisti tamen in tumidi vaga flumina Nili.
vt notet impotentem arrogantiam Cleopatræ, quæ, vt ante dixit, *Coniugis obscœni pretium Romana popposcit Mœnia: Ausa Ioui nostro latrantem*

tem

tem opponere Anubin, Et Tiberim Nili cogere ferre minas. etsi etiã vniuersam gentem tetigisse, tangereq; adeo voluisse dici potest; cum passim ab omnibus historicis tam Græcis, quam Latinis, nec historicis tantum, sed & alijs scriptoribus Ægyptij audiant, leuissimi, vanissimi, inflatissimi, tumidissimi. Eleg. VII. lib. IV. XII.

Sæpe Venus triuio commista est, pectore misto: lib. IV. Eleg. VII.
Fecerunt tepidas pallia nostra vias.

m.s. codex tuus:

Sæpè Venus triuio commissa est.

quod auidissimè, si mei iudicij res sit, amplector: dure enim videtur inter se collidi, commista Venus, & mistum pectus. elegantissimeq; ttansfertur hoc vocabulũ à rebus Martis ad res Veneris. & à gladiatorum cruentis congressibus, ad has palæstricas luctas incruentas. nam committere prœlium sanè, committere inter se paria gladiatorum, committere ludos qui dicit, quin quam maximè propriè, & Latinè loquatur, arbitror dubitare neminem, cui modo Plautus, Cicero, Cæsar, Ouidius, Liuius, Silius, Suetonius, & quidquid est vsquam scriptorum vel à limine salutatum est. Eleg. IX. de Herculis bobus: XIII.

Sed non infido manserunt hospite Caco Eleg. IX.
Incolumes: furto polluit ille locum.

membranæ: *furto polluit ille louem.* quod de hospitali capiendum esset. Eleg. XI. XIV.

Et Persen proaui simulantem pectus Achillis, Eleg. XI.
Quis tuas proauus fregit Achille domos.

littera vna *t* addita hæc plane in aliam formam

cõmutat m.ſ. liber, referẽs Græca loquẽdi ratione; *Et Perſen proauiſtimulantẽ pectus Achillis.* hoc eſt; Perſen ſtimulos ſibi admouentem ob Achillis proaui decantatam ab Homero virtutẽ. neq; ſane mirum ſit, poetam aliàs paſſim Græciſſantem hic quoq; ſui ſimilem eſſe. cum ipſi etiam I.c. noſtri non refugerint dicere; *Si legati conditionalis relicti filio familias pater ab hærede rẽ propriam eius pignori accepit.* &: *Si nemo ſit qui à parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſſit.* item: *Si proxeneta interuenerit faciendi nominis, vt multi ſolent.* quæq; alia exempla & congeſta iã ex eruditiſſimi Antonij Auguſtini I.c. cl. Emendationum & Opinionũ lib. II. cap. I. ſtudioſi adoleſcentes petere, & ipſi quoq; plura ex ipſis Pandectarum libris congerere poterunt. ego redeo ad Propertij noſtri locum, & ea, quę ad eum ſcribit eruditiſſimus Philippus Beroaldus in hęc verba: *quid ſi legas Perſeu, vt ſit vocatiuus caſus, tali ſenſu teſtor te, ô Perſeu, ſtimulantem, hoc eſt, imbellia tua & torpedine vexantem Achillis pectus, qui ſcilicet dolet & afficitur, ſi vllus eſt inferis ſenſus, propter tam ignauum ſucceſſorem. vel potius legas, ſimulantem: vt dicat Perſen ſimulaſſe Achillis animoſitatem, vt illius verus ſucceſſor & pronepos videretur.* quæ ego nõ vellico, ne videar ex viri ſua ætate etiã in Italia doctiſſimi reprehenſione laudem iſſe quæſitum, monuiſſe contentus, lectionem quam reponimus ab illo certè & confirmari, & primum tentatam, adeoq; loco ſuo motam non abſurde colligi poſſe.

vide L. ſi lega ti De Pignorib.
L. II. De Naut. fœnore.
L. II. De Proxen.

EPIST.

EPIST. XIX.

Franc. Modius Carolo Sigonio S.

TOt & tanta ſunt tua, optime & eruditiſſime Sigoni, cum in omne litterarū genus, tum in hiſtoriam præſertim, & antiquitatem ipſam merita; vt multum tibi hoc nomine debere eos omnes ſtatuam, qui digniſſimo homine ſtudio quam plurima & quam vtiliſſima ſciendi ducuntur, & reip. litterariæ, qua per ſe, qua per alios, conſultum volunt. In quibus cum & ipſe nomen meum profitear, ingratus ſim fateor, ſi non ſaltem (quando aliud nihil mihi relinquitur, & locus nullus eſt teſtādi animi erga te mei) publicè & plurimum quam lubētiſſimè debere me iam tibi, & optare, vt aliquando etiam amplius debeam, profitear; confiſus, quæ eſt tua, præter rariſſimam eruditionem, etiam ſumma humanitas, hanc tibi ex animi mei ſentētia, ſi quid aliàs vmquam, depromtam confeſſionem in relationis gratiarum loco tantiſper ſaltem futurā, dum verè referendi occaſionem aut caſus aliquis, aut caſu potentior Deus mihi obijciat. Interea iſta vide, & iudicio tuo, vbi vacabis, dignare. *nam* (inquit Silius lib. XVI)

I. Silius lib. XVI. Verſu XXX. bis interpolatus.

——concitus Hanno
Aduentabat, agēs trepidantibus agmina cetris
Barbara, & indigenas ſerus raptabat Iberos.
Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat,
Si nō Scipiadæ cōcurreret; agmina ductor (tabā
Magna adeo Auſoni maiori mole premebat. pu

ego concinniorem ſcriptam lectionem:

———nam concitus Hanno
Aduentabat, agens crepitãtibus agmina cetrù
Barbara, & indigenas ſerus raptabat Iberos.
Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat,
Si non Scipiadæ concurreret; omnia ductor
Magna adeo Auſonius maiori mole premebat.

II. verſu LV. Verſu 55:

At cum ponte ferox auerſi in terga veniret,
Victor nil trepidans retro iactare bipennem
Callebat,

manifeſtè legendum, niſi ſciens fallor:

III. verſu CLX. *At cum pone ferox* &c. pergo igitur:

———citiusq; vel armis
Quam ſtratæ ſtudio vincetur Scipio mentis.

& hîc haud dubiè ſcribendum:

Quam gratæ ſtudio vincetur Scipio mentis.

ſuſpicor, vt funguntur hæ litterę ſæpe altera alterius vicem, *cratæ* pro, *gratæ* exaratum fuiſſe, atq; hinc errorem manare.

IIII. verſu CLXV. bis emaculatus. Verſu 165.

Dat chlamydẽ, ſtratumq; oſtro, quẽ ceperat ipſe
Deiecto victor Magone, animumq; probarat
Cornipedem, & cũ qua diuûm libabat ad aras
Aſdrubal, ex auro pateram.

opinor elegantius longè, venuſtiusq; eſſe, quod in libro antiquo reperi:

Dat chlamydẽ, ſtratumq; oſtro, quẽ ceperat ipſe
*Deiecto victor Magone, * animiq; probarat,*
Cornipedem; tum qua diuûm libabat ad aras
Aſdrubal, ex auro pateram.

* Virgil. Iuſticiæne prius mirer bel line laborũ?

longe, inquam, Latinius hoc arbitror. & nugas egero,

egero, ſcio, ſi plurib. id tibi, Sigoni optime, probare laborem. Sequitur in Silio: V.

Iamq; nouum terris pariebat lumine primo verſu CCXXX.
Egrediens Aurora diem.

exiguum hoc, ſed mihi nō ſilendum tamen; melius propter verbū, *egrediens, limine primo*, quam, *lumine primo*, legetur; & non raro in alijs quoq; ſcriptoribus hæ voces alterius altera poſſeſſionē inuaſerunt; de qua re alibi ex profeſſo agere memini. Statim: VI.

Non tibi Maſſylæ gentes, extentaq; tellus verſu CCLIII.
Syrtibus, & latis proauita potentia campis item ſemel
Amplius attulerint decoris, quā Romula virtus atq; iterum.
Certa inuicta fide, & populi Laurentis honore.

ſcribo, niſi ſi tibi forte, Sigoni, aliter videbitur:

Non tibi Maſſylæ gentes, extentaq; tellus
Syrtibus, & latis proauita potentia campis
Amplius attulerint decoris, quā Romula virtus
Certa iuncta fide, & populi Laurentis honores.

vt illud, *iuncta*, pertineat ad Syphacem; quemadmodum pertinere debere arguit τὸ *Certa*, quo tacite rex Numida leuitatis & perfidiæ cum gente ſua à Scipione accuſatur: vt qui ſæpè ſoleant pacta fœdera inire; ſed eatenus ſeruanda, quatenus rebus ſuis expedire iudicauerint. mox: VII.

At queis interior cura, & prudentia circi verſu CCCXL.
Altior, effuſas primo certamine voces
Damnare.

poterat ferri hoc, & de Cyrni rectoris adhortationibus accipi, quibus Lampon ad curſum inci-

tabat; nisi iuberēt membranæ omnium optimæ reponi pro eo:

——effusas primo certamine vires.

VIII. versu CCCLXXX. quod iam de Lampo ipso intelligetur: De quo statim sequitur:

Sensit & exhaustas qui proximus ibat Iberus
Callaicas cernit vires, nec vt ante salire
Præcipitem currum &c.

corrupta æquè scriptura. quid est enim illud, *sensit*, &, *cernit?* omnino videtur emendandum:

Sensit vt exhaustas qui proximus ibat Iberus
Callaicas Cyrni vires, nec vt ante &c.

Callaicæ Cyrni vires, sunt vires equi Callaici (erat enim, vt ante dixit poëta, Callaicus Lampon) quibus Cyrnus fretus in certamen descenderat. tale nempe est illud: *Nate meæ vires, mea magna potentia solus.* Vale.

EPIST. XX.

Franc. Modius Ioanni Posthio, Archiatro Wirzeburgico S.

OBijsse Nicolaum Cisnerum, etsi iam pridē vitæ vsum amisisse dicebatur, per quàm molestè sanè tuli. neq; enim concedam tibi, amicissime Posthi, vt tu eum virum magis aut suspexeris, aut dilexeris familiariter notū, quam ipse eum admirari soleo & inuisum, & incognitum, de crebris amplissimi Patroni, nostri sermonibus; quem de illo in eam sententiam sæpe loquentem audiui, vt eum & inter præcipuos sui temporis I.C. censeret, & in amœnioribus hisce studijs,

ſtudijs, hiſtoricis præcipuè, & ijs quæ rem politicam iuuant, & ad remp. admouendo maximo eſſe ſolent non ornamento ſolum, ſed etiam adiumento, ita verſatum, vt quem cum illo compararet vix vnus & item alter occurrerent. quo ego tanti viri iudicio permotus, non paruo tangebar deſiderio, hominem, vel potius imaginem eius hominis, qui aliquando fuiſſet, complectendi, domiciliumque illud tot, quot audieram, præter ſingularem eruditionem virtutum venerandi; cum nuper de morte eius ipſi fortaſſe optabili, ſed ſtudioſis omnibus doctorum & bonorum virorum luctuoſa nihilo minus affertur nuntius: ad quem ego, vt dixi, indolui ſanè tum vehementius, teſtatus eum mœrorem qualicumque ad communem Patronum carmine, quod pauculis his & leuidẽſibus in Macrobium annotatiunculis ſubiunxi. Cuius libro II. in ſomnium Ciceronis vbi legitur; *Quod Plotinus magis quam quiſquam verborum parcus libro integro diſſeruit, cuius deſcriptio eſt; Quid eſt animal? quid homo.* corrigendum eſt: *cuius inſcriptio eſt; Quid animal* &c. ſcribendumque verſu tertio, numero multitudinis; *deſideria & animoſitates, vel dolores* &c. Pagina ab hac altera: *Deniq; & Plotinus alio in loco, cum de corporum aſſumtione diſſereret, & hoc diſſolui poſſe pronuntiaret, quidquid effluit, obiecit ſibi* &c. puſillum hoc, ſed non tacendum tamen ei, qui ſimiles minutias, perpetuo penè libro perſequitur, inducto τῷ *hoc* ſcribendum: *cum de*

I. Macrobius lib. II. in Scipionis ſomnium emendatus.

II.

III.

corporũ abſumtione diſſereret, & diſſolui poſſe pro-
IV. *nuntiaret, quidquid effluit, obiecit ſibi.* poſt pagellas aliquantas: *Illa* (anima) *vero vt moueatur, non ſibi ipſa largitur, ſed eſſentiæ ſuæ eſt. quod mouetur. Ex hoc quæſtio quæ ſequitur abſoluta eſt.* repono ex mẽbranis veſtratibus pariter & noſtratibus; *Ex hoc quæſtio quæ ſequitur iam ſoluta eſt.*

V. Sequitur in eleganti illa diſputatione pro Platone contra Ariſtotelem de Anima. *Si mouetur, inquit, anima, inter ceteros motus etiam de loco in locum mouetur: ergo modo, ait, corpus egreditur, modo rurſus ingreditur: et in hoc exercitio ſæpè verſatur, quod fieri non videmus: nõ igitur anima mouetur. Contra hoc nullus eſt qui non ſine hæſitatione reſpondeat, non omnia quæ mouentur, etiam de loco in locum moueri. Aptius denique in eum ſimilis interrogatio requirenda eſt. Moueri arbores dicis? quod cum, vt opinor, annuerit, pari dicacitate ferietur: Si mouẽtur arbores, ſine dubio, vt tu dicere ſoles, inter alios motus etiam de loco in locum mouentur. hoc autem videmus per ſe ipſas facere non poſſe. igitur arbores non mouentur.* egregio hoc in loco, inquam, vt ei ſua Venus conſtet, omnino emendandum hoc modo: *Aptius deniq; in eum ſimilis interrogatio retorquenda eſt. Moueri ar-*
VI. *bores dicis. quod cum, vt* &c. Statim ſequitur *Quod autẽ non ſæpe ſub vno tempore acceſſum variat & receſſum, facit hoc diſpoſitio arcana, & conſulta naturæ, quæ ad animalis vitam certis vinculis continendam, tantũ animæ iniecit corporis amorem, vt amet vltro quod iuncta eſt.* ſcribo; *vt amet*

vltro

vltro quod victa est. facilis & prona ad errorem via per dictionum affinitatem. Non longè à fine libri: *Si quis vero insita quiete naturæ non sit aptus ad agendum: sed solum optima cõscientia dote ereptus ad supera, doctrinæ supellectilem ad exercitium diuinæ disputationis expendat, sectator cœlestium, deuius caducorum, is quoque ad cœli verticem otiosis virtutibus subuehetur.* liquet liquido probam esse lectionem scriptam: *sed solum optima conscientiæ dote erectus ad superna, doctrinæ supellectilem* &c. Propius etiam à fine: *Soli enim sapientiæ otio deditos, vt abunde Græcia tulit, ita Roma non nesciuit.* membranæ: *Soli enim sapientiotio deditos, vt abunde Græcia tulit, ita Roma nesciuit.* vt *sapiens otium* dicatur, vt, *doctus puluis*, & quæ similia his, placet, sed in hoc disputo, auscultandæne sint eædem membranæ quoque in eo, quod negatiuam tollunt. disputo, inquam, sed ei non difficulter assensurus, qui auscultandas pronuntiauerit. otiosæ enim sapientiæ in vrbe à Romulo condita, cuius vita virtutes numquam deseruit, semper exercuit, non tantũ nullus honos, sed ne locus quidem erat, vt loquuntur omnes omnium veterum libri, nisi si forte vergẽte imperio cum multa & magna vi aliorum vitiorum non tam sapientia otiosa, quod optabile fuisset potius, quam negotiosam malitiam, stultitiamq; in ea regnare, quam huius professione elati fuci eo irrepserunt. de quo cogites velim, dum ego quod pollicitus sum dependo.

VII.

IIX.

ELEGIA

In obitum I.C. cl. Nicolai Ciſneri ad amplis. & ſplendidiſs. Eraſmum Neuſtetterum cognomento Sturmerum Eq. Fr.

MOeſtus adhuc RIDESELI *obitu, meditabar inane*
Forſitan antiquæ ſed pietatis opus:
Solabarq; tuos ſolandus & ipſe dolores,
In tibi iam cari funere, Eraſme, viri.
Altera cauſſa mihi cum reddita epiſtola luctus,
Cauſſa fuit luctus altera, ERASME, *tibi;*
Indicium qua parte cita de morte GEORGI
Triſte RATALERI *præſidis illa facit:*
In medio validus qui manè ex more Senatu
Dum ſedet, & ſatagit reddere cuique ſuum:
Concidit, & ſubito incaſtata eſt curia luctu;
Flentq; Patres capitis triſtia damna ſui.
Funera quæ properata niſi manifeſta bonorum
Sunt infenſorum ſigna, notæq; deûm;
Quid rear eſſe, equidem tibi me neſcire fatebor;
Signa ſed infenſi ſunt manifeſta Dei.
Qui meritò humanæ pertæſus crimina culpæ,
Et nocuam pœnis tradere certus humum,
Eximit ante æqui myſtas, & pacis amantes,
Conſiliis quorum res ſtetit vſa diu:
Publica quis ſpoliata ſuis dein cura magiſtris
Nutat, & ingenti impulſa fragore ruit.
Nimirum, irato ſic puppis in æquore fluctum
Rectoris decimum deuiat arte ſui;

Qui

Qui vi ventorum ſi tandem excuſſus in vndas
Ceſſerit ignaro hoc forte magiſterium,
Ilicet aſſuetis in aperta periclagubernis
Sponte ſua & ſcopulos it viduata ratis.
Quod ſtomachans mecum dum conqueror, & doleo amens,
Ingẽ bonos meditor non bona verba deos:
Ingentem hunc auctura venit ſubito ecce dolorem
Tertia luctificis littera arata notis:
Nuntiat & CISNERVM illum, quo doctior alter
Non erat hinc populos iura ad Hyperboreos:
CISNERVM *Themidos ſobolem, & virtutis alumnum*
Illum, inquam, haud vltra & nuntiat eſſe mihi.
Quod potius diui ô facerent, vt littera numquam
Vlla oculis eſſet cognita, ERASME, *meis;*
Poſſem funera & aſſiduas neſcire meorum
Mortes, & famæ credere tale nihil.
Cum nunc, me miſerum! notis confuſa lituris,
Quas reor à mœſtis ſcripta bibiſſe genis;
Nunc hunc, nunc illum feralivoce fuiſſe,
Meque mei carpi parte ſubinde canunt.
Emoriens vt qui ſolis decreſcit in agris,
Olim vmbrare almam latè & opacus humum,
Conſumtis ſtipes circum ſua tempora ramis,
Sibila quis mota finxerat antè coma;
Mœrens, & nudus lento tabeſcit amore,
Mortis, & elator funeris ipſe ſui eſt.
Felices animæ quo vos migrare putemus?
Elyſiumne petis, turba ſacrata, nemus?

An patrio mauis cœlo, cœlo edita, reddi?
Sic est; præ Elysio cælica regna placent.
Sed siue Elysij loca amœna, & vere perenni
Læta, augusta poli seu magis astra tenes;
Aoniæ quondam iustissima cura cateruæ,
Nunc dolor, & Themidi flebilis vmbra tuæ;
Respice qua Neustetterus, Cisnere, supremo
Te functum decorat funeris officio.
Quo tu quondam vsus si consultore fuisses,
Vt prosis alijs, dum grauis ipse tibi es;
Nunc quoq; sed seras itero, Cisnere, querelas;
Hoc potius; longum, cara Deo vmbra, Vale:
Sturmeriq; tui semper memor vtere felix
Sorte tua, veniet sic sua cuique dies.

EPIST. XXI.

Franc. Modius Amplis. Erasmo Neustettero, cognomento Sturmero, Equiti Franco S.

DE Seneca philosopho multorũ hoc est iudicium, amplissime Patrone, vt eum adducti D. Hieronymi auctoritate, & nescio quibus epistolis, quîs inuicem D. Paullus & ipse inter se salutasse creduntur, albo Christianorum, atque adeo tantum non martyrum inserendum arbitrentur. sed mihi, cum argumenta in diuersum cõsidero, longe alia mens est. primum enim de epistolis; stylus ipse facile conuincit non esse eas Senecæ, planeq; arbitror aut monachi alicuius, aut ipsius D. Hieronymi esse commentum, quo

quo auctor hic grauissimus Christianis cõmendatior esset communione sacrorum, & relligionis. cum satius tamen cum Erasmo nostro Roterodamo putem, vt veræ religionis ignarũ, quam vt Christianum eum legi. quod & bene dicta ab ethnico qualicumq; nos, quos feruentius virtutem quærere, inuentamq; amplecti par est, magis afficient, & ex philosophorum sententia, secus quam nostræ professionis secta patitur credere & facere, de abrumpenda vita consciscendaq; sibi morte, vbi non sit cur viuere velis, animose disputata minus lædent. Nam quod quosdam dicere audio, quidquid de epistolis sit, satis ex morte ipsius de relligione constare posse, vt propter quã à Nerone è vita abire iussus sit; hoc inuersum contra illos stabit. Nero enim cum omnes occasiones captaret, causasq; anquireret, vt posset iure mori iussus videri; frigida quædam commenta ab aduersarijs Senecæ subiecta protulit in mediũ; hanc mille mortibus, vt tum tempora, & res erant, obnoxiam culpam ne mentiri quidem sustinuit. deinde, si qua minima suspicio huius rei philosopho huic adhęresceret potuisset, dubitabimus, quin in gratiam Neronis multi vel per calumniam eũ de hoc crimine delaturi fuerint? Imo, dicet mihi alius, Christianus fuit, sed ita in hoc negotio se gessit, vt etiam sagacissimis res hæc nullo vmquam modo subolere potuerit. quod quoque ipsum prudentiam eius in declinandis periculis arguit. quid ais tu? Christianus Seneca, & non, quod multi, barba & pallio

BSB MÜNCHEN

tenus, sed vita potius quam professione philosophus; adhæc decrepitus, & quod in ista ætate audacissimos homines & confidentissimos facere solet, orbus, dissimulauit relligionem? at hoc ipsum primum vide, quam sit Christianum: qui sacramento rogati iurant vri, vinciri, verberari, ferroque necari potius, quam relligionem tectam & celatam habere. dein, caditne metus & tam exilis animi suspicio in hominem philosophum, non sectæ alicuius delicatæ, sed rigidæ illius, cuius finis erat libertas in dictis & factis quocumque periculo? certè exitus ipsius, de quo narrante Tacito cognouimus, hæc quam aliena ab hoc viro fuerint, abundè testatur; qui cum tota vita liber adeo fuerit, vt hæc ipsi libertas mortis caussam attulerit; moriens tam liberè & securè hinc abijt, vt merito inter fortitudinis exempla memoretur. Ethnicus igitur Seneca; sed vt in ethnicis sanctissimus, & grauissimus, dignusq; me hercle qui Christianorum manibus teratur potius, quam sexcenti in relligione, & de relligione nostra libri, qui monstrosis titulis alius super alium abortione ab auctoribus suis eiecti potius, quam editi, relligionis negotium ita turbant, vt nihil vsquam liqueat, intelligendoque omnia & nihil ignorando; nihil intelligamus. cum interim hic scriptor superbiæ, & auaritiæ, quibus plerique istorum transuersim abripiuntur, mala quo modo vitari possint, & debeant, solaque virtus admiratione digna sit, ita & verbis, & vita nos doceat, vt nullus effica-

efficacius in hoc argumenti genere versari posse videatur. quo minus etiam pudebit, Patrone optime, leuia quædam in eo hic tibi notata mittere, vtpote in quo tali & tanto nihil tam pusillum sit, quod non curà intentiore à nobis in hoc nostro ocio examinari, expendique mereatur.

I. Seneca, emendatus lib. priore de Clementia cap. XIX.

Quod igitur est libro priore de Clementia: *Errat enim si quis existimat tutum esse ibi regem, vbi nihil à rege tutum est. sed securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est instruere in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera montium abscindere, multiplicibus se muris turribusque sepire.* in eo videntur ista commodius scriptū iri ex libro membranaceo scripto Dominicanorum Wirzeburgensium ita: *Non opus est instruere in altum editas arces, nec in ascensum arduo calle munire* &c. præcipuum enim munimentum arcium in edito exstructarum difficilis ad eas, & vndiq; preceps, atq; angustus aditus. eoque pertinet illud; *nec latera montium abscindere*. alioqui enim si vulgatam lectionem sequimur, bis quodammodo idē dicet: quid enim est aliud, instruere in altum editas arces, quam colles emunire? considerabunt, spero, hoc quod dico viri docti diligentius; nec tu, sat scio, Patrone amplissime, qui in ijs familiam ducis, iudicio tuo mihi hic quoque deeris.

II. cap. XXI.

Cap. XXI. *Perdidit enim vitam, qui debet: & quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus, alienam de capite suo regiamque sententiam exspectauit, in seruatoris sui gloriam viuet, plusque nomini eius con-*

feret incolumis, quam si ex oculis ablatus esset. Assiduum enim spectaculum alienæ virtutis est: in triumpho cito trãsisset. Si vero regnum quoq; suum tuto relinqui ad eum potuit &c. notant hic alij pro istis, quæ non satis sana videntur: *alienam de capite suo regiamque sententiam exspectauit.* in nonnullis codicibus exstare: *aliena de capite regio sententiam exspectauit.* addo ego mihi rectum videri, quòd est in modò laudatis membranis: *aliena de capite, regnoque sentẽtiam exspectauit, in seruatoris sui gloriam viuit, plusq; nominis ei confert incolumis, quam si ex oculis ablatus esset* &c. hac sententia: quisquis de capite, regnoq; periclitatus, sententiam potentioris exspectauit, si vitæ nudæ gratia illi facta est, viuit exemplum eius misericordiæ, cuius viuit beneficio: sin cum vita regnũ quoque muneri accepit, iam non misericordiæ tantum, sed & magnanimitatis eius viuit exemplum: gloriamque eius in regium, vnde exciderat, fastigium restitutus, tamquam ex editissima

III. specula longè lateq; propagat. eodem adhuc

Ibidem. capite: *Transeamus ad alienas iniurias: in quibus vindicandis hæc tria lex secuta est, quæ princeps quoque sequi debet: aut vt sublatis malis securiores ceteri viuant. Ipsos facilius emendabis minore pœna.* ecce, de tribus membris vnicum tantum ponit, magno flagitio librariorum, quorũ nos peccatum corrigentes ex membranis Herbipolensibus duo omissa reponimus ita: *hæc tria lex secuta est, quæ princeps quoque sequi debet: aut vt eum, quem punit, emendet; aut vt pœna eius ceteros meliores*

liores reddat; aut vt ſublatis malis ſecuriores ceteri viuant. Palmaria correctio, & quæ vel ſola facit, vt me laboris mei in Seneca, qui nõ exiguus fuit, minimè pœniteat. Cap. vltimo. *Illa rationis expertia, & à nobis immanitatis crimine damnata, abſtinent ſuis; & tuta eſt etiam inter feras ſimilitudo morum.* Non eſt hic vllum omnino mendum, niſi quod venuſtior lectio videtur ſcripta Dominicana: *Illa rationis inexperta.* ſic enim, vt Latiniſſimus quiſq; loquitur, Tacitus Annali XVI: Quique per longas prouincias laſciuiæ inexperti officio legationum, aut priuata vtilitate aduenerant. & quorum aliorum teſtimonia huc adducere ſingulaq; hic adſcribere, nimis longum foret. Lib. II. de Clementia cap. v. *Ergo non miſeretur,* (ſapiẽs puta) *quia & ſine miſeria animi facit. Ceterum omnia, quæ qui miſerentur nolentes facerent, hic libens & alacri animo faciet.* elegantius longè, vt arbitror, membranæ: *Ergo non miſeretur, quia id ſine miſeria non fit. Ceterum omnia, quæ* &c. non miſeretur, inquit, ſapiens, quia miſericordia vicina eſt ipſa miſeriæ: adeoque animi vitium nimis miſeria aliorum pauentis, adq; eius malorum ſpeciem tantum non ſuccidentis; quæ qui à ſapiente exigit, tantum non lamentationẽ, & in funeribus aliorum gemitum exigit, nec tamen, quia non miſeretur ſapiens, idcirco durus, ferus, inhumanus, crudelis habendus eſt; nã quæ alij miſericordiæ ſuæ, hic clementiæ manſuetudinique præſtabit: atq; ita vltro faciet, ad quæ illos animi imbecillitas impellit. ſed iam epiſtolas

IV. cap. XXVI.

V. Et lib. II. cap. V.

quoq; aliquot ſapientiſſimi huius philoſophi ſaltuatim more noſtro peruagemur; & primum quidem eam, quæ eſt in ordine LXVIII, in qua ita legitur: *Vt à communibus initium faciam, ver aperire ſe cœpit; ſed iam inclinatum in æſtatem, quo tempore calere debebat, intepuit, neque adhuc illi fides eſt: ſæpè enim in hyemem reuoluitur. Vis ſcire quam dubium adhuc ſit? nondũ me committo frigido veri, adhuc vigor eſt eius in frigore. Hoc eſt, inquis, nec calidum, nec frigidum pati. Ita eſt, mi Lucili, iam ætas mea contenta eſt ſuo frigore, vix media relegatur æſtate. Itaq; maior pars in ſtramentis degitur.* hic alij notant aliàs legi; *frigido aeri* pro, *frigido veri*: & mox; *adhuc rigore eius infringor*, ego ex membranis Dominicanorum legendum putem: *non dum me committo frigido, adhuc vigorem eius infringo*; *Hoc eſt.* & ſequentia, in quibus ex eiſdẽ membranis, & omnibus omnino libris, *veſtimentis* repono pro, *ſtramentis*, quod à coniectura Pinciani eſt, exiſtimantis nullũ vſum veſtimentorum in lectulis, quorũ ſtatim eſt mentio. ſed humanũ quid paſſus eſt hîc eruditiſſimus alioqui vir. Terentius Heautontim. Scena *Ego me non tam aſtutam:*

Eſt mihi vltimis cõclaue in ædibus quoddã retro;
Huc eſt introlatus lectus, veſtimẽtis ſtratus eſt.

niſi forte alia hæc res; quod mihi tamẽ, vt adhuc eſt, perſuaderi non poteſt. eadem ep. *Si fortitudo optabilis eſt, & tormenta patienter ferre optabile eſt: nec tamen ideo ſolummodo ferre tormenta optabile eſt. Hoc enim fortitudinis pars eſt.* ſuccinctius

VI. Item epiſtola LXVIII. ſemel atq; iterum correctus.

VII. Ibidem.

cinctius longè membranæ: *Si fortitudo optabilis est, & tormẽta patiẽter ferre optabile est. Hoc enim fortitudinis pars est.* planè concinnè, vt ego arbitror. illa enim: *nec tamẽ ideo solummodo ferre tormenta optabile est.* vidẽtur à bono aliquo viro adscripta, qui monere vellet, patienter ferre tormenta non ob hanc tantũ, quam afferret philosophus causſam, esſe optabile, sed ideo quoque quod homini Christiano relligionis causſa quidquis fortiter perpeti, cœlũ aperiat, & apud Deum eum gratioſum faciat. Epiſt. LXXI. *Bono loco res humanæ ſunt, quod nemo niſi vitio ſuo miſer eſt. Placet, viue: ſi non placet, licet eo reuerti vnde veniſti. Vt dolorẽ capitis leuares, ſanguinẽ ſæpè emiſiſti;* &c. patua mutatione conſtabit orationi ſua Venus, ita ex membranis ſcribendo; *Placet, viue: nõ placet, licet eo reuerti vnde veniſti. Vt dolorẽ capitis leuares, ſanguinẽ ſæpè miſiſti.* breuiter ait ex ſectę ſuę regula, cui viuere nõ libeat, mori licere. Epiſt. LXXII. *Hæc* (virtus, puta) *vbicũq; apparuit, omnia eiuſdem menſuræ ac pretij ſunt. In oculos nunc mihi manus intentat ille, qui omnium animũ æſtimat ex ſuo: quod dicã paria bona eſſe aduerſa fortiter portantis, & proſpera honeſtè iudicantis: quod dicam paria bona eſſe eius qui triumphat, & eius qui ante currum vehitur inuictus animo.* In membranis, quas vidi, nõ ſunt iſta: *quod dicam paria bona eſſe aduerſa fortiter portantis, & proſpera honeſtè iudicantis.* & neſcio quomodo mihi hic abeſſe poſſe videntur: ſic tamen, vt temerè nihil feciſſe, aut pronunciaſſe videri velim, qui iudiciũ de hac re

IIX. Epiſtola LXXI. bis notatus.

IX. Epiſtola LXXII.

omne penes collegium muſicum,& in primis te,
X. Neuſtettere ampliſſime, eſſe cupio. Eadē ep.
Ibidem. paullo poſt: *Da mihi adoleſcentem incorruptum, & ingenio vegetum, dicet fortunatiorem ſibi videri, qui omnia rerum aduerſarum onera rigida ceruice ſuſtollit, quàm qui ſupra fortunā ſuam extat.* itane vero? atqui quid eſt amabo aliud omnia rerum aduerſarum onera rigida ceruice ſuſtollere, quam ſupra fortunam ſuam extare? omnino inſanè. benè abeſt in ſcripto illud *quàm*, quod inepti ſycophantæ alicuius elegantiſſimam hāc locutionem nō intelligentis ſtabiliendo loco, quē ruere alioqui exiſtimaret, cōmentitium fulcrum
XI. eſt. Adhuc eadem ep. *Venio nunc illô, quô me*
Adhuc ibid. *vocat expectatio tua, ne extra rerum naturam vagari virtus noſtra videatur; & tremet ſapiens, & dolebit, & expalleſcet: hi enim omnes corporis ſenſus ſunt. Vbi ergo eſt origo calamitatis? vbi illud malū verum eſt? illic ſcilicet ſi iſta animum diſtrahunt, ſi ad confeſſionem ſeruitutis adducunt, ſi illi pœnitentiam ſui faciunt.* membranæ referebant: *ſi iſta animum detrahūt*, quod præ vulgato probo. poſſunt enim etiam ſapientis animum fortaſſe afficere variè hæ, de quibus agit, turbationes; ſed ſic, vt nihil pudendum in ſe admittat, aut vllo modo
XII. concidat, malisue ſuccumbat. In eiuſdem epi-
Rurſus ibid. ſtolæ extrema periodo: *Quem vicerim quaeris? Non Perſas, nec extrema Medorū, nec ſi quid vltra Dacas bellicoſum iacet; ſed auaritiam, ſed* &c. nullus hic *Dacis* locus; quare, cum in ſcripto codice ſit *Adahas*, lego; *Non Perſas, non extrema Medo-*

Medorum, nec ſi quid vltra Dahas bellicoſum iacet &c. ſunt enim Dahæ cum Sacis, Maſſagetis, alijs interioris Aſiæ populi, Perſis quondam tributarij; cum quibus poſtea à Magno Alexandro, vt & alij multi, ſubiugati ſunt. Strabo, Curtius; & quis non? Epiſt. LXXIII. *Nõ multùm refert, vtrum omittas philoſophiam, an intermittas. Non enim vbi interrupta eſt, manet, et eorum more, quæ intenta diſſiliunt, vſque ad initia ſua recurrit, quod á continuatione ſua diſceſſit.* emendandum mutato leuiter & in *ſed*, & omiſſo τῆ *ſua*, poſteriori. *Non enim vbi interrupta eſt manet, ſed eorum more, quæ intenta diſſiliunt, vſque ad initia ſua recurrit, quod à continuatione diſceſſit.* Eadem epiſt. *Nam cui quid accedere poteſt, id imperfectum eſt. cui quid abſcedere non poteſt, id imperpetuum eſt.* dl deæq; te, quiſquis es, qui negatiuam huc inferſiſti primus, quæ ex oratione vera alioqui, falſa concludit. quid enim magis contra rem, quam cui aliquid abſcedere non poteſt, id imperpetuũ, hoc eſt, minime perpetuum eſſe? at tu dices te legiſſe diſiunctim; *id in perpetuũ eſt.* hoc eſt æternum. vade quo dignus es, inepte, & Senecę ſuam relinque ſententiam, qui ſcripſit: *Cui quid abſcedere poteſt, id imperpetuum eſt.* qua ratione inuenitur dixiſſe, me alibi corrigente, Tertullianus *imbonitas, inodor*; Arnobius, *intactus*; Lucretius, *inambitioſus, indeceptus*; Ouidius Metamorphoſi & alibi *indeſertus, incallidus.* Epiſt. LXXVI. *Quidam hoc proficientium genus, de quo locutus ſum, ita complectuntur, vt illos dicant iam effugiſſe*

XIII. Epiſtola LXXIII.

XIV. Ibidem.

XV. Epiſtola LXXVI.

morbos, animi affectus nondum, & adhuc in lubrico stare. interpungendum; *vt illos dicant iam effugisse morbos animi, affectus nondũ.* Ep. LXXVII.

XVI. Epistola LXXVII. *Æquo animo audienda sunt imperitorum conuicia: & ad honesta vadenti contẽnendus est iste contemptus.* imo; *ipse contemtus,* vt habent membranæ, & plus longe dicitur. Eadem Epist. *Si vna*

XVII. Ibidem. *indeprauata virtus est, et sola permanet tenoris sui; vnum est bonum virtus: cui iam accidere vt non sit bonum, non potest; mutationis periculum effugit sapientia. Sapientia non eripitur, sapientia in stultitiam non reuoluitur. Dixi, si forte meministi, concupita vulgo & formidata inconsulto impetu, plerosq; calcasse.* longè aliter membranæ, per longè, ita: *Si vna indeprauata virtus est, & sola permanet tenoris sui; vnum est bonum virtus. Cui iam accidere vt non sit bonum, non potest; mutationis periculum effugit. Stultitia ad sapiẽtiam erepit, sapientia in stultitiam non revoluitur. Dixi, si forte meministi, concupita vulgo & formidata, inconsulto impetu plerosq; calcasse.* iudicent, quibus est iudicij copia: ego enim ampliandum mihi cẽseo potius, quam temere alicui præiudicium afferendum. adhuc eadem epist. *Adijce nunc, quod,*

XIIX. Et iterum. *si modo soluta corporibus animæ manent, felicior illis status restat, quam est, dum versatur in corpore.* membranæ: *quam est, dum mersantur in corpore.* quod haud dubiè melius est. animæ enim corpus quasi tenebrosus & profundus quidam carcer

XIX. Item tertiò. est, communi omnium sententia. Paullo ante finem, vt cum epistola hac meam quoque concludam:

cludam: *Nemo istorum, quos diuitiæ honoresq; in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus videtur? Cum basi illũ sua metiris: paruus pumilio, licet in monte constiterit, Colossus magnitudinem suã seruabit, etiamsi steterit in puteo.* Iscriptus codex; *magnus pumilio licet* &c. vnde an forte scribendum: *magnus pumilio non est, licet in monte cõstiterit.* ductus sanè litterarum tale quid audere suadet. sed iam, vt dixi, finem facio; teq;, amplissime patrone, valere iubeo. Wirzeburgi VIII. KL. VIIIbres CIↃ. IↃ LXXXIII.

EPIST. XXII.

Franc. Modius Adolpho Scheiffarto a Merade, Bornhemij domino S.

EST omnino Campij, quemadmodũ & Berchemij nostri, tam benigna natura, vt ingenia amicorum in maius semper extollant. vnde factũ sentio, vt tu quoq; generosissime Scheiffarte, nonnulla de studijs nostris opinione amore me tuo & familiaritate dignum existimaueris; quam ego opinionem vtinam ne illitteratis his litteris inminuere necesse haberem; facile paterer te in errore & tibi non iniucundo, & mihi perhonorìfico versari: sed nunc aut de illa aliquid mihi delibandum, vel, vt propriè magis loquar, plurimum detrahendum, aut, quod vitium maximè semper detestatus sum, ingratitudinis suspicionem subeundum intelligo, accepto à te nuper beneficio maximo; in quo, si taceam,

ingratus videar: si loquar, indoctus, & ei, quem hactenus esse me existimasti, planè dissimilis; magna haud dubiè cum iactura mea, sed tamen cui obnoxium me præbere mauelim, vtcumq; res casura est, quam turpissimæ, & homine indignissimæ notæ, qua meritò signantur illi, qui acceptorum beneficiorum aut memoriam impiè abijciunt, aut gratiam maliuolè dissimulant. non quo hic tibi verbis soluere parē, quod re debeo, sed vt scias differri, non auferri illud; & hæc vsuræ nomine quodammodo acceptum mihi feras, dum sortem reddo. Silij Italici quem Plinius carmina scripsisse ait maiore cura, quam ingenio,

I. Silius lib. VI. versu LII. correctus. lib. VI. locus est:

——ipsaq; diris
Frons depasta modis, & sanguine abūdat hiatus,
Nec satis est donec mandantia linqueret ora
Spiritus, &c. vbi ego, cum viderem illud; *satis est*, minus conuenire; putabam ex eo rectè fieri posse, *satias*. quam coniecturā meam cōfirmant membranæ, in quibus disertè *satia* legitur. quod addita ad finē littera *s* probum haud dubiè erit; barbarum autem vide, & ciui Romano indignū facinus. Leuinus centurio, talem enim designat eum poëta, dum paullo ante ait; *vitis Latia præ-*

II. versu XLIII. *signis* (sic enim & ibi legendum, non, *persignis*) *honore*; hostem semianimis ipse & moribundus amplexus, arrosis auribus, naribusq, eius, nō ante dimisit, quam spiritu & vita deficeretur. vnde

III. versu XXCI. etiam in allegatis ante versibus *mandentia*, non, *mandantia* legendum apparet. mox:

Quod

Quod ſcelus ô nimium vitæ, nimiumq; ferendis
Aduerſis genitus cerno?

manifeſtè ſcribendum:

Quod ſcelus ô nimius vitæ, nimiumq; ferendis
Aduerſis genitus cerno?

corruperãt elegantiſſimam locutionem, qui ſolent omnia: Quiq; ſtatim etiam malè, & contra mentem Silij, qua parte legendum eſt: IV. verſu XXCVII.

Eſtis vbi en iterum ſuperi? dat pectora ferro
Regulus, ac tantæ ſtirpem periura recidit
Surgentem Carthago domus.

mutauerant additis interrogandi notis:

Eſtis vbi en iterum ſuperi? dat pectora ferro
Regulus? an tantæ ſtirpem periura recidit
Surgentem Carthago domus?

poſt multa: V. verſu CXXCIIX.

Diffugimus tamen atq; metu conamur anheli
Tollere clamorem fruſtra.

res, & libri meliores ſuadent vt legamus:

Diffugimus, tenuemq; metu conamur anheli
Tollere clamorem fruſtra.

hæc enim eſt natura metus inopinati, & magni, vt clamandi facultatem adimat. Statim: VI. verſu CCII.

Hunc medio inuadit fluctu, ripaq; relatus
(Heu genus infandum leti) depaſcitur artus.

corrigatur:

——— ripaq; relatos
(Heu genus infandum leti) depaſcitur artus.

iterum ſtatim: VII. verſu CCIIX.

Vtq; erat in pugnam, Martemq; & prœlia & hoſtem

Igneus, & magno audendi ardebat amore:
venustius erit, si legas:
——& magna audendi ardebat amore.

IIX. versu ccxiix. Adhuc statim:
Percitus inmani serpẽs euoluitur antro. scribe:
Percitus hinnitu serpens euoluitur antro.
præcessit enim iam:
Iamq; vbi feralem strepitu circumtonat aulam
Cornea gramineũ persultãs vngula campũ &c.

IX. versu ccxxx. bis correctus. Pergit Silius in eadẽ Romanorum cum serpente Pœnico pugna:
——omnis anhelans
Attonitus serpente & equus, frenoq; teneri
Impatiens, crebros exspirat naribus ignes.
emenda:
——omnis anhelat
Attonitus serpentis equus, frenoq; teneri
Impatiens, crebros exspirat naribus ignes.

Plura his attexerem, Scheiffarte generosissime, nisi hoc scribendi genus non alia re magis, quam breuitate commẽdari scirem: quam iampridem aurem mihi vellere sentio; & parebitur profecto illi. Vale.

EPIST. XXIII.

Franc. Modius Danieli Prinzio v. cl. S.
Vratislauiam.

SI, vt censent Stoici, sapientes sapientibus etiam ignotis amici sunt; cur nõ docti doctis, & optimarum artiũ in studijs dediti optimarum artium studiosis? etsi nos inter nos ignoti esse nõ possumus, clarissime Prinzi, qui biennio integro,

gro, quo eodem vterq; in Vbijs viximus, in templorum porticibus, in foro, alibi totiens sermones de miserabili reip. vbiq; hoc nostro afflictissimo seculo statu in præsens, & spe exigua in futurum, miscuimus; vt non possis nō, admonitus prę sertim, in memoriam redire si non nostri nominis, quod, vt obscurum ad te in tanta functione versantem, & Cæs. Maiestatis negotia procurantem minus fortasse permanauit, certe ratiocinationū & vultus adeo ipsius mei. de me certè hærēt, hærebuntq; in animo scripta, totiens à te sapientissime dicta, & varij varijs tēporibus pro re habiti prudentissimè sermones, captumq; tenebit ætatem egregia illa humanitas tua, qua in supplenda chronologia quadam & bonorum virorum precibus ad nostri tēporis annos perducenda, me tibi argumentis etiam adiuuandū existimasti. quod ipsum quoq; tamen etsi minus foret, an parum sit cōmunes vtriq; esse amicos aliquammultos, in ijsq; facile principes in Agrippina Vbiorum Colonia Ioannem Metellū Sequanum I.c. tum Herbipoli Ioannem Posthium archiatrum? viros omnium, sed desino tibi eos laudare, qui, vt merito illos facis maximi, ita vt spero, in nobis in amicorum numerum recipiendis eorum quoq;, vt alibi, iudicium es secuturus: interea dum ego de obseruationibus quibusdā minutis in epigrammatographorū salsissimo tuum exspecto. Lib. v. Epigr. LIV. ad Bassum:

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyestē?
Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache?

I. Martialis notatus lib. v. Epigr. LIV.

Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion: vel, si non placet hic, Phaeton.

non pronũtio vllum in hoc epigrammate inesse mendum, pono tamen versum secundũ in libro scripto, quem amici cuiusdam mei munus possideo, sic conceptum:

Quid tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?

vt intelligatur, scriptio est; aut simile quid. solent sanè non inuiti quædam talia elegãter colligenda relinquere potius, quam exprimere poetæ; maximeque huius generis, vtpote cuius omnis laus in arguta breuitate. Epigr. XLII. cuius lemma; De Etrusci thermis, lib. VI:

II. lib. VI. Epigr. XLII.

Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaq; mergi.

plane scribo ex libro scripto:

Concepto potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaq; mergi.

ad cuius rei explicationem, plenioremq; intelligentiã legantur Cornelius Celsus lib. II. cap. XVI. itemq; lib. III. cap. XXVII. & M. Vitruuius de Architectura lib. V. cap. X. ibi: *Laconicũ sudationesq; sunt coniungendæ tepidario.* ad quæ multa apposite vir incredibilis industriæ, & eruditionis cuiusdã singularis Gulielmus Philander Castilionius. Vaporem autem, vt hoc obiter etiã addam, pro calore posuit Martialis, quo cõcepto siue arido, qui mos Laconum, ad ignem, vnde Dioni πυριατήριον λακονικὸν dictum; siue vdo, qui delicatiorum ad aquas natura; aut admoto igne calidas,

das, sudor expellitur. sicque adeo locutus Deus Poëtarum cum ait:

——lentusq; carinas est vapor.

ignem notans. & Columella, vbi lib. v. cap. x. *minusque vaporis æstate per angustum os penetret*, dicendo, *vaporis* vocabulo calorem æstiuum significauit. præter cetera autem huc facit quod apud Plinium Secundum Ep. XVII, lib. II alibi ita emendabimus. *Adhæret dormitorium membrum transitu interiacente, qui suspensus sublicius conceptum vaporem salubri temperamento huc, illuc digerit, & ministrat.* sed nimij hic profecto sumus, cum fortasse vulgata lectio recta sit, vaporem aridum accipiendo pro sudore, vt Celsus vocat, asso; id est, ignis solius vi elicito; ad discrimen eius quem aquæ calidæ cient. lib. VII. Epigr. XLV: III.

Lib. VII. Epigr. XLV.

Commendare tuũ dũ vis mihi carmine munus,
Maonioq; cupis doctius ore loqui;
Excrucias multis pariter, me, teq; diebus:
Et tua de nostro, Prisce, Thalia placet.
Diuitibus poteris musas elegosq; sonantes
Mittere, pauperibus munera pexa dato. legit eruditissimus Turnebus; *Et tua de nostro, Prisce, Thalia tacet.* quod valet cum nostro damno, & iactura. qua forma apud Plautum est; *Si de illarum cœnaturus vesperies.* quam lectionem vt vel hominis caussa, vel quia à libris est, recipiendum censeo; ita hæreo in istis: *pauperibus munera pexa dato.* pro quibus cum viri docti substituant item ex libro veteri: *pauperibus munera plana da-*

to. quod est, inquiunt, carminibus non condita; videndum an locum habere possit, quod in laudato iam sæpe libro reperi: *pauperibus munera plena dato.* vt *plena munera* vocet, cito data; cum ea quæ tardè tribuuntur beneficij gratiam mora sua aut plane infringant, aut leuiorem facere soleant. Lib. VIII. epigr. XLVI. Ad Cestū puerū:

IIII. Lib. VIII. Epigr. XLVI.

Quãta tua est probitas, quãta est præstantia formæ,
Ceste puer, puero castior Hippolyto;
Te secum Diana velit, doceatq; natare:
Te Cybele secum vellet habere Phryga.
Tu Ganymedæo poteras succedere lecto,
Securus domino basia sola dares. repono ex m. s. phrasi græca: *Securus domino basia sola dare.* simili locutione vsi poëtæ omnes fere, ipsique adeo I. C. vt L. ait Prætor de priu. cred. *Quod postea contractum erit, quam is cuius bona venierint, consilium receperit fraudare.* & alibi sæpe, vt videre est exempla cõpluria in vnum cõgesta apud Ant. Augustinum Emend. lib. II. cap. I. de re autẽ consulendus Lucianus in Iouis & Ganymedis dialogo. Lib. IX. epigr. XIV. De Earino Domitiani;

V. Lib. IX. Epig. XIV

Nomen habes, teneri quod tempora nuncupat anni,
Cum breue Cecropiæ ver populantur apes.
Nomen, Acidalia meruit quod arundine pingi,
Quod Cytherea sua scribere gaudet acu.
Nomen, Erythræis quod littera facta lapillis,
Gemma quod Heliadum pollice trita notet.
Quod penna scribente grues ad sidera tollant,
Quod decet in sola Cæsaris esse domo. in m. s. est:
Quod pẽna stridente grues ad sidera tollãt. de quo te arbitrari, doctissime Prinzi, volo. Epigr. LI:

VI. Epigr. LI.

Inge-

Ingenium mihi Gaure probas sic esse pusillum,
Carmina quod faciam, quæ breuitate placẽt.
Confiteor, sed tu bis denis grandia libris
Qui scribis Priami prœlia, magnus homo es. in libro manu exarato est: *sed tu bis senis grandia libris Q.S.P.p.* vt fortasse numerũ eũ in libris quoque suis ad ostentationem tenere voluerit hic; quisquis fuit, Gaurus, quem Virgilius in Æneide. quasi simile aliquid ei daturus quam etiam hac parte æmularetur. Lib. x. Epigr. xxx. VII.

Hic summa leni stringitur Thetis vento: Lib. x. Epigr.
Nec languet æquor: vina sed quies Ponti xxx.
Pictam phaselon adiuuante fert aura.
Sicut puellæ non amantis ætatem
Multa salubre purpura venit frigus. probo, & amplector scriptam lectionem; *Mota salubre purpura venit frigus.* notius quã vt dici debeat: iactata veste ventulum sibi solere facere etiã nostras Veneres. Epigr. LV. *Idẽ* (loquitur de eo, quo viri sumus) *post opus, & suas palæstras,* VIII. Epigr. LV.
Loro tum similis iacet remissus:
Quanto sit leuior Marulla dicit. m.s. liber referebat; *Loro cum similis iacet remisso* quod mihi adhuc displicere nõ potest ꝓpter Petronij lorũ in aqua. Epigr. LXVII. *Tu licet ediscas totã, referasq;* IX.
Corinthon, Nõ tamẽ omnino Lælia Thais eris. o- Epigr. LXIIX.
portune subiicit manu exarat⁹ liber *Lais* ꝓ *Thais,* vt sit etiã allusio ad nomẽ Lælię Græcissantis, quã ne omnib. qdẽ venerib. & blãditiis meretriciis Corinthi ꝓceptis ideo fore Laida tamẽ dixit, quod hoc nobile Corinthi scortũ inmenso precio nõbes suas addicẽs, ꝓuerbio locũ fecerit, Nõ cuiuis

Igneus, & magno audendi ardebat amorẽ:
venustius erit, si legas:
——& magna audendi ardebat amore.

IIX. Adhuc statim:
versu ccxiix. *Percitus inmani serpẽs euoluitur antro.* scribe:
Percitus hinnitu serpens euoluitur antro:
præcessit enim iam:
Iamq; vbi feralem strepitu circumtonat aulam
Cornea gramineũ persultãs vngula campũ &c.

IX. Pergit Silius in eadẽ Romanorum cum serpen-
versu ccxxx. te Pœnico pugna:
bis correctus. *——omnis anhelans*
Attonitus serpente & equus, frenoq; teneri
Impatiens, crebros exspirat naribus ignes:
emenda:
——omnis anhelat
Attonitus serpentis equus, frenoq; teneri
Impatiens, crebros exspirat naribus ignes.
Plura his attexerem, Scheiffarte generosissime, nisi hoc scribendi genus non alia re magis, quam breuitate commẽdari scirem: quam iampridem aurem mihi vellere sentio; & parebitur profecto illi. Vale.

EPIST. XXIII.

Franc. Modius Danieli Prinzio v.cl. S.
Vratislauiam.

SI, vt censent Stoici, sapientes sapientibus etiam ignotis amici sunt; cur nõ docti doctis, & optimarum artiũ in studijs dediti optimarum artium studiosis? etsi nos inter nos ignoti esse nõ possumus, clarissime Prinzi, qui biennio integro,

gro, quo eodem vterq; in Vbijs viximus, in templorum porticibus, in foro, alibi totiens sermones de miserabili reip. vbiq; hoc nostro afflictissimo seculo statu in præsens, & spe exigua in futurum, miscuimus; vt non possis nõ, admonitus præsertim, in memoriam redire si non nostri nominis, quod, vt obscurum ad te in tanta functione versantem, & Cæs. Maiestatis negotia procurantem minus fortasse permanauit, certe ratiocinationũ & vultus adeo ipsius mei. de me certè hærẽt, hærebuntq; in animo scripta, totiens à te sapientissime dicta, & varij varijs tẽporibus pro re habiti prudentissimè sermones, captumq; tenebit ætatem egregia illa humanitas tua, qua in supplenda chronologia quadam & bonorum virorum precibus ad nostri tẽporis annos perducenda, me tibi argumentis etiam adiuuandũ existimasti. quod ipsum quoq; tamen et si minus foret, an parum sit cõmunes vtriq; esse amicos aliquammultos, in ijsq; facile principes in Agrippina Vbiorum Colonia Ioannem Metellũ Sequanum I.c. tum Herbipoli Ioannem Posthium archiatrum? viros omnium, sed desino tibi eos laudare, qui, vt merito illos facis maximi, ita vt spero, in nobis in amicorum numerum recipiendis eorum quoq;, vt alibi, iudicium es secuturus: interea dum ego de obseruationibus quibusdã minutis in epigrammatographorũ salsissimo tuum exspecto. Lib. v. Epigr. LIV. ad Bassum:

I. Martialis notatus lib. v. Epigr. LIV.

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyestẽ?
Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache?

Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion: vel, si non placet hic, Phaeton.

non pronũtio vllum in hoc epigrammate ineſſe mendum, pono tamen verſum ſecundũ in libro ſcripto, quem amici cuiuſdam mei munus poſſideo, ſic conceptum:

Quid tibi vel Nioben, Baſſe, vel Andromachen?

vt intelligatur, ſcriptio eſt; aut ſimile quid. ſolent ſanè non inuiti quædam talia elegãter colligenda relinquere potius, quam exprimere poetæ; maximeque huius generis, vtpote cuius omnis laus in arguta breuitatẽ. Epigr. XLII. cuius lemma; De Etruſci thermis, lib. VI:

II. lib. VI. Epigr. XLII.

Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaq; mergi.

plane ſcribo ex libro ſcripto:

Concepto potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaq; mergi.

ad cuius rei explicationem, plenioremq; intelligentiã legantur Cornelius Celſus lib. II. cap. XVI. itemq; lib. III. cap. XXVII. & M. Vitruuius de Architectura lib. V. cap. X. ibi: *Laconicũ ſudationeſq; ſunt coniungendæ tepidario.* ad quæ multa appoſite vir incredibilis induſtriæ, & eruditionis cuiuſdã ſingularis Gulielmus Philander Caſtilionius. Vaporem autem, vt hoc obiter etiã addam, pro calore poſuit Martialis, quo cõcepto ſiue arido, qui mos Laconum, ad ignem, vnde Dioni πυριατήριον λακονικὸν dictum; ſiue vdo, qui delicatiorum ad aquas natura; aut admoto igne calidas,

das, sudor expellitur. sicque adeo locutus Deus Poëtarum cum ait:

——lentusq; carinas est vapor.

ignem notans. & Columella, vbi lib. v. cap. x. *minusque vaporis aestate per angustum os penetret*, dicendo, *vaporis* vocabulo calorem æstiuum signauit. præter cetera autem huc facit quod apud Plinium Secundum Ep. XVII, lib. II alibi ita emendabimus. *Adhaeret dormitorium membrum transitu interiacente, qui suspensus sublicius conceptum vaporem salubri temperamento huc, illuc digerit, & ministrat.* sed nimij hic profecto sumus, cum fortasse vulgata lectio recta sit, vaporem aridum accipiendo pro sudore, vt Celsus vocat, asso; id est, ignis solius vi elicito; ad discrimen eius quem aquæ calidæ cient. lib. VII. Epigr. XLV. III.

Lib. VII. Epi. gr. XLV.

Commendare tuũ dũ vis mihi carmine munus,
Maoniog; cupis doctius ore loqui;
Excrucias multis pariter, me, teq; diebus:
Et tua de nostro, Prisce, Thalia placet.
Diuitibus poteris musas elegosq; sonantes
Mittere, pauperibus munera pexa dato. legit eruditissimus Turnebus; *Et tua de nostro, Prisce, Thalia tacet.* quod valet cum nostro damno, & iactura. qua forma apud Plautum est; *Si de illarum cœnaturus vesperies.* quam lectionem vt vel hominis caussa, vel quia à libris est, recipiendum censeo; ita hæreo in istis: *pauperibus munera pexa dato.* pro quibus cum viri docti substituant item ex libro veteri: *pauperibus munera plana da-*

to. quod est, inquiunt, carminibus non condita; videndum an locum habere possit, quod in laudato iam sæpe libro reperi: *pauperibus munera plena dato*. vt *plena munera* vocet, cito data; cum ea quæ tardè tribuuntur beneficij gratiam mora sua aut plane infringant, aut leuiorem facere soleant. Lib. VIII. epigr. XLVI. Ad Cestū puerū:

IIII. Lib. VIII. Epigr. XLVI.

Quãta tua est probitas, quãta est præstantia forma,
Ceste puer, puero castior Hippolyto;
Te secum Diana velit, doceatq; natare:
Te Cybele secum vellet habere Phryga.
Tu Ganymedæo poteras succedere lecto,
Securus domino basia sola dares. repono ex m. s. phrasi græca: *Securus domino basia sola dare*. simili locutione vsi poëtæ omnes fere, ipsique adeo I. C. vt L. ait Prætor de priu. cred. *Quod postea contractum erit, quam is cuius bona venierint, consilium receperit fraudare.* & alibi sæpe, vt videre est exempla cõpluria in vnum cõgesta apud Ant. Augustinum Emend. lib. II. cap. I. de re autẽ consulendus Lucianus in Iouis & Ganymedis dialogo. Lib. IX. epigr. XIV. De Earino Domitiani;

V. Lib. IX. Epig. XIV

Nomen habes, teneri quod tempora nuncupat anni,
Cum breue Cecropiæ ver populantur apes.
Nomen, Acidalia meruit quod arundine pingi,
Quod Cytherea sua scribere gaudet acu.
Nomen, Erythræis quod littera facta lapillis,
Gemma quod Heliadum pollice trita notet.
Quod penna scribente grues ad sidera tollant,
Quod decet in sola Cæsaris esse domo. in m. s. est:
Quod pẽna stridente grues ad sidera tollãt. de quo te arbitrari, doctissime Prinzi, volo. Epigr. LI:

VI. Epigr. LI.

Inge-

Ingenium mihi Gaure probas sic esse pusillum,
Carmina quod faciam, quæ breuitate placẽt.
Confiteor, sed tu bis denis grandia libris
Qui scribis Priami prœlia, magnus homo es. in libro manu exarato est: *sed tu bis senis grandia libris Q.S.P.p.* vt fortasse numerũ eũ in libris quoque suis ad ostentationem tenere voluerit hic, quisquis fuit, Gaurus, quem Virgilius in Æneide. quasi simile aliquid ei daturus quam etiam hac parte æmularetur. Lib. x. Epigr. xxx.

VII. Lib. x. Epigr. xxx.

Hic summa leni stringitur Thetis vento:
Nec languet æquor: vina sed quies Ponti
Pictam phaselon adiuuante fert aura.
Sicut puellæ non amantis ætatem

Multa salubre purpura venit frigus. probo, & amplector scriptam lectionem; *Mota salubre purpura venit frigus.* notius quã vt dici debeat: iactata veste ventulum sibi solere facere etiã nostras Veneres. Epigr. LV. *Idẽ* (loquitur de eo, quo viri sumus) *post opus, & suas palæstras,*

VIII. Epigr. LV.

Loro tum similis iacet remissus:

Quanto sit leuior Marulla dicit. m. s. libet referebat; *Loro cum similis iacet remisso* quod mihi adhuc displicere nõ potest ꝓpter Petronij lorũ in aqua. Epigr. LXVII. *Tu licet ediscas totã, referasq; Corinthon, Nõ tamẽ omnino Lælia Thais eris.* opportune subiicit manu exarat⁹ liber *Lais* ꝓ *Thais*, vt sit etiã allusio ad nomẽ Lælię Græcissantis, quã ne omnib. q dẽ venerib. & blãditiis meretriciis Corinthi pceptis ideo fore Laida tamẽ dixit, quod hoc nobile Corinthi scortũ inmenso precio nõbes suas addicẽs, puerbio locũ fecerit, Nõ cuiuis

IX. Epigr. LXIIX.

Corinthō adire fas esse. de quo scitū etiam illud Demosthenis qui pretio, quod exigebat procax meretrix, deterritus, licet eius causa Corinthon veniisset, re infecta rursus decedens ait: οὐκ ὀνοῦμαι μεγίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Thais autē Alexandrina meretrix, quā à Menādro adamatā & decāratam, ob hoc poëtarum in suo genere princeps Menandream appellauit, quæq; solebat glubere magnanimos Thesei nepotes, nihil cum hoc loco commune habet. Vale.

Videatur A. Gellius Noct. Atticarum lib. I. cap. IIX.

EPIST. XXIV.

Franc. Modius Nicolao Reusnero I. C. S.

QVod tanto tempore iam taces, Reusnere, & miror, & queror. eo magis, quod non facile te pati solere officium hîc tuum ab amicis requiri, & ab aliis sæpe audierim, & ipse quoque anno expertus sim. magnū igitur aliquid sit oportet, quod te tot iam mensibus à scribendo abstinuit; verum quantūcumq; etiam sit, vel furtim ad officium redi, & cum poteris, has meas in Lucano Eclogas vide. Libro IX. versu 627.

I. Lucanus notatus lib. IX versu IOCXXVII.

Finibus extremis Libyes, vbi feruida tellus
Accipit Oceanum demisso sole cadentem &c. rectior lectio scripta:
——*vbi feruida tellus*
Accipit Oceanum demisso sole calentem. nec argumentis opus est; res ipsa clamat, quod dico verum esse. Deleo etiam versu præcedenti 618.

II. versi. IOCXIIX. de serpentibus:

III. Versu IOCXXCIV. *Morsu virus habent & fatum in dente minantur* τὸ *in*. quid enim eo opus est? Versu 684.

Vul-

——*Vultusq; gelaſſent*
Perſeos aduerſi, ſi non Tritonia denſos
Sparſiſſet crines, texiſſetq; ora colubris. malo cũ libris noſtris membranaceis: *vultuſq; gelaſſent Perſeos auerſi.* præceſſit enim:
Ipſa regit trepidum Pallas, dextraq; tremente
Perſeos auerſi. Cyllenida dirigit Harpen.

Verſu 737. *Has inter peſtes duro Cato milite ſicum* IIII. Verſu IↃCCXXXIIIX.
Emetitur iter; tot triſtia fata ſuorum
Inſolitasq; videt paruo cum vulnere mortes.
melius membranæ:
Inſolitasq; videſ paruo c.v.m. Et paullo poſt V. Verſu IↃCCLII.
——*totisq; furens exquireret agris*
Quas poſcebat aquas ſitiens in corde venenum.
pro quo vulgo male eſt: *totuſq; furens e.a.* Lib. VII. verſu 143. *Auget eques ſtimulos, frenorumque optat habenas.* referunt aliquot ſcripti codices, quibus vſus optimus & diligentiſſimus Pulmannus; *frenorumq; arctat habenas*: mihi tamen placebat Weidnerianum: *frenorumq; aptat habenas.* & ſic Silium quoq; meum loqui memini. IV. Lib. VII. verſu CXLIII.

Verſu 312. ——*vincat quicumq; neceſſe* VII. VerſCCCXII.
Non putat, in victos ſæuum diſtringere ferrum.
Quiq; ſuos ciues, quod ſigna aduerſa tulerunt,
Non credunt feciſſe nefas. cõcinnius erit: *Non credit feciſſe nefas.* nec aliter libri veteres, quos ego conſului. Verſ. 460: VIII. Verſu CCCCLX.
Vt rapido curſu fatis ſuprema morantem
Conſumpſere locum: parua tellure dirempti
Quo ſua pila cadant, aut quæ ſibi fata minentur

Inde manũ ſpectant: tempus, quo noſcere poſſent
Facturi quæ monſtra forent. interpolo ex fide ſex manu exaratorum librorum:

Vt rapido curſu fati ſuprema morantem
Conſumſere locum; parua tellure diremti,
Vnde manus ſpectant, vultusq; agnoſcere poſſunt;
Quo ſua pila cadant, & quà ſibi fata minentur;

IX. Verſu 1ɔcxxiii. *Facturi quæ monſtra forent* &c. Verſu 623.

Quis ſteterit dũ mẽbra cadunt, quis pectore tela
Tranſmittet, vel quos campis affixerit haſta.

planè lego, legendumque arbitror:

Quis ſteterit dũ mẽbra cadant, quis pectore tela
Tranſmutet; vel quos campis a.h. qui mos loquendi manauit à Græcis. Verſu 733.

X. Verſu 1ɔccxxxiii. *Protinus hoſtilis ſtatuit ſuccedere vallo,*
Dum fortuna calet, dum conficit omnia terror;
Non veritus graue ne feſſis, ac marte ſubactis
Non foret imperiũ: non magno hortamine miles
In prædam ducendus erat. probo ſcripturam veterum codicum, qui referunt:

Non veritus graue ne feſſis, ac Marte ſubactis
Hoc foret imperium Verſu 834.

XI. Verſu 1ɔccccxxxiv. ——*numquam tanto ſe vultore calum*
Induit, aut plures preſſerunt aëra penna

& hic quoque malo, *nuſquam* quam, *numquam*. non tantum quia in libris melioris notæ ita legitur, verum etiam quia ſententia magis poſcere videtur.

EPIST. XXV.

Franc. Modius Iano Gulielmo. S.

MIrabuntur fortaſſe nonnulli, Iane Gulielmi amicorum optime, quod cum alibi dixerim

xerim minus mihi eorum inſtitutum placere, qui ſola ariolandi fiducia nitentes ſcriptorem aliquem in integrum reſtituendũ ſuſcipiunt: nunc ipſe conijciendi artem in his epiſtolis nonnunquam tentem; tamquã, quod in aliis non probo, mihi laudi futurũ exiſtimẽ: quamq; aliis negem, mihi veniã indulgeã. ſed lõgè aliter ſe res habet quã verba mea à quibuſdã immeritiſſimo accepta inuitiſſimus poſt intellexi. numquam enim non eorum induſtriæ faui, qui iudicij bonitate, ingenij felicitate ſubnixi, memoriaq; multarum rerũ, & eruditione plurima, ac aſſidua tractãdi bonos ſcriptores cõſuetudine confirmata, adiuti, quam plurimos ſibi auctores, emaculatis quę paſſim in iis contaminata occurrebant, demerẽdos exiſtimarunt; & non inuitus huc ipſe quoq; quamuis tenuitatis meę, & paupertatis hîc ſatis mihi cõſcius, deſcendo, vt experiar an in m.ſ. & veterũ codicũ inopia, modo hos, modo illos aliquà mihi deuincire poſſim. ſed eſt alia lõge res aliquãmulta, adde, ſi vis, quãplurima, aut etiã innumera loca in aliquo ſcriptore emẽdare; alia totũ integrũ p̃ſtare. atq; hoc poſterius eſt, quod ſine libris vix fieri poſſe arbitrabar. Alioqui, quis Scaligeri, Lipſij, Palmerij, tuã deniq; feliciſſimè poſitã in hoc genere operã nõ admiretur? ego certè, vt ante iã à me dictũ eſt, ea in tãtũ delector, vt interdũ, licet non ignorẽ quanto me antecedatis interuallo, ingeniũ quoq; meũ cõiectãdo periclitari ſuſtineã, de euẽtu ſecurus, quod meras cõiecturas dũ eſſe, p̃fiteor, liberũ cuilibet de eis iudiciũ relinquã, &q-

I. Panegyris dicta Constantino Cõstantij F. de coniectura emendata. duob. locis.

dẽ de aliis alibi alij videbũt: te nũc has cõsiderare par est. Panegyrico dicto Cõstãtino Cõstantij filio. *Ex quo ipso apparet quam magnum sit vicisse tam prodigos sui: facilè est vincere timidos, & imbelles; quales amœna Gracia, & delicia Orientis educunt: vix leue pallium, & sericos sinus vitando sole tolerantes, & si quando in periculum venerint, libertatis immemores, vt seruire liceat orantes: Romanum vero militem quem qualemque ordinat disciplina, & sacramenti religio confirmat, aut trucem Francum ferina sola carne distentum, qui vitam prouectus sui vtilitate contemnat, quanta molis sit superare* &c. lego interpolatis duobus hic locis: *Ex q. i. a. q. m. s. v. t. p. s. f. e. v. t. & t. q. a. G. &. d. O. e. vix leue pallium & sericos sinus vitando soli tolerantes & s. q. i. p. v. l. i. v. s. l. o. R. v. m. q. q. o. d. & s. r. c. aut trucem Francum ferina sola carne distentum, qui vitam pro victus sui vilitate contemnat q. m. s. s.* &c. *Victus sui*, hic legendum etiam ab Henrico Stephano animaduersum est. *vilitate* autem ex, *vtilitate* faciendum, idem, quod aliud agens fortasse hæc tractauit, aut non vidit, aut operis suis persuadere non potuit. conueniunt autem hæc verba cum eo, quod ait alibi Vegetius; contemnere maximè vitam eos potissimum, qui quam minimũ in illa nouerint deliciarum. porro; *vix leue pallium & sericos sinus vitando soli tolerantes*, scripsi; quod optimos quosque scriptores sic loqui viderem; nisi sæpè in similibus phrasibus à sciolis iniuriam acciperent; nominatim Lat. Drepanus Pacatus panegyri-

II. Et latinus Drepanus Pacatus Panegyri Theodosio A. dicta.

co

to quem Theodosio Aug. dixit: *illos tenero pellucentes amictu, & vix leue carbasum vitando sole tolerantes, alterno concussa tinnitu sistra ducebant:* scribo; *vitando soli tolerantes.* sed iam ad priorē panegyricum nostrum reuertamur; In cuius statim initio quod est: *Experiar igitur vt possum: quamquā oppletus viribus tuis, vt sic dixerim sursurrare sine æmulandi fiducia, cupidus imitandi.* mutandum arbitror in: *E. i. v. p. quamquam oppletus* (siue, quod malim, *oppressus*) *virtutibus tuis v. s. d. s. s. æ. f. c. i.* Non longè: *Mille & sexaginta annis contractas ex toto orbe diuitias, monstrum illud redemtis ad ciuile latrocinium manib. ingesserat, ad hoc aliena matrimonia, innocentium capita cum bonis passim donando, vsque ad mortem devotionis obstrinxerat parricidas omnes.* nescio quæ sit mors ista deuotionis; quare arbitrabar, maximè cum Gallum hominem panegyrici huius auctorem credere cum aliis libeat; *vsque ad morem devotionis,* esse legendum. qui qualis in hac gente fuerit, ex Cæsare cognoscere licet. alioqui enim passim in iure nostro, & Historicorum, poëtarūque monimentis, *deuotissimi milites* & *deuotissima legiones* appellantur. Panegyrico, quem Mamertinus Iuliano Imp. dixit: *Nulli gratificemini; in neminem sæuiatis; toto in orbe terrarum nullius virginis fama violetur: sit lectulus etiam sine incōcessis, sed legitimis voluptatibus, Vestalium thoris purior.* scribo: *sit lectulus etiam sine concessis, & legitimis voluptatibus.* &c. talis enim fuerit necesse est, vt comparationem lectuli Vestalis merue-

III. Rursus Panegyris Cōstantino dicta interpolata.

IIII. Et tertiò

V. Mamertinus Panegyrico Iuliano dicto emendatus.

rit. nisi forte scripserat Mamertinus, quod tamẽ longius à libris recedit: *sit lectulus non tantum sine inconcessis sed etiam legitimis voluptatibus Vestalium thoris purior.* Paullo post: *Tum aliud quoddam hominum genus est in amicitia principis nostri rude, (vt vrbanis istis videtur) come, subrusticum, blandimentis adulantium repugnat, pecuniæ vero alienæ tamquam rei innoxiæ, actum reformidat.* non satis placet illud, *come.* forte an scribendum, *income* ea forma qua apud Tertullianum alibi repono ex membranis, *inbonus.* quod vt arbitrarium, ita illud certum videtur, mox reponendum: *pecuniæ vero alienæ tamquam rei noxiæ tactum reformidat.* Minimi momenti est quod sequitur, moneo tamen ibi: *Quis, oro vos, plura præbuit fidei constantiæq; documenta? omnes quos priuatus in familiaritatem recepit, eodem habet Imperator affectu: nemo gradu pulsus, nemo habitu prohibitus.* hic inquam legendum: *nemo aditu prohibitus.* Sub finem: *O mihi festiua tua beneuolentia grauissimum pondus.* scribo: *O mihi festiua tua b.g.p* præcessit: *Non abnuam, præfecturas & consulatus multis esse delatos, sed his post immensos labores honos quasi debitus restitutus est: mihi, cum iam honorem adeptus sim, nunc demum vt merear, laborandum est: versa ratione temporum, permutata munerum vice, modo enitendum est, vt præmio dignus existimer, quum iam præmium cœperim.* Vale. Bambergæ x. kl. Maias LXXXII.

VI. Iterum vno atq; altero loco.

VII. Tertiò

VIII. Quartò

EPI-

EPIST. XXVI.

Franc. Modius Jano Palmerio S.

Bonnam.

VErum opinaris, mi Palmeri; verſor adhuc in adornandis Nouãtiquis meis. ſic tamen, vt me magis, ſi, quod res eſt fatear, exerceat, quã delectet hic labor. ſcis ipſe, quam ſint paucorum hominum, quæ in hoc genere etiam in grauiſſimis auctoribus notantur. ego autem hic mihi rem eſſe volui non cum primi cenſus ſcriptoribus, ſed qui ſequuntur primos. vnum enim excipe Ciceronem, in quo leuiuſcula quædam (quod poſt tot eruditiſſimos viros, quibus ille propius labor, neceſſe fuit) deprehendere viſus ſum; reliqui ferè quos hic attigimus, vt tẽpore, ita & doctrinæ laude poſteriores ſunt, quam vt in maiorum gentium quodammodo auctoribus hærere poſſint. quo etiam minor ex ipſorũ in integrum quà pote, reſtitutione, fama expectanda eſt, ſcio; ſed nos hoc in hiſce epiſtolis non agimus; quibus vnum illud propoſitum hic eſt, rempublicam litterariam pro noſtris quoque opibus in tanta ingeniorum copia adiuuare. & adiuuabimus profectò, ſi quo me in Curtio ante, nunc quoque in Silio iudicio aut rectè ſentientem confirmare, aut errantem corrigere dignaberis. quod te queſo & oro, mi Palmeri, vt notas præcipuè ſequentes diligenter notes, ita enim demum arbitrabor quædam tibi placuiſſe, ſi quædam diſplicuiſſe ſignificaueris. ſed ad Silium cuius lib. v. verſu 442 hæc verba ſunt:

I. Silius emendatus lib. v. verſu cccc. xlii. bis. ter.

Aſſirare viro, propioremq; addere mortem

Haud viſum cuiquam, laxo ceu belua campo
Inceſſabatur cunctis ex agmine telis. aio ſcribendum videri ex membranis:

Aſpirare viro, propioremq. addere Martem
Haud auſum cuiquam; laxo ceu belua campo
Inceſſebatur tutis ex agmine telis. Eodē lib.

II. Verſū ecccxcIIx. iterum bis.

Turbatos ima properans conſumere peſte
Corripit æratam iamdudum in colle bipennem. ſermo eſt de Siculis, qui mortis vitandæ, in arbores ſuffugerant. vnde putat Marſus rectè hic legi, *ima peſte*, cū hac interpretatione; arbore ab imo exciſa. aliquid dicit, ſed mihi tamen, ſpero etiam tibi, Palmeri, magis placet ſcripta lectio:

Turbatos vna properans conſumere peſte,
Corripit æratam iamdudum in bella bipennem.

aut certè, vt mihi hæc ſcribenti in mentem venit:

Corripit æratam iamdudum in colla bipennem.

III. Verſu IOV. rurſus ſemel atq; iterum.

quod tamen minus placet. Sequitur de arbore elegans comparatio:

Fluctuat infelix concuſſo ſtipite turba;
Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,
Fronde ſuper tremuli vix tota cacuminis hærent
Luctatur, nido pariter luctante, volucris.
Procubuit tandem multa deuicta ſecuri
Suffugium infelix miſeris, & inhoſpita quercus;
Eliſitq. viros ſpatioſa magna ruina. quæ, quid eſt cur dubitemus, auctoribus libris ſcriptis præſertim ita corrigere?

Fluctuat infelix concuſſo ſtipite turba, (cos,
Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lu-
Fronte ſuper tremuli vix tota cacuminis hærent
Iacta-

Iactatur, nido pariter nutante volucris.
Procubuit tandem multa deiecta securi
Suffugium infelix miseris, & in hospita quercus;
Elisitque virûm spatiosa membra ruina. Statim: IV. Versu 1021. duob. trib. item locis.

Occubuere simul Fontanus, Bucca canorum
Transfixi guttur, pressoq. è vulnere cuspis
Prospexit terga, hunc tristes misere Fregellæ,
Multiplicem proavis hunc mater Anagnia fleuit. quæ ita emendare licebit:

Occubuere femur Fontanus, Buta canorum
Transfixi guttur, pressoq. è vulnere cuspis
Prospexit terga; hunc tristes luxere Fregellæ,
Multiplicem proauis hunc mater Anagnia fleuit. Versu ab his VIII. V. Versu 1021.

——*Viridasius armat*
Mille viros, nulli melius vel ponere castra,
Veliunxisse ratem: vera scriptura est:
——*nulli victus vel ponere castra,*
Veliunxisse ratem. Mox est: VI. Vers. 1029 VII.

Tum præceps ruit in medium, calumq. fatigat
Flaminium incessens &c. sed quod ita scribi & ipsum quoque debeat:

Tum præceps ruit in medios, solumq. fatigat
Flaminium incessens. describitur Hannibal Flaminium, in vltionem interfecti modo ab eo Sichæi, ad singulare certamen prouocans. Iterum mox: VII. Versu 1030 XXX.

Donec pulsa vagos cursus ad littora vertit
Mentis inops, stagnisq. latebat Daunia pubes.
emendetur.

——ſt agnisq; inlata eſt Daunia pubes.

VIII. Verſ. 109. Et ſcribatur poſt pauca, vbi vulgo legitur:

——namq; agmine denſo
Primores iuuenum ſæua ad diſcrimina Martis
Infenſi ſuperis, dextruq; hic, inquam, ſcribatur:
——laua ob diſcrimina Martis
Infenſi ſuperis &c. atque ita habeat cum libro v. Silij finem Epiſtola quoque noſtra. Vale.

EPIST. XXVII.

Franc. Modius Sebaſtiano Neuſtettero, cognomẽto Sturmero, Equiti Franco. S.

EGregia & perſpecta mihi dudum humanitas tua facit, generoſiſſime Sebaſtiane, vt nõ verear harum quoque quas nunc in Cenſorini Natalitium parturio, ineptiarum, ſeu quocumq; alio viliori nomine appellare has non magnæ rei notas libebit, arbitrum te capere. & ſcilicet hunc eſſe morbum etiam omnibus ijs in pectore, qui huic criticæ ſe dediderunt, vt non ſatis habeant domi inſanire, niſi & foris quoque viros primarios teſtes huius ſui furoris magna ambitione aũquirant, rectè hoc, aut illud ſic ab ſe deliratum eſſe adeo, vt, contra quiſquis ſentiat, nihil ſentiat. Ergo etiam merito ridemur à pleriſque, vt qui mentis parum ſanæ ieiuna hæc neque rei familiari, neque, quod proximum ſaltem, famæ augẽdæ ſtudia conſectemur. non tamen à te, & tui ſimilibus ſcio, vir nobiliſſime, qui ita exiſtimas, & rectè exiſtimas, nos priuatim quidem nobis neque rem, neque gloriam parare, ſed publicè certẽ, ſi non viris doctis, tyronibus ſaltem in his litera-

teratis litteris non parum & prodeſſe, & ſæpius iam ab hinc annis centũ, & quod excurrit, profuiſſe. in quorum tyronum numero cum nunc verſetur, de quo magna omnia ſperare te iubeo, maximus natu tibi filius Ioan. Chriſtophorus, adlectus iampridem in ampliſſimum collegiũ nobiliſſimorum & reuerendiſſimorum canonicorum Herbipolenſium; verſaturaq; ſit mox etiam, & fratris exemplũ imitatura reliqua quoque tua proles maſcula, quam tibi Deus opt. max. indolis optimæ, vultuſque planè ingenui, & numeroſam iam nunc dedit, & porro, vt ſpero optoq;, numeroſiorem etiam mox daturus eſt; putabis, ſat ſcio, me hic in reliquis ipſorum quoque ſtudiis, quod potuit, cõmodare voluiſſe, & fortaſſe etiam nõnihil cõmodaſſe: ſed ad Cenſorinum. qui cap. xiv. libelli de die Natali ita inter cetera ait: de ætatis gradibus, quos ex Varronis ſententia quinque recenſet. *In quarto vſque ad* LX *annum, ſeniores vocitatos: quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat. Inde vſque ad finem vitæ vniuſcuiuſque, quintũ gradum factũ: in quo qui eſſet, ſenex appellatur: quod ea ætate corpus ſenio laboret. Hippocrates medicus in ſeptem gradus ætatum diſtribuit finem vitæ vniuscuiuſq;. Primæ putauit finem eſſe ſeptimum annum.* Itane vero, Cẽſorine, finẽ cuiuſque vitę in gradus ſeptẽ diuiſit Hippocrates? at ego audieram totum vitæ curſum ad finem vſque totidem quaſi ſpatiis decurri. & profecto decurritur, neq; tu aliter ſenſiſti. ſed hic quoq; fœdiſſimæ illæ Harpyæ, õia cõtactu ſuo cõtaminãtes, te

I. Cenſorinus de die Natali cap. xiv. bis, ter interpolatus.

infecere, à quarum nos ſpurcis ſordibus totum locum ita membranis pro Zetho & Calai vſi, repurgamus: *In quarto aduſq.* LX *annum ſeniores vocitatos: quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat. Inde vſque finem vitæ vniuſcuiuſque quintum gradum factum, in quo qui eſſent, ſenes appellatos: quod ea ætate corpus iam ſenio laboret. Hippocrates medicus in ſeptem gradus ætatem diſtribuit: finemque primæ putauit ſeptimum annum.* ita, inquam, hæc ex m. ſ. codice emẽdamus, reliquaque omnia, quæ in vulgatis exſtant, ſpuria, & illegitima pronunciamus. *finemque primæ*, cum dicit, ad ætatem referendum, quam ſeptemplicem in ſeptem partes diuiſam facit. Paullo poſt: *Quem terminũ* (LXXXIV annorum puta) *vitæ ſi quis præterit, facere idẽ quod ſtadiodromi, ac quadrigæ faciunt, cum extra finem præcurrunt. Hetruſciſque libris, fatalem ætatem hominis* XII *hebdomatibus deſcribi, Varro commemorat: quæ ad decies ſeptenos annos poſſet, fatalia deprecando, rebus diuinis proferre, ab anno autem* LXX *nec poſtulari debere, nec poſſe à Diis impetrare.* ſcribo, emendo & diſtinguo, ſiue interpungo hoc modo: *Quem terminum ſi quis præterit, facere idem quod ſtadiodromi, ac quadrigæ faciunt, cum extra finẽ procurrunt. Hetruſcis quoque libris fatalibus, ætatem hominis* XII *hebdomatibus deſcribi, Varro commemorat: quæ quidem ad decies ſeptenos annos poſſit fatalia deprecando rebus diuinis proferri. ab anno autem ſeptuageſimo nec poſtulari debere, nec poſſe à diis impetrari.* dixi ita mihi hunc locum legen-

II. Eodem Cap. rurſus ter quater emaculatus.

legendum videri; nũc dicam quare videatur. primum illud *vitæ* a m. ſ. aberat; neq; ſane eo opus. ſatis enim arguit nõ de agri termino hic agi, quod præcedit; *ſpatium plenæ vitæ* IV & LXXX *annorum eſſe dixit*. dein, *procurrit* erat in eodem m. ſ. & Aldino exemplari, neque aliud illud admittit ſententia, & res qua de hic ſermo eſt. tum; *libris fatalibus* non, *ætatem fatalem* idem adhuc m. ſ. refert. nec aliud hic quoque ſententia patitur. quid enim vanius, quam hominis fatalem ætatem eſſe LXXXIV annorum? atqui de libris Hetruſcis fatalibus alibi ſæpe mentio eſt. denique *quæ quidem*, ſcripſi, quod in m. ſ. exſtare viderem, *quæ dum*, & ſuſpicarer propter ſimilitudinẽ ſyllabæ præcedentis *qui* ab exſcriptore omiſſum, poſteaq; ab alio eo *dem* quod reſtaret, nihili in *dum* mutato hæc eſſe interpolata, vt in mẽbranis exſtant. poſtremo, *proferri* & *impetrari* repoſui, quod ita partim eædẽ membranæ haberent, partim Aldina etiam editio. Eodem adhuc capite: *Hinc animaduertere licet, neq; poſt* CX. *annos, vti referuntur ludi, ſtatutũ eſſe ſæculum, neq; poſt* XC. vitioſiſſima ſcriptura; & quidem vitioſa nuce vitioſior, quam ita emendandã aio: *Hinc animaduertere licet, neq; poſt centum annos vt hi referrentur ludi, ſtatutum eſſe, neq; poſt centum decem*. nullus hic ſeculo locus: vbi docetur, ex ijs, quæ præceſſerunt, ſatis conſtare poſſe, nõ ſemper obſeruatum fuiſſe, vt ſeculares ludi centeſimo quoq; anno, aut, vt alij volunt, centeſimo decimo celebrarentur. quod tamen ſubiungit deinde, vt ma-

III. Adhuc eodẽ cap.

rit. nisi forte scripserat Mamertinus, quod tamē longius à libris recedit: *sit lectulus non tantum sine inconcessis sed etiam legitimis voluptatibus Vestalium thoris purior.* Paullo post: *Tum aliud quoddam hominum genus est in amicitia principis nostri rude, (vt vrbanis istis videtur) come, subrusticum, blandimentis adulantium repugnat, pecuniæ vero alienæ tamquam rei innoxiæ, actum reformidat.* non satis placet illud, *come.* forte an scribendum, *income* ea forma qua apud Tertullianum alibi repono ex membranis, *inbonus.* quod vt arbitrarium, ita illud certum videtur, mox reponendum: *pecuniæ vero alienæ tamquam rei noxiæ tactum reformidat.* Minimi momenti est quod sequitur, moneo tamen ibi: *Quis, oro vos, plura præbuit fidei constantiæq; documenta? omnes quos priuatus in familiaritatem recepit, eodem habet Imperator affectu: nemo gradu pulsus, nemo habitu prohibitus.* hic inquam legendum: *nemo aditu prohibitus.* Sub finem: *O mihi festiuæ tuæ beneuolentiæ grauissimum pondus.* scribo: *O mihi festinæ tuæ b.g.p.* præcessit: *Non abnuam, præfecturas & consulatus multis esse delatos, sed his post immensos labores honos quasi debitus restitutus est: mihi, cum iam honorem adeptus sim, nunc demum vt merear, laborandum est: versa ratione temporum, permutata munerum vice, modo enitendum est, vt præmio dignus existimer, quum iam præmium cœperim.* Vale. Bambergæ x. kl. Maias LXXXII.

VI. Iterum vno atq; altero loco.

VII. Tertiò

VIII. Quartò

EPI-

EPIST. XXVI.

Franc. Modius Jano Palmerio S.

Bonnam.

VErum opinaris, mi Palmeri; versor adhuc in adornandis Nouātiquis meis. sic tamen, vt me magis, si, quod res est fatear, exerceat, quā delectet hic labor. scis ipse, quam sint paucorum hominum, quæ in hoc genere etiam in grauissimis auctoribus notantur. ego autem hic mihi rem esse volui non cum primi census scriptoribus, sed qui sequuntur primos. vnum enim excipe Ciceronem, in quo leuiuscula quædam (quod post tot eruditissimos viros, quibus ille propius labor, necesse fuit) deprehendere visus sum; reliqui ferè quos hic attigimus, vt tēpore, ita & doctrinæ laude posteriores sunt, quam vt in maiorum gentium quodammodo auctoribus hærere possint. quo etiam minor ex ipsorū in integrum quà pote, restitutione, fama expectanda est, scio; sed nos hoc in hisce epistolis non agimus; quibus vnum illud propositum hic est, rempublicam litterariam pro nostris quoque opibus in tanta ingeniorum copia adiuuare. & adiuuabimus profectò, si quo me in Curtio ante, nunc quoque in Silio iudicio aut rectè sentientem confirmare, aut errantem corrigere dignaberis. quod te quæso & oro, mi Palmeri, vt notas præcipuè sequentes diligenter notes, ita enim demum arbitrabor quædam tibi placuisse, si quædam displicuisse significaueris. sed ad Silium cuius lib. v. versu 442 hæc verba sunt:

I. Silius emendatus lib. v. versu cccc. xlii. bis. ter.

Aspirare viro, propioremq; addere mortem

Haud viſum cuiquam, laxo ceu belua campo
Inceſſabatur cunctis ex agmine telis. aio ſcribendum videri ex membranis:

Aſpirare viro, propioremq. addere Martem
Haud auſum cuiquam; laxo ceu belua campo
Inceſſebatur tutis ex agmine telis. Eodē lib.

II. Verſu ecccxciix. iterum bis.

Turbatos ima properans conſumere peſte
Corripit æratam iamdudum in colle bipennem.

ſermo eſt de Siculis, qui mortis vitandæ, in arbores ſuffugerant. vnde putat Marſus rectè hic legi, *ima peſte*, cū hac interpretatione; arbore ab imo exciſa. aliquid dicit, ſed mihi tamen, ſpero etiam tibi, Palmeri, magis placet ſcripta lectio:

Turbatos vna properans conſumere peſte,
Corripit æratam iamdudum in bella bipennem.

aut certè, vt mihi hæc ſcribenti in mentem venit:

Corripit æratam iamdudum in colla bipennem.

III. Verſu iov. rurſus ſemel atq; iterum.

quod tamen minus placet. Sequitur de arbore elegans comparatio:

Fluctuat infelix concuſſo ſtipite turba;
Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,
Fronde ſuper tremuli vix tota cacuminis hærens
Luctatur, nido pariter luctante, volucris.
Procubuit tandem multa deuicta ſecuri
Suffugium infelix miſeris, & inhoſpita quercus;
Eliſitq. viros ſpatioſa magna ruina. quæ, quid eſt cur dubitemus, auctoribus libris ſcriptis præſertim ita corrigere?

Fluctuat infelix concuſſo ſtipite turba,
Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,
Fronte ſuper tremuli vix tota cacuminis hærens

Iacta-

Iactatur, nido pariter nutante volucris.
Procubuit tandem multa deiecta securi
Suffugium infelix miseris, & in hospita quercus;
Elisitque virum spatiosa membra ruina. Statim: IV. Versu IDXL. duob. trib. item locis.

Occubuere simul Fontanus, Bucca canorum
Transfixi guttur, pressoq. è vulnere cuspis
Prospexit terga, hunc tristes misere Fregellæ,
Multiplicem proavis hunc mater Anagnia fleuit. quæ ita emendare licebit:

Occubuere femur Fontanus, Buta canorum
Transfixi guttur, pressoq. è vulnere cuspis
Prospexit terga; hunc tristes luxere Fregellæ,
Multiplicem proauis hunc mater Anagnia fleuit. Versu ab his VIII. V. Versu IDLI.

——*Viridasius armat*
Mille viros, nulli melius vel ponere castra,
Veliunxisse ratem: vera scriptura est:
——*nulli victus vel ponere castra,*
Veliunxisse ratem. Mox est: VI. Vers. IDCVII.

Tum præceps ruit in medium, calumq. fatigat
Flaminium incessens &c. sed quod ita scribi & ipsum quoque debeat:

Tum præceps ruit in medios, solumq. fatigat
Flaminium incessens. describitur Hannibal Flaminium, in vltionem interfecti modo ab eo Sichæi, ad singulare certamen ptouocans. Iterum mox: VII. Versu IDCXXX.

Donec pulsa vagos cursus ad littora vertit
Mentis inops, stagnisq. latebat Daunia pubes.
emendetur.

——*ſtagnisq; inlata eſt Daunia pubes.*

VIII. Verſ. 109. Et ſcribatur poſt pauca, vbi vulgo legitur:

——*namq; agmine denſo*
Primores iuuenum ſæua ad diſcrimina Martis
Infenſi ſuperis, dextriq; hic, inquam, ſcribatur:
——*læua ob diſcrimina Martis*
Infenſi ſuperis &c. atque ita habeat cum libro v. Silij finem Epiſtola quoque noſtra. Vale.

EPIST. XXVII.

Franc. Modius Sebaſtiano Neuſtettero, cognomẽto Sturmero, Equiti Franco. S.

EGregia & perſpecta mihi dudum humanitas tua facit, generoſiſſime Sebaſtiane, vt nõ verear harum quoque quas nunc in Cenſorini Natalitium parturio, ineptiarum, ſeu quocumq; alio viliori nomine appellare has non magnæ rei notas libebit, arbitrum te capere. & ſcilicet hunc eſſe morbum etiam omnibus ijs in pectore, qui huic criticæ ſe dediderunt, vt non ſatis habeant domi inſanire, niſi & foris quoque viros primarios teſtes huius ſui furoris magna ambitione anquirant, rectè hoc, aut illud ſic ab ſe deliratum eſſe adeo, vt, contra quiſquis ſentiat, nihil ſentiat. Ergo etiam merito ridemur à pleriſque, vt qui mentis parum ſanæ ieiuna hæc neque rei familiari, neque, quod proximum ſaltem, famæ augẽdæ ſtudia conſectemur. non tamen à te, & tui ſimilibus ſcio, vir nobiliſſime, qui ita exiſtimas, & rectè exiſtimas, nos priuatim quidem nobis neque rem, neque gloriam parare, ſed publicè certẽ, ſi non viris doctis, tyronibus ſaltem in his lite-

teratis litteris non parum & prodeſſe, & ſæpius iam ab hinc annis centũ, & quod excurrit, profuiſſe. in quorum tyronum numero cum nunc verſetur, de quo magna omnia ſperare te iubeo, maximus natu tibi filius Ioan. Chriſtophorus, adlectus iampridem in ampliſſimum collegiũ nobiliſſimorum & reuerendiſſimorum canonicorum Herbipolenſium; verſaturaq; ſit mox etiam, & fratris exemplũ imitatura reliqua quoque tua proles maſcula, quam tibi Deus opt. max. indolis optimæ, vultuſque planè ingenui, & numeroſam iam nunc dedit, & porro, vt ſpero optoq;, numeroſiorem etiam mox daturus eſt; putabis, ſat ſcio, me hic in reliquis ipſorum quoque ſtudiis, quod potuit, cõmodare voluiſſe, & fortaſſe etiam nõnihil cõmodaſſe: ſed ad Cenſorinum. qui cap. xiv. libelli de die Natali ita inter cetera ait: de ætatis gradibus, quos ex Varronis ſententia quinque recenſet. *In quarto vſque ad* LX *annum, ſeniores vocitatos: quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat. Inde vſque ad finem vitæ vniuſcuiuſque, quintũ gradum factũ: in quo qui eſſet, ſenex appellatur: quod ea ætate corpus ſenio laboret. Hippocrates medicus in ſeptem gradus ætatum diſtribuit finem vitæ vniuscuiuſq;. Primæ putauit finem eſſe ſeptimum annum.* Itane vero, Cẽſorine, finẽ cuiuſque vitę in gradus ſeptẽ diuiſit Hippocrates? at ego audieram totum vitæ curſum ad finem vſque totidem quaſi ſpatiis decurri. & profecto decurritur, neq; tu aliter ſenſiſti. ſed hic quoq; fœdiſſimæ illæ Harpyæ, õia cõtactu ſuo cõtaminãtes, te

I. Cenſorinus de die Natali cap. xiv. bis, ter interpolatus.

infecere, à quarum nos ſpurcis ſordibus totum locum ita membranis pro Zetho & Calai vſi, repurgamus: *In quarto aduſq.* LX *annum ſeniores vocitatos: quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat. Inde vſque finem vitæ vniuſcuiuſque quintum gradum factum, in quo qui eſſent, ſenes appellatos: quod ea ætate corpus iam ſenio laboret. Hippocrates medicus in ſeptem gradus ætatem diſtribuit: finemque primæ putauit ſeptimum annum.* ita, inquam, hæc ex m.ſ. codice emẽdamus, reliquaque omnia, quæ in vulgatis exſtant, ſpuria, & illegitima pronunciamus. *finemque primæ*, cum dicit, ad ætatem referendum, quam ſeptemplicem in ſeptem partes diuiſam facit. Paullo poſt: *Quem terminũ* (LXXXIV annorum puta) *vitæ ſi quis præterit, facere idẽ quod ſtadiodromi, ac quadrigæ faciunt, cum extra finem præcurrunt. Hetruſciſque libris, fatalem ætatem hominis* XII *hebdomatibus deſcribi, Varro commemorat: quæ ad decies ſeptenos annos poſſet, fatalia deprecando, rebus diuinis proferre, ab anno autem* LXX *nec poſtulari debere, nec poſſe à Diis impetrare.* ſcribo, emendo & diſtinguo, ſiue interpungo hoc modo: *Quem terminum ſi quis præterit, facere idem quod ſtadiodromi, ac quadrigæ faciunt, cum extra finẽ procurrunt. Hetruſcis quoque libris fatalibus, ætatem hominis* XII *hebdomatibus deſcribi, Varro commemorat: quæ quidem ad decies ſeptenos annos poſſit fatalia deprecando rebus diuinis proferri. ab anno autem ſeptuageſimo nec poſtulari debere, nec poſſe à diis impetrari.* dixi ita mihi hunc locum

II. Eodem Cap. rurſus ter quater emaculatus.

legen-

legendum videri; nūc dicam quare videatur. primum illud *vitæ* a m. ſ. aberat; neq; ſane eo opus. ſatis enim arguit nō de agri termino hic agi, quod præcedit; *ſpatium plenæ vitæ* IV *&* LXXX *annorum eſſe dixit*. dein, *procurrit* erat in eodem m. ſ. & Aldino exemplari, neque aliud illud admittit ſententia, & res qua de hic ſermo eſt. tum; *libris fatalibus* non, *ætatem fatalem* idem adhuc m. ſ. refert. nec aliud hic quoque ſententia patitur. quid enim vanius, quam hominis fatalem ætatem eſſe LXXXIV annorum? atqui de libris Hetruſcis fatalibus alibi ſæpe mentio eſt. denique *quæ quidem*, ſcripſi, quod in m. ſ. exſtare viderem, *quæ dum*, & ſuſpicarer propter ſimilitudinē ſyllabæ præcedentis *qui* ab exſcriptore omiſſum, poſteaq; ab alio eo *dem* quod reſtaret, nihili in *dum* mutato hæc eſſe interpolata, vt in mēbranis exſtant. poſtremo, *proferri* & *impetrari* repoſui, quod ita partim eædē membranæ haberent, partim Aldina etiam editio. Eodem adhuc capite: *Hinc animaduertere licet, neq; poſt* CX. *annos, vti referuntur ludi, ſi tutū eſſe ſæculum, neq; poſt* XC. vitioſiſſima ſcriptura; & quidem vitioſa nuce vitioſior, quam ita emendandā aio: *Hinc animaduertere licet, neq; poſt centum annos vt hi referrentur ludi, ſi tutum eſſe, neq; poſt centum decem*. nullus hic ſeculo locus: vbi docetur, ex ijs, quæ præceſſerunt, ſatis conſtare poſſe, nō ſemper obſeruatum fuiſſe, vt ſeculares ludi centeſimo quoq; anno, aut, vt alij volunt, centeſimo decimo celebrarentur. quod tamen ſubiungit deinde, vt ma-

III. Adhuc eodē cap.

ximè obſeruatum aliquando fuiſſet, nõ propterea ſtatim ſequatur, totidem annis ſeculum contineri. cum conſtet anno v.c. CCXLIIII. quod ſpatium temporis omnium confeſſione ſeculo maius eſt, ludos ſeculares nondum inſtitutos fuiſſe.

IV. Et quartò ſuppletis lacunis duab. etiam emendatus.

Eodem XIV. cap. non longe à fine: *Præterea fieri poteſt, quod refert Varro, quod Dioſcorides aſtrologus ſcripſit Alexãdriæ, inter eos, qui mortuos ſolent conſeruare, hominem plus centũ annis viuere non poſſe. Id cor humanum declarare eorũ, qui integri perierint, ſine corporis tabe: Ideo quod multis annis pependit cor hominis, incremẽta ætatis & diminutiones cõſeruet. Et anniculi pendere duas drachmas: bimi quatuor: & ſic in annos ſingulos vſque ad. L. accedere binas. Ab his centũ drachmis atq; anno L. itẽ decedere in vnoquoq; binas. Ex quo perſpicuum ſit, cẽteſimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius poſſe produci.* elegantiſſimus mehercule locus, ſed ita turpiter deprauatus, vt ſenſum ex eo commodũ elicere Oedipi alicuius vix queat ſolers acumen. videbimus igitur nos, an ita forte poſſit emaculari: *Præterea fieri poteſt quod refert Varro; quod Dioſcorides aſtrologus ſcribit Alexandriæ inter eos qui mortuos ſolent conſeruare, conſtare; hominem plus centum annis viuere nõ poſſe: id cor humanum declarare eorum, qui integri perierũt ſine corporis tabe: ideo quod multis annis pendendo cor omnis ætatis incrementa & diminutiones conſeruent. Et anniculi pendere duas drachmas: b.q.e.ſ.1.a.ſ.v.a.L.a.b. A.h.c.d.a.a. L.1.d. 1.v.b. Ex quo perſpicuum ſit, centeſimo anno redire*

ad

ad anni primi pondus, nec longius vitam posse produci. cõstare certe illo, quod in editionibus omissum, ex membranis in locum suum restitui plane opus esse, sensus clamat; magisq; adeo opus, quã *nõ conseruare:* quod, cum in eisdem membranis nullum esset, ideo tamen retinui, quòd editiones omnes illud consentienter retinendum monerent. tum quod pronus error exscriptori, ex duobus verbis alterũ omittere. vt ipse omittam Plinium quoq; me huc impulisse, cuius hæc sunt mirè ad totius loci emẽdationẽ faciẽtia ex cap. XXXVII. lib. XI. *In equorum corde, & boum ossa reperiuntur interdum. Augeri id per singulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimũ annum accedere; ab eo detrahi tantundem, & ideo nõ viuere hominem vltra centesimum annum defectu cordis. Ægyptij existimant, quibus mos est cadauera asseruare medicata.* faciũt hæc huc, dico, ita appositè; vt de ratione, quam tenui in reliquis porro emendandis, verbum mihi vltra faciendũ non existimem, cum satis ex eis constet, illa; *pendendo cor omnis ætatis incrementa, & diminutiones conseruent*; de pollinctoribus, & curatoribus cadauerum apud Ægyptios accipienda, qui longa exsperientia omnis ætatis hominum ab anniculo puero ad senecionem cẽtenarium corda appendendo, & ad libram explorãdo deprehenderint, & obseruarint, hunc vitæ humanæ quasi terminum. ad quem vsq; feliciter te, generosissime Sebastiane, valere opto. Wirzeburgi, postridie Kl. xbres anni CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPIST. XXIIX.

Franc. Modius Iacobo Suſio v.n. S.

Antuerpiam.

MItto ad te, ampliſſime Suſi, pauculas has in Silium notas. & mitto, non, vt ad otioſum, quem ſciam numquam id minus eſſe, quam tum cum maxime eſt: ſed vt ad illum, cui etiam occupatiſſimo ſimiles commẽtationes adeo nihil moleſtiarum afferre, vt etiam ipſas moleſtias plærumq; ſolari conſueuerint. Igitur eius, quẽ dixi poetæ libro VIII. hæc ſunt Annæ Perennæ ad Iunonem verba:

I. Silius lib. IIX. verſu XLI bis emaculatus.

Haud (inquit) tua vis nobis præcepta morari,
Sed fas ſit cautum quæſo retinere fauorem
Antiquæ patriæ &c.

ſed quæ minus probè circumferãtur, & ita à me, aut membranis potius, in quibus eſt. *Sit fas, ſit cautum*, coniectura noſtra leuiter adiutis corrigi poterunt:

Haud, inquit, tua ius nobis præcepta morari;
Sit fas, ſit tantum, quæſo retinere fauorem
Antiquæ patriæ &c.

cupio, inquit, ô Iuno, tibi parere, precorque & opto facto meo veniam, ſi patriã Romanis præfero; tametſi diuinis me illi honoribus afficiant, & inter numina ſua numerent. Verſu XIII. ab ijs quos modo allegaui:

II. verſu LV.

Deſpectus tædæ regnis ſe imponit Hyarbas,
Et tepido figit arma rogo, quis rebus egenis
Ferret opem Nomadum latè terrente tyranno?

contra mẽſuram eſt medius verſus: tranſponunt igitur

igitur verba alij, legũtq;: *Et tepido arma rogo figit.* rectè quoad numeros; malè quoad ſententiam. quid enim armis opus fuit, cum, vt ait Ouidius,

Protinus inuadunt Numidæ ſine vindice regnũ,
Et potitur capta Maurus Hyarba domo.

aut ſi maximè opus fuiſſet; cur illa rogo figerentur? manifeſtè ſcribendum miſſis deliramentis quorundam; *Et tepido fugit Anna rogo.* vide Ouidium libro Faſtorum III. elegantiſſimè hæc eadẽ deſcribentem. Ait eadẽ Anna de Didone ſorore, Æneam mox alloquens: III. verſu XCII.

Inde amens, nunc ſydéream Iuliq; tuamq;
Effigiem fouet amplexu, nunc tota repente
Ad vultus conuerſa tuos, ab imagine pendet.

ſcribe verſu primo:

——nunc ſydéream fulgentis Iuli
Effigiem fouet amplexu.

benè conuenit fulgor ſydereo vultui. ſolebant porro heroinę virorum, ſeu quos pro viris haberent, effigies ex cera domi habere, hinc Ouid. De remedio amoris.

Si potes & ceras remoue; quid imagine multa
Carperis? hoc perijt Laodamia modo.

vide eundem Ouidium de eadẽ Laodamia, quæ contabuit viri effigiem aſſiduè fouendo Epiſtolis heroidum. meminit & Virgilius, Didonẽ Sichæi viri ſui imaginẽ quoq; domi habuiſſe. Sed IV. verſu CXXV. pergamus:

Quæ (ſomnia ſ.) *dum abigo mẽti, & ſub lucẽ, vt*
viſa ſecundent
Oro cælicolas, ac viuo purgor in antro.

legendum:

——ac viuo purgor in amni.

huius enim vſus in omnis generis purgationibus: Virg.

Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha.

& alibi:

——donec me flumine viuo

Abluero. & ſomnia quidem mane ſummo expiabantur. Mox eadem adhuc narratione Annæ de Didone:

V. verſus CXLI. vt ſurreptitius obelo confoſſus.

Inportus amens rorantia flumina flexit,
Atq; hæc ſparſa coma diuis in morte profudit:
Dij longæ noctis, quorum iam numina nobis
Mors inſtans maiora facit &c.

tibi tuas res habeto, quiſquis es, qui verſum illū:

Atq; hæc ſparſa coma diuis in morte profudit.

huc inferſiſti. Silius emblematis tuis non vtetur, oblitus ſum monere, & eſt exiguum, ſed tamen

VI. vērſu CXV. non tacebitur. Paullo ante quoq; legendum videtur:

Contra ſic infit voluens vix murmur anhelum
Inter ſingultus, labriſq; trementibus Anna.

non quomodo vulgo circumfertur:

Contra ſic infit voluens ſic murmur anhelum
Inter ſingultus, labijſq; trementibus Anna.

VII. verſu CXCI. Sequit in verbis malo reip. Rom. nati Varronis:

Exaudi, bone dictator, quid Martia plebes
Imperitet, bello Libys Romamq; leuari
Hoſte iubet. ſcribo: *pelli Libyas, Romamq; leuari Hoſte iubet.* & quare ſcribā, res clamat. hoc igitur potius dicam, & concludam epiſtolam.

VIII. verſu CCLIIX ter, quater interpolatus. mox, quo loco eſt de Varrone eodem:

Et

Et metuit demens alio ne consule Roma
Concidat; è Tyrio consortem accire senatu
Non iam sera volet. nullus qui portet in hostem
Sufficit insano sonipes, incedere noctis
Quod tardẽt cursum tenebras dolet, idq; superb.
Tantum non strictis mucronibus.

sera, inquit interpres, id est, serò; non enim tardè, sed cito vellet Carthaginensem collegam. at illi imposuit corrupta scriptura vulgata, quæ ex mẽbranis ita interpolanda est:

Et metuit demens alio ne consule Roma
Concidat; è Tyrio consortem accite senatu;
Non tam saua volet. nullus qui portet in hostem
Sufficit insano sonipes; incedere noctis
Quæ tardent cursum, tenebras dolet, itq; superb.
Tantum non strictis mucronibus.

quo modo nihil est clarius. Vale.

EPIST. XXIX.

Franc. Modius Iano Duzæ Nordouici Domino S. Traiectum ad Rhenum.

IN Annæo Seneca grauissimo omniũ, & eruditissimo scriptore quædam cursim & saltuatim hic annotaturus, te potissimũ, clarissime & amicissime Duza, eorum arbitrũ capere decreui; qui in hoc cõtrouersiarũ genere vnus & optimè cẽsere potes, &, vt spero, vel mea, vel ipsi⁹ Senecę causſa iudicio tuo hic iuuare me nõ noles. Primo igit⁹ libro de Beneficijs, vbi cõtra eos disputat, q Gratias solutis & pellucidis tunicis ideo inducũt, qd⁹ beneficia cõspici velint; vulgo ista legun-

1. Seneca lib. 1. de Beneficijs cap. III notatus.

tur: *Inueniam* (inquit) *alium poëtam, apud quem præcingantur, & ſpiſſis prodeãt.* optimè; ſi libri veteres in hanc lectionem cõſentirent; ſed & Eraſmus quoq; ſcriptum reliquit, in omnibus, quos ipſe viderit, aut; *ſpiſſis phiſſianis*: aut certè; *Phryxianis* perſcriptũ exſtare; & ipſe mihi teſtis ſum, non aliter in m.ſ. membranaceo codice, quo ab abbate S. Stephani Wirzeburgi vſus ſum, repereri. conſiderandum igitur, an forte legi debeat: *Inueniam alium poëtam apud quem præcingantur & ſpiſſis Phrygianis* (ſeu, quod malim, vt diuerſa ſint tunicarum genera, *Phrygianisue*) *prodeant.* acu pictæ ſanè veſtes & murice auroq; intertextæ, quales erant Phrygianæ, mirè huc conueniũt. vt autem *ſpiſſis* & *Phrygianis* abſolutè dixit, ſub intelligendo τοῖς tunicis: ſic apud Trogi abbreuiatorem *lugubribus* quoque per ſe poſitum inuenias. Sed ad hoc iam: *Itaq; nec aurum, nec argentum, nec quicquam eorũ, quæ à proximis accipiuntur, beneficium eſt, ſed ipſa tribuentis voluntas.* membranæ; *quæ proxemis accipiuntur*, referunt. ego putabam legendum, *quæ proxenis accipiuntur.* tu, Duza, optimè iudicaueris. moris certe fuiſſe, vt xenia quæ prioribus temporibus precio non ita cara erant, poſterioribus maxima & tenuiores planè exhaurientia mitterẽtur, ex hiſtorijs paſſim conſtat. Mox: *Itaq; boni etiam farre, ac fictili religioſi ſunt; mali rurſus non effugiunt impietatem, quamuis aras ſanguine multo cruentauerint.* non ambigo, quin vera ſit hæc lectio, cum Cicero primo paradoxῶν & alij alibi ita locuti

II. cap. v.

III. cap. vi.

cuti ſint; ſed tamẽ celandum nõ putaui in membranis diſertè *fricolis* p *fictili* exſtare; vnde quod proximum eſt, *friuolis* faciebam; quæ Feſto vaſa fictilia quaſſa ſunt; & à I.c. quoq; pro tenuiſſima & viliſſima ſupellectili poni videntur in leg. ſolutum ϖ. de pig. actione, cum ait: *Non enim credibile eſt hoc conueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem inſulæ, friuola mea teneantur.* quid quod Satyricus quoq; his ea, quæ Græcis χυτρόποια ſunt, intellexiſſe videtur, ibi: *iam friuola transfert Vcalegon.* & alibi; Satyra III. & V.

Et ne te teneã, Romanorũ omnia regũ Friuola.

Paullo poſt: *Hinc decentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium: & in conſenſu vidui cœlibatus nemo vxorem duxit, niſi qui abduxit iam raptam. Agros ſpargere, auaritiam recolligere certant. Nihil penſi habere, paupertatem alienam contemnere, ſuam timere. Nullum aliud vereri malum* &c. noſter m. ſ. quemadmodum & Pincianus quoq; (qui hunc locũ in medio ſe relinquere profitetur) in vetuſtis libris ſe inueniſſe dicit; *Hinc decentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium: & in cõſenſu vidui cœlibatus nemo vxorem duxit, niſi qui abduxit. Iam rapta ſpargere, rapta erant, agri auaritia recolligere certant. Nihil penſi* &c. ex quibus faciebam: *Hinc decentiſſimũ ſponſaliorum genus eſt adulterium: & in conſenſu vidui cœlibatus nemo vxorem duxit, niſi qui abduxit. Iam rapta ſpargere: ſparſa pari auaritia recolligere: nihil penſi habere: paupertatem alienam contemnere, ſuam timere* &c. ſimilis periodus eſt,

IV. cap. IX. duob. locis interpolatus.

ſi meminiſti, Duza, apud Salluſtium tuũ. Senecæ verbis turbandis fuit in primis verbum *certant*. quod ego huc manaſſe mihi perſuadeo ex verſu illo tritiſſimo:

Quærere vt abſumãt, abſumta requirere certãt;

ad marginem fortè huius loci ab aliquo ſtudioſo, vt fit, adſcripto. Sed iam ad librum ſecundũ tranſitionem faciamus: *Et cum quadam nec coire in idem natura patiatur, vt velocitatem corporũ & vires pares animalibus habeamus, ex diuerſis accidentibus bonis hominem nõ eſſe compoſitum iniuriam vocant, & in negligentes noſtri deos querimoniam iaciunt, quod non bona valetudo, & virtus inexpugnabilis data ſit, quod nõ futuri ſcientia*, rurſus cõuenit libro noſtro cũ veteribus & ſcriptis Eraſmi, Pincianiq; exemplaribus in eo, quod primum illa; *pares animalibus habeamus*. deinde iſta; *querimoniam iaciunt* ab illò abſunt; qui etiã, *ac deſidentibus* pro, accidentibus, &; *& vitijs*, pro, *& virtus* refert. vnde totum locum ita cõſtituebam. *Et cum quadam nec coire in idem natura patiatur, vt velocitatem corporũ, & vires; ex diuerſis ac diſſidentibus bonis hominem non eſſe compoſitum, iniuriam vocant, & negligentes noſtri deos, quod non bona valetudo etiam vitijs inexpugnabilis data ſit; quod non futuri ſcientia*. leuiter mutaui *deſidentibus* in *diſſidentibus* poſtulante ſententia; quæ etiam Senecæ ſua nõ conſtabit, ſi; *& virtus* pro, *& vitijs* retineatur. nullus hic virtuti locus, vbi illud dicit: homines libidine & vino diffluentes conuiciũ dijs facere, quod non in ſumma hac intem-

V. lib. II. cap. XXIX. variè interpolatus.

intemperantia etiam bona ſemper valetudine fruantur. Eodem libro: *Sic beneficium & actio dicitur beneficij, & ipſum, quod datur per illã actionem: vt pecunia, domus, præterea. Vnum vtriq; nomen eſt, vis quidem ac poteſtas longè alia.* ſcribendum ariolor, cum in membranis geminetur nõ vt; *Sic beneficiũ & actio dicitur beneficij, & ipſum quod datur per illam actionẽ: vt pecunia, vt domus, vt prætexta. Vnum vtriq; nomen eſt, vis quidem ac poteſtas longè alia,* ad prætextam ſanè, hoc eſt, oblatos honores pertinet, quod mox ſequitur: *detractæ ſordes* &c. finem faciam. vnum etiã ex libro tertio locũ ſi addidero, non magni momenti quidem illum, ſed tamen qui qualiſcumq; huic epiſtolæ modum imponet his verbis; *Beneficium vocas dediſſe potentis populi ciuitatem, in quatuordecim gradus deduxiſſe, & defendiſſe capitis reum.* aio rectè hic illud, *gradus* in veteri libro abeſſe; & melius intelligi, quam exprimi. Vtinam tantum ſuperiora æquè tibi, mi Duza, in primis, & à te alijs probare poſſim. Vale Comburgo Id. Quinctilibus. CIↃ. IↃ. LXXXII.

VI. cap. XXXIV.

VII. lib. III. cap. IX.

EPIST. XXX.

Franciſcus Modius Iuſto Lipſio. S.

ATqui nugæ ſunt iſtæ, Lipſi, de Cæſaris cõmentarijs addubitare, ſint ne illi omnino Cæſaris, an neſcio cuius Iulij Celſi. ſed audi quid nuper nonnullos, & olim etiã Grãmaticos quoſdam mouerit, vt hi, quę ex hiſce cõmentarijs citarent, eorum Iulium Celſum auctorẽ laudarent, & illi, tum à libris quibuſdam, vt aiebant, vete-

ribus, tum ab hisdem ipsis, quos dixi, Grammaticis, decepti, amplius de horum commentariorum scriptore quærendũ existimarent. fuit temporibus posterioribus, dico post diuisum orbis terrarum in duo summa regna imperium, quidã Iulius Celsus, clarissimatus, vt ipse de se testatur, & comitiuę dignitate cohonestatus, qui cõmentarios hos magno studio à mendis repurgauit, &, quod potuit, integritati suæ restituit; addito ad singulos libros ita, vti dictum est, recognitos hoc epiphonemate: *Iulius Celsus, vir clarissimus, & comes recensui.* hinc accidit, scilicet, vt illi fungi, qui postea eum codicem exscripserunt, nobis omnia confunderent, & malè censorem huius operis auctorem eiusdem esse credentes, id Iulij Celsi nomine inscriberent. in quo quidẽ vt magis scias me verum dicere, iube sis Pulmannum nostrũ ad te mittere eum Cæsarem, quem ego cum longè antiquissimo m.s. codice, qui est Eysterbacensis abbatiæ ad Septicolles, diligentissimè collatum ei, cũ nuperrimè Antuerpiæ cum legatione essem, lub. mer. donaui. audeo dicere, censebis benè à me iudicatum, & malè ab alijs ampliatum; sed nunc amabo iuua me etiam iudicio tuo, in istis: Liuius tuus Tarquinio Seruium socerum suum apud senatum criminanti, inter

I. Liuius notatus lib. I. v. c.

cætera, hæc tribuit: *Ita natum* (Seruium s.) *ita creatum regem, fautorem infimi generis hominũ, ex quo ipse sit, odio alienæ honestatis, ereptum primoribus agrum sordidissimo cuiq; diuisisse.* arbitrabar ego hic, cum in codice cuso quidem, sed

ante

ante aliquot xc. annos, *fauore*, pro *fautorem* reperissem, vtrũq; abesse posse; vt ita dicatur Seruius infimi generis hominum, ut apud Terentiũ: rex paucorum hominum. arbitrabar, inquam, ita, nihil tamẽ audebam statuere, donec in membranis Colonienſibus, de quarum bonitate post dicam, nullum earum vocum vestigium exstare deprehendi. quo factum non negabo, vt quod antè posueram tantum, nunc etiam nõ dubitem affirmare; nisi tu, Lipsi, fortè aliter censeas. quod tamen non futurum inde quoq; existimo, quod Ciceronem etiam sic locutum video, qui, emendante eruditissimo Victorio, in epistola nescio qua ait: *Vide quã sim antiquorum hominũ.* II. Eodem libro præcedit: *Idem* (Tullus s.) *imperat vt hastas equites erigere iubeat.* vbi Rhenanus; *arbitror*, inquit, *scripsisse Liuium: suo iussu circumduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat: idem* (*subaudi Albanus exercitus*) *imperat: hastas equites erigere iubet.* in quo verè fateor me non capere, quomodo ista oratio ita interpuncta possit facere ad mẽtem Beati. qui, (vt apparet, ex his quæ subiecit: *Porro mirum Tulli regis consilium fuit, etiam desciscentes Albanos in speciem adhortantis, quo Fidenates hostes terreret*) Albanis à Tullo in ipsa etiam defectione imperitatum existimat. & sanè, ita tum hæc distinguenda erant: *suo iussu circumduci Albanum exercitum: vt Fidenatium nuda terga inuadat idẽ* (Tullus s. nisi malimus *eidem* legere, vt ad Albanum exercitum referatur) *imperat: hastas equites eri-*

gere iubet. sed nihil est aut hac, aut illa interpunctione opus. quî enim potuit imperare Albanis Tullus, à quibus & procul constitutis, & abeuntibus exaudiri nõ poterat? nam vt artificium hoc fuisse Tulli dicamus, ad terrendum hostem; nihil est. moueri magis potuit, vt reuera motum Liuius statim post testatur, vocibus Tulli, confidenter suo iussu Albanos circumduci, vt Fidenatium terga inuadant, clamantis. vt omittam, ineptum esse, dicere suo iussu circumduci Albanos, & postea tanquam ignaris, cur id fieret, quid facto opus esset imperare. Legemus igitur nos, vt ex scidis antè laudatis legendum eum locum didicimus, hoc modo: *suo iussu circumduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat. Idem imperat, vt hastas equites erigerent.* qua scriptura nihil verius esse, sequentia ostendunt. verbum *iubet* seu, *iubeat*, quod paullo ante præcedit, hic repetitum vitij caussa fuit. facit autem huc quod ait Vegetius: *Propterea plærique ante pedites equites posuerunt, vt discurrentes aduersarios videre non sinerent, quando pedites abscedebant.* nam vt ibi hostium caussa equites peditibus prætexuntur, ita hic prudenti consilio Tullus eosdem erectis lanceis pediti suo conspectum eripere iubet, trepidationis
III. & consternationis vitandæ. Est adhuc eodem libro: *Cum, si nihil mouerentur, infensius ira, porro inde abiturus* (Sextus puta Tarquinij F.) *videretur: benignè ab Gabinis excipitur.* aio repe-

nendum:

nendum: *si nihil morarentur*; quo pacto & scriptus codex Colonienſis habet, & Beatus teſtatur in veteri libro exſtare; addens hãc ſibi lectionem placere, quod videantur verba fuiſſe, quæ iudex ex more proferebat, quoties reum abſolueret. poſtrema tamen hæc, (ignoſcant mihi Rhenani manes) probare non poſſum, quod à te, Lipſi, didicerim, non iudici illud ſolenne verbum fuiſſe reum abſoluenti; ſed potius conſuli, ſeu conſulibus ſenatum mittentibus, cui tum dicere in more habuerint; Nihil vos moramur patres conſcripti. Iterum eodem libro eſt: IV.
Iuppiter pater (ſunt verba auguris de Numa deos conſulentis) *ſi eſt fas hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ eſſe, vt tua ſigna nobis certa ac clara ſint, inter eos fines, quos feci.* qui locus cum videatur ſatis integer, facit tamen ſcriptura membranarum, & codicis impreſſi, de quo iam ante dixi, quæ eſt; *vti tu ſigna nobis certa ac claras ſis*, reſtituendum vt exiſtimem; *vti tu ſigna nobis certa acclaraſſis.* quod verbum, vt vides, mirè conuenit antiquæ huic formulæ; & ab ijs interpolatum videtur, qui ſimilia non intelligunt, & Liuium nihil niſi vulgo tritum vti in libris ſuis amaſſe, exiſtimant. verbo *clarare* certè, pro clarum & conſpicuum facere vſi multi, & in multis Lucretius lib. III. Horat. 4. car. Ode. 3. Auſonius. citatque ipſe Cicero de Diuinatione verſum ſuum huc omnino facientem:

Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna.

ad eius enim exemplum hic locutus Liuius videtur. V. In quo tamen ante quoq; illi Telchines, qua parte est in membranis: *breui stirpes quoque virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanio parentes dixere nomen.* VI. Et mox, vbi in ijsdem legitur: *Iouis Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero.* &c. Hoc loco, *Iuppiter* pro, *Iouis.* & illo, *stirps* pro *stirpes*, ita demum benè se de Liuio mereri existimantes, temerè substituerunt. & tamen hi sunt illi, si dijs placet, qui cœlum terræ miscent, si quid nos, nō pro nostra lubidine, sed ex librorū fide, in vulgatis iā auctoribus, & sexcentis locis eodem modo ab ijs malè acceptis, loco moueamus, & pro spurijs legitima VII. in suam possessionem reducamus. Sed ad Liuium: *Numitor* (inquit) *inter primum tumultum hostes inuasisse vrbem, atq; adortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem præsidio armisque obtinendam aduocasset: postquam iuuenes* &c. manifestè scribendum; *auocasset.* & ita membranæ. frustraq; adeo est Beatus, qui contra earum auctoritatem & libros omnes editos, VIII. libro tertio legendū existimat; Et lib. III. v. c. *Concilium deinde legi perferendæ habere aduocato populo ab armis.* cum etiam hic *auocato* in omnibus omnino & scriptis, & editis codicibus habeatur; & ita legendum ista quæ præcedunt: *Sed vanam imaginem belli, ad auertēdos ab legis cura plebis animos, Capitolium insedisse contenderent*; Rhenanū commonere potuerint. sic autem & in epistola Sulpitij

pitij ad Ciceronem est: *Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca.* & ait Callistratus I. C. Tit. de Nundinis: *Cum auocentur agrorum cultores ab opere rustico.* vsi sexcenti alij eo verbo, in ista significatione. sed quia in librũ tertium Liuij incidimus, videamus etiam ista in eo: *Ibi vero Sulpitius negare cunctandi tempus esse, circumventos intercluſoſq; ab ſuis vociferans, in equeſtre prœlium connixi omni vi perficerẽt, nec fugare equitem integrũ ſatis eſſe: conficerent equos virosq;, nẽ quis reveheretur inde ad prœlium, aut integraret pugnam.* hic ego scio vocem illã *integrũ* nihili esse, natãq; ex verbo *integraret* quod sequitur. pro ea igitur repono *interdum*, hoc modo; *Ibi vero Sulpitius negare cunctandi tempus esse, circumuentos intercluſoſq; ab ſuis vociferans, nẽ equeſtre prœlium cõniſi omni vi perficerent: nec fugare equitem interdum ſatis eſſe; conficerent equos* &c. confirmant hanc emendationem quæ præcedunt. Ad primum igitur librum reuersionem faciamus, vbi legitur: *Deinde nẽ vana magnitudo vrbis eſſet: adjciendæ multitudinis cauſſa, vetere conſilio condentium vrbes, qui obſcuram* &c. quæ verba in speciem recta sunt, re non item. haud dubiè enim, cum in cuso codice antiquo non *multitudinis*, sed *multitudini* inueniatur, scribendum est: *Deinde, ne vana magnitudo vrbis eſſet: adiciendæ multitudini, vetere conſilio* &c. Omissa voce *cauſſa* à sciolo aliquo huc inculcata. talia sunt illa apud Tacitũ Annal lib. xv. Ea dum

IX. Eod. lib. iii. v.c.

X. Reditum ad primum rursus.

à Corbulone tuenda Syriæ parantur: & lib. XVI *per tantum dui occulta augendis præsentibus bonis.* item statim: *Dantur triremes & dilectũ nauigium, iuuandæ festinationi.* sed & multa alia hoc exemplo in Liuio peccata sunt. legebatur enim, legiturque in omnibus ferè libris, vt alij etiam

XI. Iterum lib. III.

testantur, apud Liuium lib. III. *Suarumque rerum erant amissa publica: tantum ab iniuria abesse rati, quantum* &c. Ea forma, nempe, qua dicimus aliquem esse bonarum rerum. inuenti ecce sunt, qui vt per omnia antiquum obtineant, nobis interpolarunt: *suarumque rerum solliciti*

XII. Eod. lib. III. v.c.

erant, amissa publica &c. Item alio loco eodem libro: *Et non præciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris.*

XIII. Adhuc eod. lib. III.

Et alio: *vt patricios desperatio primo, irritata plebe apiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret.* quo vtroque capital credo admissuri, si Liuio suam vocem reliquissent, *adipiscendi* reposuerunt. cum *apisci* verbo Lucretius, Catullus, ipse denique cum in libris de LL. tum in Epistolis Cicero vtantur. Vale.

EPIST. XXXI.

Franc. Modius Ioanni Weidnero

S.

QVod de philosophia Seneca, hoc ego de linguarum scientia iudico; longum & impeditũ ad eam iter esse per præcepta; breue & efficax, vt ad illam per exempla, sic ad istam per loquen-

quendi vſum, & frequentem legendi ſcribendique, & ſubinde aliquid ex vna in alteram transferendi exercitationem. Quid igitur, nulla volo Grammatices Latinæ aut Græcæ præcepta, pueris præſertim, tradi? imò maximè, ſed breuia; ſed perſpicua; ſed quæ ingenia adhuc tenera inſtruant, non quæ onerent illa multitudine, aut obſcuritate confundant. Largè hic a maioribus noſtris peccatum. primus Nicolaus Clenardus hoc correxit apud Græcos, & verã ad eorum linguam viã laſſus errãdo vidit, aliisque monſtrauit, ſecuti ſunt multi, imò infiniti alij, in vtraq; lingua, de quib. maximè probandi illi, qui vt ante iam dictũ eſt, breuiſſimi ſimul & dilucidiſſimi ſunt. multa melius poſtea ab aliud quodammodo agentibus percipiuntur; quę in fundamentis adhuc verſantes maximo cum labore, ſed paruo cũ fructu ediſcere, fatigantes ſeſe, fruſtra ſatagunt. Qua in re tuũ cũ meo, Weidnere, iudicium congruere magna ex te nuper cũ voluptate audiui: hortorq; te, etſi tu hortatore nullus egeas, vt pergas hac ſemita iuuentutẽ tibi commiſſam ad iugũ Parnaſſi ſubducere; dũ alios ad pedẽ eius ignoratio itineris recti moratur. & immortalem gloriã, quã tu tamen ſolum bonũ publicum ſpectans non captas, ſat ſcio, vel inuitus conſequere. Nunc hæc à profeſſione tua non planè abhorrentia conſidera:

Vitiferis latè florebat Maſſicus aruis,
Miratus nemora & fulgentes ſole racemos:
It montis decus, atq; ex illo tempore dines

f. Silius lib. vii verſu ccvii à liquotiẽs interpolatus.

Tmolus, & ambrosiis Aruisia pocula succis,
Ac Methymna ferax Latius cessere falernis.

qui Silij versus corrupti, ita emaculandi videtur: *Vuiferis* (vel, vt Marsus, *vinifera*) *latè florebat Massicus aruis,*

Miratus nemora, & lucentes (Marsus, *rorantes*) *sole racemos.*

Id monti decus, atq; ex illo tempore diues
Tmolus, & ambrosiis Aruisia pocula succis;
Ac Methymna ferox lacubus cessere falernis.

nec hic quidquam meum est, præterquam quod; *Id monti*, p *Et monti*, postulate sententia scripsi: & versu extremo cũ m. ſſ. esset: *ferox latibus*, ex nihili voce illud, *lacub.* & hoc quoq; ita re iubẽte, feci. reliqua purè putè à membranis sunt. benè autem ferocem Methymnam vocat, quod passim ea à poëtis prædicatur & laudibus vehitur. Virgilius:

Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.

Ouidius:

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

II. Versu ccccxxix. Post multa: *Huic Mago inuersa quatiens vt dispulit hasta*
Bellantis somnum, tenebris fortissime ductor
Iras compesce &c. longè elegantius est, nisi hic oculis malè vtor:

III. Versu ccccxxvii. *Huic Mago inuersa quatiens vt dispulit hasta*
Bellantem somnum &c. Statim:
Emergamus, & hic Fabio persuadeat æstus
Nos certare dolis, nihil hic cunctante, sed acris
Incœpti læto inuene &c. referunt membranæ:

Emer-

Emergamus, & hic Fabio perſuadeat aſtus
Non certare dolis; nihil hinc cunctãte, ſed acris
Incœpti læto iuuene &c.

quomodo ſenſus erit; diſcat Fabius inferiorem ſe eſſe, quam qui poſſit nobiſcum dolis certare. Iterum ſtatim: IV. Verſu CCCXLIIX.

Intentiq; docent quæ ſint properanda monentq;
Quiſq; ſuos, inſtant trepidi, ſtimulatq; ruentes
Nauus abire timor. ſcribendum:
Intentiq; docent quæ ſint properanda, monentq;
Quisq; ſuos, inſtat trepidus, ſtimulatq; ruentes
Nauus abire timor. Virgilij illud eſt: *pedibus timor addidit alas.* Adhuc ſtatim: V. Verſu CCCLXII. ter, quater interpolatus eiecto quodam ſpurio.

Quam multa intentus cælo ſub nocte ſerena
Fluctibus è mediis ſulcator nauita ponti
Aſtra videt, quam multa videt feruorib. atris,
Cum Calabros vrunt ad pinguia pabula ſaltus,
Vertice Garganiresidens incendia paſtor.
Hac facie ſubita volitantum in montibus altis
Flammarum, quis tunc cecidit cuſtodia ſorti,
Horrere, atque ipſos nullo ſpargente vagari
Credere, & indomitos paſci ſub collibus ignes.
Cælone exciderint, & magna fulmina dextra
Torſerit omnipotens, an cæcis terra cauernis
Fuderit egeſtas accenſo ſulphure flammas
Infelix tellus: tantis damnata ruinis:
Iamq; fugam Rutuli media in formidine quærũt
Atq; abeunt, fauceſq; viæ citius occupat armis

Pœnus &c. locus variè corruptus & interpolatus. quique vno verſu hinc in ſolas terras relegato, ita legendus videatur:

Quam multa affixus cœlo ſub nocte ſerena
Fluctibus è mediis ſulcator navita ponti
Aſtra videt; quã multa videt fervoribus atris,
Cum Calabros vrunt adpinguia pabula ſaltus,
Vertice Gargani reſidens incendia paſtor.
At facie ſubita volitantum montibus altis
Flamarum, quis tunc cecidit cuſtodia ſorti,
Horrere, atq; ipſos nullo ſpargente vagari
Credere, & indomitos paſci ſub collibus ignes.
Cœlóne exciderint, & magna fulmina dextra
Torſerit omnipotens, an cæcis rupta cavernis
Fuderit egeſtas accenſo ſulphure flammas
Infelix tellus, media in formidine quærunt.
Iamq; abeunt, fauceſq; viæ citus occupat armis

Pœnus &c. *affixus* dixit exemplo Virgilij, cuius illud eſt: *clauumq; affixus & hærens Nuſquã amittebat.* reliqua ita certa ſunt, vt operã luſurus ſim, ſi ea cuiquam ſano, nedũ tibi, Weidnere, qui hæc, pro acerrimo iudicio tuo, optimè æſtimare poteris, probare coner. Vale.

EPIST. XXXII.

Franc. Modius Paullo Meliſſo S. Noribergam.

SIlẽtio, quod inter nos diuturnius omnino fuit, Paulle Meliſſe, quã debebat inter eos, quos eadẽ ſtudia, & quod caput eſt, cũ Cl. V. Ioan. Poſthio archiatro Wirzeburgico cõmunis amicitia, tametſi longo interuallo, & multis millibus diſſitos, ita coniunxerunt, vt non poſſent inter ſe ignoti, aut inuiſi, videri; huic, inquam ſilentio tandem aliquando elegantiſſimos illos tuos ad me verſi-

verſiculos finem attuliſſe, emoriar ſi non ex animo gauiſus ſum. neq; enim tã humanitate me hic à te ſuperatum, & occupatum doleo, quã illud lęt or, datã mihi viciſſim ad te ſcribẽdi occaſionẽ. nolim tamẽ propterea carmẽ aliquod à me viciſſim nũc quidẽ te expectare; mitteturidẽ aliàs melius, nũc erã in diuerſo dicẽdi genere, & hęc in Ciceronе neſcio an emendabã, ſtudebã certè emẽdare. pro lege Manilia: *At eam quoq; rem pop. Rom. nõ modo vidit, ſed etiã ſtudio omni viſendam putauit.* auctius membranæ meæ: *ſed etiã ſtudio omni viſendã, & cõcelebrandã putauit.* ſtatim: *Difficile eſt in Aſia, Cilicia, Syria, regniſq; extremarũ nationum ita verſari veſtrũ Imperatorem, vt nihil aliud quam de hoſte, ac laude cogitet.* locus in ſpeciem rectus; re non item. nec melius tamen eum Lãbinus, ſed aliquanto corruptius, ita legit: *Difficile eſt in Aſia, Cilicia, Lycia, Syria regniſq; exterarum nationũ ita verſari veſtrum imperatorẽ* &c. peior, inquam, hæc, quam communis lectio vulgata. quis enim hic locus *Lyciæ*, regiũculæ nullius momenti, ſi cũ multis, quas Cicero præterit, conferatur; & ſola patera ſua, Apollinis oraculo celebrata, notæ; quis, inquam, huic hic locus eſſe poteſt, inter, *Syriam* & *Ciliciam* potentiſſimas & opulentiſſimas regiones? omnino hæc *Lycia* nobis hic ex *Cilicia* nata eſt. quod Lambinum non vidiſſe miror: exiſtimoq; aliud agentem hunc locũ ita cõſtituiſſe, qui a meis libris hoc pacto corrigetur: *Difficile eſt in Aſia, Cilicia, Syria, regniſq; interiarũ nationũ ita verſari veſtrũ Imperatore* &c.

I. Cicero pro L. Manilia notatus.

II.

interiores autẽ nationes quas intelligat ſatis clarum eſt, nimirum intimæ Aſiæ incolas. ſic auctor
III. declamationis in Salluſtiũ: *hoc Africã interiorem obtinente* dixit. Pergit Cicero. *Difficile eſt dictu Quirites, quanto in odio ſimus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eos hoc anno cum imperio miſimus, iniurias ac libidines.* Scribo meo periculo, ſed fide membranar: *Propter eorum, quos ad eos per hos annos cum imperio miſimus, libidines ac iniurias.* Loquitur Cicero nõ de vno illo anno,
IV. ſed de aliquammultis proximè præteritis. Paucis abhinc verſibus: *Urbes iam locupletes, ac copioſæ requiruntur, quibus cauſſa belli, propter diripiendi cupiditatem inferatur.* habẽt veteres libri: *propter diripiendi faculatem.* quod nõ videtur reijciẽdũ.
V. mox eſt: *Quare etiam ſi quem habetis, qui collatis ſignis exercitus regios ſuperare poſſe videatur, tamẽ, niſi erit idem qui ſe á pecuniis ſociorũ, qui ab eorum coniugibus, ac liberis, qui ab auro gazaq; regia manus, oculos, animũ cohibere poſſit, non erit idoneus, qui ad bellũ Aſiaticũ regiũq; mittatur.* noſtri libri manu exarati locupletius referunt: *niſi erit idem qui ſe à pecuniis ſociorum; qui ab eorum coniugibus, ac liberis; qui ab ornamentis fanorum, atq; oppidorum; qui ab auro, gazaq; regia manus, oculos, animum cohibere poſſit &c.* probo. præceſſit enim:
VI. *Quod enim fanũ fuiſſe putatis in illis terris, noſtris magiſtratibus religioſum? quã ciuitatem ſanctam? quam domum &c.* ſtatim; certè non ita multo poſt: *Primum inte ſatis eſſe animi, conſtantiaq; arbitror; deinde, cum tantam multitudinem*

cum

cum tanto ſtudio adeſſe videamus, quantam non iterum in eodem homine præficiendo vidimus: quid eſt, quod aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? hæc eſt vulgata lectio, etiam Lambini iudicio cõprobata. arbitror tamen, opinor & tu, Meliſſe, vbi locum inſpexeris, noſtrarum membranarum ſcripturam longè & meliorem, & veriorem eſſe, quæ referunt: *Primum in te ſatis eſſe animi, conſtantiæq; arbitror: deinde, cum tantam multitudinem tanto ſtudio adeſſe videamus, quantam nunc iterum in eodem homine præficiendo videmus, quid eſt. &c. nunc iterũ*, dicit, propter illud tempus, quo eidem Pompeio bellum Pyraticum mandatum eſt. Porro poſtrema illa: *aut de perficiendi facultate dubitemus*, faciunt etiam aliquo modo ad id, quod paullo ante dixi, m. ſſ. habere: *propter diripiẽdi facultatem*. vbi eſt vulgo, *propter diripiẽdi cupiditatẽ*. Vale, Comburgi. Id Decemb. CIↃ.IↃ.LXXXI.

EPIST. XXXIII.

Franc. Modius Ioanni Poſthio Archiatro Wirzeburgico S.

Dono dedit mihi his dieb. Io. Weidnerus noſter manu exaratum Martialis codicem; nõ quidẽ vetuſtũ omnino illũ; quippe qui Romæ anno demũ CIↃ.CCCC.LXVIII. ſcriptus fuerit, ſed haud dubie ex bonę planè notę exẽplari expreſsũ ex cui⁹ ad nuperã editionẽ Plãtiniãnã omniũ quę exſtãt accuratiſſimã, ꝑterq; Hadriani Iunij obſeruationes, ex Turnebi, Lipſij, aliorumq; doctiſſimorũ virorũ ſcriptis & vetuſtis mẽbranis à diligentiſſimo Theodoro Pulmanno noſtro ador-

natam, contentione, quædam deprehendere visus sum in lepidissimo poëtarū notanda de; quorum genere etiam ista sunt. Lib. I. epigrammate CIV. ad Scæuolam

I. Martialis lib. I. Epigr. CIV. notatus.

Si dederint superi decies mihi millia centum,
Dicebat non dum Scauola factus eques;
Qualiter ô viuam, quam largè, quamq; beatè.
Riserunt faciles, & tribuere dei. prior pentameter in m. s. nostro sic erat, pscriptus. *Dicebat nondum Scauola iustus eques.* quod, pbo. quia cōcludit mox: *Aut viue, aut decies, Scauola, redde deis,* & nōdū iustus eques, valet cū adhuc tibi aliqd ad cēsum equestrem deesset; qui erat olim Romæ, vt ex illo Horatij:

Budæus censum equestrem ait fuisse coronatorū 12500: senatorium 30000. videatur Plinius naturalis hist. lib. XXXIII.

Si quadringentis sex septem millia desunt, Plebs eris; colligitur, quadringētorū millium: nisi quod ex his Suetonij verbis: *Ludis Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit, donatusq; quingentis sestertiis, & annulo, sessum in quatuordecim ex scena per Orchestam transiit.* videtur creuisse & ad quingenta millia ascendisse. à quibus demū rursus descenderit redactus ad pristinum Tiberij iussū. de qua re ita in eius vita Suetonius; *Hac de caussa constitutum, ne cui ius annuli esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, auoq; paterno sestertia quadringenta census fuissent.* deq; numero horū fortasse fuit hic Scæuola, ideo à poëta dictus nondū iustus eques, quod in equitibus fortasse fuerit ratione huius Tiberianæ cōstitutionis, censum equestrem ipse tamen non habuerit. sed pergamus ad

II. Epigr. CVII. CVII epigramma in Rufum;

Inter-

Interponis aquam ſubinde, Rufe,
Et ſi cogeris à ſodale, raram
Diluti bibis vnciam Falerni,
Numquid pollicita eſt tibi beatam
Noctem Nauia, ſobriasq; mauis
Certæ nequitias fututionis?
Suſpiras, retices, gemis: negabit,
Crebros ergo bibas licet trientes,
Et durum iugules mero pudorem.

Quid parcis tibi Rufe? dormiendum eſt. verſu tertio erat in m.ſ.cod. *Lymphati bibis vnciam Falerni*, quod amplector, memini.n. alicubi Horatiũ dicere; *reſtinguere pocula lympha*, & ſcio neſcio quẽ dicere ſolitũ; Lymphatũ vinũ lymphatã mentem facere. ſcribo etiam mox: *Suſpiras, retices, gemis; negauit.* nota affinitas litterarũ b. & u. ſuſpiria, reticentia, gemitus inquit argumento ſunt repulſę tuę. *negabit* ſanè plane loco huic, vt vides Poſthi, cõuenire nõ poteſt. Epigr. cx. de catella Publi: III. Epigr. cx.

Collo nixa cubat, capitq; ſomnos,
Vt ſuſpiria nulla ſentiantur. hic quoq; malim cũ noſtro Weidneriano codice; *Collo nexa cubat.* catellæ enim colli inflectiõe capturæ ſomnũ tãtũ nõ nexũ referũt. Legerim etiã eodẽ epigr. elegãti repetitione, præſertim volente iubente eodem laudato nobis libro: IIII. Ibidem.

Hanc, ne lux rapiat ſuprema totam,
Picta Publius exprimit tabella;
In qua tam ſimilem videbis Iſſam,
Vt ſit tã ſimilis ſibi nec Iſſa. vbi vulgo eſt. *Vt ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa.* Lib. II. epigr. VI. V. Lib. II. Epig. VI.

I nunc edere me iube libellos,
Lectis vix tibi paginis duabus,
Spectas ἐσχατοκωλικὸν Seuere,
Et longas trahis oſcitationes. emendo ex libro veteri:

I nunc, edere me iube libellos,
Lectis vix tibi paginis duabus,
Spectas ἐσχατοκωλικὸν Seuere.
Quid longas trahis obſcitationes?
Hæc ſunt, quæ relegente me ſolebas
VI. *Rapta ſcribere.* & quæ ſequuntur. Epigr. IIIX
Epigr. IIX. *Iſta tamen mala ſunt; quæ ſi manifeſta negamus*
Hæc mala ſunt: ſed tu non meliora facis. longè, vt mihi quidem videtur, elegantius eſt, quod in m. ſ. repperi:

VII. *Iſta tamẽ mala ſunt; quaſi nos manifeſta negemus.*
Epigr. XI *Hæc mala ſunt; ſed tu non meliora facis.* Epigr. XI.

Quod fronte Selium nubila vides Rufe,
Quod ambulator porticum terit ſerus,
Lugubre quiddam quod tacet piger vultus,
Quod penè terram tangit indecens naſus,
Quod dextra pectus pulſat, & comam vellit:
Non ille amici fata luget, aut fratris;
Vterq; natus viuit, & precor viuat.
Salua eſt & vxor, ſarcinaque, ſeruiq;:
Nihil colonus, villicusq; decoxit.
Mœroris igitur cauſſa, quod domi cœnat.

frigida eſt hæc, & infaceta, quod mihi ſemper viſa eſt, concluſio: quare non inuitus facio vt eam monente ſcripto libro interpolem hoc modo:

Mœ-

Mœroris igitur cauſſa quæ eſt? domi cœnat. IIX.

Sed nec illa proba eſt Epigr. XXXVII Epigr. XXXVII

Quidquid ponitur hinc & inde verris,
Mammas ſuminis, imbricemq; porci,
Communemq. duobus attagenam,
Mullum dimidium, lupumq; totum,
Murenæq. latus, femurque pulli,
Stillantemque alica ſua palumbum.
Hæc cum condita ſunt madente mappa,
Traduntur puero domum ferenda
Nos accumbimus otioſa turba.
Vllus ſi pudor eſt, repone cœnam;

Cras te Cæciliane non vocabo. hæc quoq; dico, minus venuſta & ingenio Martialis digna concluſio eſt. quo pronior ſum æquè in ſcriptam lectionem, quæ refert: *Cras te Caciliane non vocaui.* inſanè benè. quid malum, inquit ſalſiſſimus poëta, cœnam auferri iubes, tanquam poſtridie repotia celebraturus, nõ in craſtinam ſed in hodiernam cœnam te vocaui. Epigr. IV. lib. III ad librum ſuum: IX.

Cur abſim quæret (Roma puta) *breuiter. tu multa fatere:* Lib. III. Epigr. IV.

Non poterat vanæ tædia ferre togæ. ſcribo mutata leuiter interpunctione:

Cur abſim quæret. breuiter tu multa fatere;
Non poterat &c. nõ Apollinis magis verũ atq; hoc dictũ meum. Epigr. XX, De Canio Gaditano: X.

An delicatæ Sole rurſus Europæ Epigr. XX.
Inter tepentes poſt meridiem buxos
Sedet, ambulatue liber acribus curis?

Stertitne thermis an lauatur Agrippæ
An impudici balneo Tigilini? lib. manu exaratus:
Petine thermis an lauatur Agrippæ,
An impudici balneo Tigillini? quare quærendum cẽſeo Poſthi, Petuſné aliquis thermas Romæ ædificauerit, atque in hoc valere te iubeo: Wirzeburgi Idib. xbrib. anno CIↃ. IↃ. LXXXII.

Editio quoq; Baſileẽſis Bry lingeriana anni CIↃ. XLVI habet: *Titine thermis an lauatur Agrippa.*

EPIST. XXXIV.

Franc. Modius Henrico Petreo. S. Francofurtum ad Mœnum.

ET ante ſæpe, Henrice Petree, id operam dedi, vt me quacumq; etiam ratione tibi inſinuarem, & nunc nuper, cũ diebus aliquot Francofurti ſubſiſterem, fui in eo, quod quidem verè dicere pŏſſum, omnino diligẽter. Sed neſcio qui factum ſit, vt, quod ego in primis vellem, & tu fortaſſe non nolles, ſalutandi inter nos occaſio nõ fuerit, niſi ſi quis Deus fortè hanc mihi voluptatem in alia tempora reſeruari voluit, vt tanto illa tũ ſolidior ſit, quanto maiore deſiderio diu fuerit expectata: vt illi, quiſquis eſt videtur, nũquam tamen hoc etiam efficiet, vt non interea dum viua voce non licet, litteris meis te compellem, & iudicium ſubinde tuum de his aliisque conſimilibus exquiram. Apud Italicum lib. I I. de miſerando Sagunthinorum exitio, inter cætera hæc verba leguntur:

I. Silius lib. II. verſu IↃCX. bis emendatus.

Princeps Tiſiphone lentũ indignata parentum,
Preſſit ouans capulũ, contanteq; impulit enſem:
Et dirum inſonuit ſtygio bis terq; flagello.
Inuitas maculant cognato ſanguine dextras,

Miran-

Miranturq; nefas aduerſa mente peractum.

quæ parua omnino mutatione ita ſcribenda putabam:

Princeps Tiſiphone, lentũ indignata parentem,
Preſſit ouans capulũ, contanteq. impulit enſem,
Et dirum inſonuit ſtygio bis terq. flagello.
Inuitas maculant cognato ſanguine dextras,
Miranturq. nefas auerſa mente peractum.

auerſa mente, valet, alio verſa, alienata mente. Virgilius de Pallade à Græcis iam alieniore: *auerſa Deæ mens.* Sequitur: II. Verſu 100 CXXV. item bis, ter

Ille iacit totis connixum viribus agrum
In flammas corpus, denſum qua turbine nigro
Exundat fumans piceus caligine vertex.
At medios inter cœtus pietate ſiniſtra
Infelix Thymbrene furis, Pænoque parentis
Dum properas auferre necem, redolentia formã
Ora tuam laceras, temeraſq. ſimillima mẽbra.

non dubitem affirmare eſſe legendum;

Ille iacit totis conniſum viribus agrum
In flammas corpus, denſum qua turbine nigro
Exundat fumum piceus caligine vertex.
At medios inter cœtus pietate ſiniſtra
Infelix Thymbrene furis, Pœnoq. parentis
Dum properas auferre necem, reddentia formã
Ora tuã laceras, temeraſq; ſimillima membra.

Ora tuam reddentia formam, dixit, vtpoſtea ingenioſus & terſus poëta Claudianus:

Illi glauca nitent hirſuto lumina vultu
Caruleis infecta notis, reddentia patrem

III. Versu IOCXLI. *Oceanum.* sed redeamus ad Silium, qui statim ait:

Ecce simul iugulum perfoderat ense Lycormas
Sed magno quonã Eurymedõ furor iste? sonabat
Cum planctu, geminaq; notis decepta figura
Nomine mutato reuocabat funera mater,
Donec, transacto tremebunda per vbera ferro,
Cessit, & ambiguos cecidit super inscia natos.

imitatio Virgiliana de geminis Laurentibus; sed quæ tum demũ proba erit cũ hoc modo legetur:

Ecce simul iugulum perfoderat ense Lycormas,
Sed magno; Quinã Eurymedõ furor iste? sonabat
Cum planctu; geminaq; notis decepta figura,
Funera mutato reuocabat nomine mater:
Donec transacto tremebunda per vbera ferro,
Tunc etiam ambiguos cecidit super inscia natos.

& est sententia postremorum versuum: donec cecidit super natos, quos ne moriẽs quidem, ob formæ similitudinem, discernere inter sese potuit. atq; hæc quidem, vt dixi, certa est emendatio, non arbitraria. Nec dubito etiam quin XIV IIII. Versu IOCLIX. ab iis, quæ modo posui, versu legendum sit:

Ardent tecta Deũm, resplendet imagine flãma
Æquor. non vt vulgo est: *respondet imagine flamma Æquor.* sic enim idem Claudianus ait:

V. Lib. III. versu XIV. ——— *& accenso resplendent æquore Syrtes*

sed pusillum hoc illud moneri dignius. Lib. III. statim, quo loco est:

Exin clauigeri veneratus numinis aras
Captiuis onerat donis.

planè legendum, reponendumq; videri:

Exin

Ex in cornigeri veneratus numinis aras
Captiuis onerat donis.

est enim de Ioue Hammone sermo; qui teste Curtio meo, vmbilico tenus arieti similis est. dicetq; adeo mox ipse Silius:

——— nemorosaq; regna
Cornigeri Iouis &c. Vale.

EPIST. XXXV.

Franc. Modius Philippo I. F. Camerario I. C. S. Noribergam.

CEnsorini de die natali, cõsultissime Camerari, varium & reconditæ cuiusdam eruditionis opus, siue thesaurus est, quotiens in manus sumo, vt vulgo in Italia, Gallia, Germania vulgatum est post artem cusoriam à vestratibus inuentam; totiens & miseret me pariter scriptoris non mali, qui tam malos vbiq; semper auspices nactus sit; & gaudeo forte fortuna eum talẽ demerendi mihi occasionem dari oportunitate libri olim in Vbijs mirè antiqui; ex quo & aliàs quamplurima ipsius vulnera sanare visus sum, & hæc quoq; nunc obligare conabor, de quorũ curatione te postea arbitrari volo. *Iam primum*, inquit, *quoto post conceptionem mense infantes edi soleant, frequenter agitatum, inter veteres nondum conuenit. Hippon Metapontinus à septimo ad decimum mensem nasci posse existimauit. Nam septimo partum iam esse maturum: eo quod in omnibus numeris septenarius plurimum possit. Siquidem septimis à partu formentur dentes mensibus: additisq; alteris recti consistere incipiamus: & post septimum*

I. Censorinus de die Natali. cap. VII. vbi verbis aliquam multis deficitur insignitè suppletus, & in alijs bis, ter correctus.

cadant annum: XIV *autem pubeſcere ſoleamus. Sed hanc à ſeptem menſibus incipientem maturitatem vſq; ad decimum perductam. Ideoq; in alijs omnibus hæc eadem natura eſt: vt* VII *menſibus anniſue, tres aut menſes aut anni ad cõſummationem accedant.* non Hippolytum peius excuſſo iugo equi habuere, quam hunc locũ typographi correctoreſq;: ita mutilatus bona parte ſui vulneribus hiat vndiq;, ſed exſperiar an nouus Æſculapius Virbium ex eo facere poſſim, nõ oſtenſa à Dracone herba, aut neſcio qua inconceſſa arte, ſed ope, quã illi plenis faucibus membranæ propinãt, in quibus hæc ita concipiuntur. *Nam ſeptimo partum iam eſſe maturum; eo quod in omnibus numerus ſeptenarius plurimum poſſit: ſiquidẽ ſeptem formemur menſibus: additiſq; alteris recti conſiſtere incipiamus: & poſt ſeptimũ menſem dentes nobis innaſcantur; ijdemq; poſt ſeptimum cadãt annum:* XIV *autem pubeſcere ſoleamus. Sed hanc à ſeptem menſibus incipientem maturitatem, vſq; ad decem perductam ideo, quod in alijs omnibus hæc eadem natura eſt; vt* &c. videntur tam miſere hũc elegantiſſimum locũ turbaſſe, corrupiſſe, interpolaſſe, mutilaſſe, quibus à fide alienum videbatur. decimoquarto mẽſe, à quo cõcipi cœptus eſſet, rectũ cõſiſtere partũ. ſed hi nõ ſatis cepiſſe videtur mẽtem Cẽſorini; qui ait quoſdã in ea eſſe opinione, vt exiſtimẽt ſeptimo mẽſe cõpleto partum iã eſſe maturũ, ideoq; ex eo ſtatim tempore edi quidẽ poſſe, ſed perfectionis gratia quoſdam diutius in vtero cõtineri tamẽ; & hos rurſus alios alijs diutius:

tius: adeo, vt quidã octauo, alij nono, nõnulli etiã decimo demũ mẽſe naſcãtur. paremq; porro eſſe cauſſam ſubiũgit ita, vt diximus, natorũ; ex quib. etiam intelligi vult, ſeptimo mẽſe, qui celerrimè; qui tardiſſime, decimo conſiſtere incipere. quod in pleriſq, adeo verũ eſſe experiẽtia ſcimus, vt nõ pauci ante annũ completũ ſuo, quod aiũt, marte nõ conſiſtãt modo, ſed & incedãt quoq;, & currãt. vnde natũ apud noſtrates prouerbiũ tritius, quã vt hic adſcribi debeat: vbi nimis diu hæſi. ſed pergo iã: *Ceterum* (ſequitur eodẽ VII cap.) XI *menſe Ariſtoteles ſolus recipit. Ceteri vniuerſi improbarũt. Sed nunc Chaldæorũ ratio breuiter tractanda eſt: explicandũq; cur* VII *mẽſe &* VIII, *&* X *tantum poſſe naſci homines arbitrẽtur.* falſum eſt, Chaldęos VIII mẽſe naſci omnino hominẽ poſſe exiſtimare; vt vel iſta, quæ præceſſere ſtatim arguunt: *Nono autem & decimo mẽſe, tum Chaldæi plurimi, & idẽ ſupra nominatus Ariſtoteles edi poſſe partũ putauerunt.* quare reponatur hic quoq; VII *menſe &* IX; *&* X *tantũ poſſe homines naſci arbitrentur.* ſcribaturq; omnino initio; *Ceterum* XI *menſem Ariſtoteles ſolus recipit.* Cap. IX. *Natura cuius à primo Zodio ad tertium; ſic à tertio ad quintum; inde porro ad ſeptimum ac deinceps alternæ lineæ emittantur hexagoniæ* &c. m. ſ. *Nam cuius à primo*: & profecto illud *nam*, verum, & germanum eſt: *in natura* ſuppoſititium, & ſpurium, natum ex eo, qui cùm *na* cum linea ſupra illas litteras ducta reperiſſet, compendio hoc, *natura* ſignatũ exiſtimaret, veruecis caput, non hominis.

II. Iterum eodẽ cap. ſemel atq; iterum interpolatus.

III. cap. IX.

Ego mutato leuiter *cuius* in *ſicut*, lego: *Nã ſicut à primo zodio ad tertiũ; ſic à tertio ad quintũ* &c. res clara eſt; & mutationis ratio manifeſta. ad

IIII. cap. XI. hoc ergo. *Sed non* (eſt cap. XI) *permixtæ voces omnes, cũ alijs vt libet iunctæ, concordabiles in cantu reddunt effectus.* membranæ: *Sed non promiſcuæ.* nempe, rectum eſſe; *Sed non promiſcuæ voces omnes.* aut quod malim etiam; *ſed nõ promiſcuè*

V. Ibidem. *voces omnes, cum alijs* &c. Eod. cap. *Vna duorum tonorum & ſemitonij habens διαστημα, quæ vocatur diateſſaron.* rurſum membranæ: *Vna duo-*

VI. *tonorum.* quod nõ diſplicet. Sequitur eodẽ XI. cap. de Pythagora: *Nam chordas æquè craſſas, pariq; longitudine, diuerſis põderibus tetendit, quibus*

Adhuc ibidem à gloſſographorũ ſordibus repurgatus, & aliàs emendatus. *ſæpe pulſis, phthongis ad vllam ſymphoniam concordantibus, pondera mutabat inter ſe collata: & identidem frequenter expertus, poſtremo deprehendit, tunc duas chordas concinere, id quod eſt diateſſaron; cum* &c. ingenioſiſſimum commentum viri acutiſſimi alij illi diſſimillimi narrãdo corrumpunt, quorum ſordibus eiectis legatur: *diuerſis ponderibus tetendit, quibus ſæpe pulſis, nec phthongis ad vllam ſymphoniam concordantibus, pondera mutabat; & identidem frequẽter expertus, poſtremo deprehendit* &c. cupio te valere, clariſſime Camerari.

EPIST. XXXVI.

Franc. Modius Paſchaſio Briſmanno, I. C. S. Spiram.

QVo grauior & præſtantior eſt ſcriptor Seneca philoſophus, eo magis refert, quam emen-

emendatiſſimum illum in manibus hominum verſari, & quam plurimos exiſtere, qui temerè à monachis olim inmutata, & pro captu cuiuſq; interpolata, in integrum ex edicto vnde vi, & albo m. ſſ. codicum paullo minus deprauatorum, eiectis ſubreptitijs & adulterinis, reſtituãt, quod, vt ipſe quoq; pro opibus meis feciſſe videar, tenuia quædã, ſi quid tamen in tam ſerio & ſancto auctore tenue videri poteſt, huic meæ ad te, conſultiſſime Briſmanne, epiſtolæ, facto ab eius ſeptima initio, mandabo. *Quod agris* (inquit) *euenit, quos longa imbecillitas vſq; adeo effecit, vt nunquam ſine offenſa proferantur; hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo inficiuntur.* malo, vt membranæ ſcribũt: *Quod agris euenit, quos longa imbecillitas vſq; eo affecit, vt nuſquã ſine offenſa proferantur; hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur.* tota epiſtola eſt de turba, locorum ſubinde mutatione, & iactatione vitanda. Eadem epiſt. *Caſu in meridianum ſpectaculum incidi, luſus ſpectãs, & ſales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquieſcant. Contra eſt, quicquid ante pugnatum eſt, miſericordia fuit.* ſententia poſtulat, & membranæ iubent, vt legatur; *luſus exſpectans & ſales.* Aſſederam, inquit, in ſpectaculo exſpectans animi laxamenta, ſed contra accidit; nihil enim ibi præter mera homicidia videre fuit. gemina eſt huic epiſtolæ Cypriani altera ad Donatum. Eam videat, qui volet; nos pergimus ad Senecę VIII. Epiſt. in qua quod eſt: *Scitote hominem tam benè*

I. Seneca epiſtola VII. emendatus.

II. Eadem epiſtola.

III. epiſtola IIX.

culmo quam auro tegi. Cõtemne omnia quæ ſuperuacuus labor velut ornamẽtum ad decus ponit. Cogita in te præter animũ nihil eſſe mirabile. mutandum videtur in: *Scitote hominem tam benè culmo, quam auro tegi. Contemnite omnia quæ ſuperuacuus labor velut ornamentum ac decus ponit. Cogitate præter animum nihil eſſe mirabile.* Eadem epiſt. *Philoſophiæ ſeruias oportet, vt tibi contingat vera libertas, non differatur in diem: Qui ſe illi ſubiecit, & tradidit, ſtatim circumagitur.* Extrita vnica ex voce *differatur* littera, & interpunctione mutata, ſcribatur; *Philoſophiæ ſeruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. Non differtur in diẽ, qui ſe illi ſubiecit, ac tradidit: ſtatim circumagitur.* Epiſt. IX. *Si quis oculum caſus excuſſerit, reliquia illi ſuæ ſatisfacient: & erit inminuto corpore tam latus, quam integro fuit. Quæ ſibi deſunt num deſiderat, ſed non deeſſe mauult. Ita ſapiens ſe contentus eſt, non vt velit eſſe ſine amico, ſed vt poſſit: & hoc quod dico poſſit, tale eſt; amiſſum æquo animo fert: ſine amico quidem nunquam erit, in ſua poteſtate habet, quam cito raperet.* lego ex ductu litterarum m.ſ. librorum; *Si quis oculum caſus excuſſerit, reliquia illi ſuæ ſatisfacient: & erit inminuto corpore tam latus quam integro fuit. & vt quæ ſibi deſunt, non deſiderat, ſed non deeſſe mauult; ita ſapiens ſe contentus eſt, non vt velit eſſe ſine amico, ſed vt poſſit: & hoc quod dico poſſit, tale eſt; amiſſum æquo animo fert: ſine amico quidem nunquam erit, in ſua poteſtate habet quam cito reparet.*

IV. Eadem epiſtola.

V. Epiſtola IX.

Eadem

Eadem epiſt. *Hæſunt amicitiæ, quas temporarias populus appellat. Qui cauſſa vtilitatis aſſumtus eſt, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit. Certè florentes amicorum turba circumſedet, circa euerſos ingens ſolitudo eſt; & inde amici fugiunt, vbi probantur: hac re iſta tot nefaria exempla ſunt aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium.* emenda: *Hæſunt amicitiæ, quas temporarias populus appellat. Qui cauſſa vtilitatis aſſumtus eſt, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit. hac re florentes amicorum turba circumſedet, circa euerſos ingens ſolitudo eſt; & inde amici fugiunt, vbi probantur: hac re iſta tot nefaria exempla ſunt, aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium.* hac re, valet, ob hanc rem; hac propter. VI. Eadem epiſtola.

Epiſt. x. *Deniq; quod vnũ ſolitudo habet commodum, nihil vlli committere, non timere iudicem, perijt ſtulto. Ipſe ſe prodit.* ſcribo: *Deniq; quod vnum ſolitudo habet commodum, nihil vlli committere, non timere indicem, perit ſtulto; ipſe ſe prodit.* VII. Epiſtola x.

Epiſt. xi. *Nihil horum vitari poteſt, non magis quam accerſi.* corrige: *Nihil horum vetari poteſt, non magis quam accerſi.* ſequitur enim; *nec prohibetur hic, nec adducitur.* VIII. Epiſtola xi.

Eadem epiſt. ſub finem: *Opus eſt inquam aliquo, ad quẽ mores noſtri ſe ipſi erigant.* manifeſtè legendũ: *ad quem mores noſtri ſe ipſi exigãt. exigere* hiceſt idẽ, quod examinare. IX. Eadem epiſtola.

Epiſt. xii. *Iurat per genium meum, ſe omnia facere, in nullo ceſſare curam ſuam, ſed illas vetulas eſſe, quod inter nos ſit. Ego illos poſueram, ego illarum primum videram folium.* ſcri- X. Epiſtola xii.

bendum puto, inquit eruditissimus Pincianus: *quid interim nobis sit? vt mox ante, Quid mihi futurum est? Nam vetus omnis lectio habet: Quid inter nos sit?* & non libenter dissentio ab homine doctissimo; potius tamen arbitror, vt retenta lectione librorum, & manu scriptorum, & formis cusorum scribatur: *Iurat pergenium meum se omnia facere, in nullo cessare curam suam, sed illas vetulas esse. Quod inter nos sit; ego illas posueram, ego illarum primum videram folium.* quod, inquit, soli tibi à me dictū sit: quod tu solus mecum scias. loquimur isto modo etiam Germanica nostra lingua. Vale. Cōbergi XI KL. Quinctiles. CIↃ. IↃ LXXXII.

EPIST. XXXVII.

Franc. Modius Francisco Nansio, Franconatum in Flandria Senatori p. p. S.

IN litteris ad me dandis, cognate Nansi, cessator esse cœpisti. Sed nō imitabor exemplum, vt qui sciam viris in illo vestro fastigio à Fortuna, imò virtute, ne quid mentiar, positis & collocatis, nō tam scribendi sæpè voluntatem deesse, quam copiam, occasionē, oportunitatem. ignoscere igitur possum hactenus, si interdū vel breuissimas ad me litteras dabis, quas longissimis pensem, & his talibus animaduersionibus remunerer. Elegans omnino est iste ex Hygini Astronomicō libro IV. locus, sed in vitio manifestus, quamdiu, vt adhuc, ad hūc modū circumferetur:

I. Hyginus Astronomicō libro IV. aliquotiens emendatus, De Sole.

feretur: *Quare autẽ euenit vt ante diximus, quod videtur cum mundo Sol verti, eius similis hac causſa eſt, vt ſi quis in nauicula roſtro ſedens, inquirat ad primum tranſire, & nihilominus ipſa nauis iter ſuum conficiat. Ille quidem videbitur contra nauiculæ curſum ire, ſed tamen eodem perueniet, quo nauis. hoc autem ſic etiam facilius intelligitur, ſi nauem diuiſeris in partes* CCCLX. *quemadmodum Sol diebus* CCCLX. *ſimul mundum tranſigit, eodem modo, vt ante diximus, ſit diuiſa, & in vna parte de* CCCLX. *conſtituatur quilibet eorum. Nauis autem habet vnius diei curſum; ille quidem contra nauim ire, ſed cum ea ad locum definitum peruenire intelligeretur. Non enim extra nauim eſt, quia roſtro ad puppim tranſit, ſed ipſa naui cõtinetur* &c. egregius, dico hic, ſi quis in auctore locus, ſed miſerè corruptus. præcipuè in illis: *inquirat ad primum tranſire.* quid enim in his ſignificari putabimus, anteriorẽ nauis partem? at illa ipſa roſtrum eſt, ſeu prora. planè totus locus ita interpolandus, ſupplendus, emendandus deniq; eſt: *Quare autem eueniat, vt ante diximus, quod videtur cum mundo Sol verti, eius ſimilis hac cauſſa eſt: vt ſi quis in nauiculæ roſtro ſedens, hinc quarat ad puppim tranſire, & nihilominus ipſa nauis iter ſuum conficiat; ille quidem videbitur contra nauiculæ curſum ire, ſed tamen eodem perueniet, quo nauis. Hoc autem ſic facilius intelligitur, ſi nauem diuiſeris in partes* CCCLX. *quemadmodum Sol diebus* CCCLX. *ſimul mundum tranſigit: eodem modo, vt ante diximus, ſi nauis ſit diuiſa, & in vna parte de* CCCLX. *con-*

ſtituatur quilibet eorũ, nauis autẽ habet vnius diei curſum, ille quidẽ cõtra nauim ire, ſed cũ ea ad locũ definitũ peruenire intelligitur. Nõ enim extra nauim eſt, qui à roſtro ad puppim trãſit &c. nos enim quoq; verbis, quib. nihil in re certa & clara opus eſt, ſuperſedentes, à Sole ad Lunam tranſeamus;

II. De Luna. de qua quod eſt: *Ne nõnullis incautè huius rationẽ relinquẽtes, aut propter magnũ laborem defeciſſe, aut inſcientia ſuperati, nõ valuiſſe perſequi videamur.* mutandũ eſt ex membranarũ ſcito in: *Ne nõnullis intactã huius rationẽ relinquẽtes* &c.

III. Ibidem. ſtatimq; legendũ: *& quod alterius quæri volumẽ, hoc libro noſtro perlecto, noluimus.* nõ vt vulgo: *Sed quod alterius quæri volumẽ, hoc perlecto, nõ voluimus.* hoc enim innuere vult; ita ſe ad ſcribendũ acceſſiſſe, vt q ex his breuiſſimis libellis eatenus doceri quẽlibet de re Aſtronomica poſſe ſperaret, vt, ijs cognitis, aliorũ ingẽtia volumina de

IIII. Adhuc ibid. eadẽ nõ eſſet magnopere deſideraturus. Statim: *de Luna & Sole dicemus ita: Lunã à Sole per alios exortus & occaſus neceſſe eſt moueri, nõ ſtare.* Emẽdo ex veteri codice: *de Luna et Sole dicemus: Lunã vt Solẽ per alios exortus & occaſus neceſſe eſt moueri, nõ ſtare.* probant ſequẽtia; quæ inde, cui

V. Et quartò. volupe eſt, petat. ego pergo. *Cum enim totum trãſegerit curſum, ſola autẽ ad aliud ſignũ tranſire intelligatur.* quomodo Luna tranſacto curſu ad aliud ſignũ tranſire dicatur, nõ intellego; putoq; legendum: *ſola autẽ ad aliud ſignũ tranſire intelligatur.* quod notius, quam vt in diſputationẽ venire debeat. & videlicet primã vocalem dictionis

nis ſequentis præcedenti adhæſiſſe; hinc natam mendam. In paucis verbis: *Luna enim cum ex toto mundo, & omnibus ſtellis maxime terræ proxima videatur, & ad aciem noſtras perueniat; & quodã tempore torrens perueniat ad eundẽ locum ſigni, quo Sol vertitur, obſeruare lumẽ eius à noſtro conſpectu videtur.* Rurſum: *Quod euenire, ſic etiã poteſt intelligi, vt ſi quis alicui manũ planã ad oculos admouerit: quãto magis ſic fecerit, hoc minus ille videri poterit: & quãto longius ab eo diſceſſerit, hoc magis illi omnia poterũt apparere. ſimili ratione cũ Luna ad Solis locũ peruenit, tunc proxima eius videtur eſſe, & radio eius obturare, vt lumen emittere non poſſit.* quæ omnia, vt verborũ compendiũ faciam, ita interpolanda ex libris vt antiquioribus, ita melioribus: *& quodã tempore velut torrẽs peruenit ad eundẽ locũ ſigni, quo Sol vehitur, obſcurare lumẽ eius à noſtro cõſpectu videtur.* ac: *quanto magis ſic fecerit, hoc minus ille videre poterit. denique, tũc proxima ei videtur eſſe, et radios eius obturare* &c. minuta hæc, fateor, ſed ſint ſanè, dum proſint modo. Sequitur: *Hũc ſupra Iouis ſigno orbẽ eſt ſtella, quæ abeſt à Martis hemitono.* cõfuſa, & corrupta omnia. legatur: *Supra hũc orbẽ Iouis eſt ſtella, quæ abeſt à Martis hemitonio.* Mox: *Si enim quiſquã mihi poteſt demõſtrare quinq; ſtellarum curſum, & dicere, quod hodie quæq; coram ad aliud tranſeat ſignũ* &c. m. ſ. *quod hodie quæq; earum ad aliud tranſeat ſignum.* De Venere: *Sed ſtellas quinq; nonnulli has aiunt eſſe; Veneris, Mercurij, Iouis, Saturni, & Martis: è quibus eſſe maxi-*

VI. Item quinto.

VII. Sextò.

IIX. Septimò.

IX. Octauò.

X. De Venere, ter, quater correctus.

mam colore candido, nomine Hesperum, & eam appellari, Venerem. Hæc stella non abest à sole longius duobus signis, subter eius circulum collocata, sicut antea diximus. Apparens autẽ maximè noctu, sed toto mense non plus indeficiens potest videri. variè corrupta, & interpolata scriptura: quæque ex membranis ita restituenda videatur. *Sed stellas* v. *nonnulli aiunt esse Veneris, Mercurij, Iouis, Solis & Martis; è quibus esse maximam colore candido, nomine Hesperum appellari. Hæc stella non abest à Sole longius duobus signis, subter eius circulũ collocata, sicut antea diximus; apparens maximè noctu, sed toto mense non plus vndeuicies potest videri.* *Solis* hic legendum, non, *Saturni* constat ex sequentibus. interpolaratq; locum, qui apud Ciceronẽ II. De natura deorũ viderat Saturni stellæ, quæ Phænon vocaretur, mẽtionem exstare. sed notat infra Hyginus hanc ab alijs Saturni, sed à pluribus Solis stellam vocitari. omisi, *& eam Venerem*, quod horum verborum nec vola, nec vestigium in optimis membranis cõpareret. qui tamen retinenda censebit, mutet in; *& esse Veneris*. aduerti enim animo non rarò in m. ſſ. hæc, *esse* &, *eam* eodem compendio exarata. denique voce nihili hic, meo iudicio, *indeficiens* in, *vndeuicies* nõ incommodè transfudi. Sequitur de

XI. De Saturno. Solis stella: *Solis stella nomine Phaeton corpore est magno* &c. m. ſ. *nomine Phænon*; & ita à Cicerone

XII. De Marte. appellari eam diximus. Planè sub finẽ: *Noctu autem spatium constituerunt esse, quamdiu Sol ad occasum, rursum ad exortũ reuertatur. Mensem autem*

autem quamdiu Luna Zodiacum circulum perducat. concinnius membranæ: *Noctis autem ſpatium cõſtituerunt eſſe, quamdiu ab occaſu rurſum ad exortum reuertatur. Menſem autem, quamdiu Luna Zodiacum circulum percurrat.* Vale cognatorum amiciſſime. Comburgi Non. Iunijs CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPIST. XXXIIX.

Franc. Modius Georgio Rattalero, præſidi Vltraiectino S.

ETſi inibi ſum, ampliſſime Rattalere, vt potius mihi tuas hoc tempore, quam à me tibi alteras exſpectandas cenſeam; tamen, vel quod ita occaſio ferret, vt eſſet, cui rectè has tibi reddendas darem; vel quod ſperatẽ hiſce te admonitum (ſi forte priorum dedito tibi in rebus grauioribus obrepſit obliuio) maturius cupiditati noſtræ reſcribendo eſſẽ ſatisfacturum, iterum te hic mihi compellandum, &, vt iuxta Ciceronis illud, ſemel verecundiæ limites tranſgreſſus, inſigniter impudens ſim, de ſequentibus in Silio obſeruationibus cõſulendum duxi. Locus eſt lib. eius XII. in hæc ni fallor verba:

Perge, age, vince omnẽ miles virtute laborem;
Et, quantum humani poſſunt ſe tendere paſſus,
Arduus accelera; Romam petis, hoc iter Alpes
Hoc Cannæ ſtatuere tibi; eia incute muris
Vmbonem Iliacis, Capuaq; repende ruinas,
Quam tanti fuerit cadere, vt Pallatia cernas,

I. Silius lib. XII. verſu 1021. quater, quia quies emendatus.

Et denigrantem Tarpeia ſede Tonantem.
Inſtructi glomerant greſſus, Roma aurib. haret
Roma oculis; creduntq; ducis ſolertibus actis
Aptius id cœptum, quaſi duxiſſet ab ipſo
Fatali Æneadis campo; vulturna citata
Tranſmittunt aluo vada &c.

ſatis enim multos iam verſus poſuimus; examinandi eos tandē tempus videtur. & primo quidem arbitrabar legendū: *hoc iter Alpes, hoc Cannæ ſtrauere tibi*, non; *ſtatuere*. ratio manifeſta eſt; & mēbranæ non repugnant. hinc pro; *denigrantem Tarpeia ſede tonantē*. lego euidenti coniectura; *demigrantem Tarpeia ſede tonantem*. Dij deuictis vrbibus emigrare putabantur. Virg.

Exceſſere omnes adytis templisq; relictis
Di, quibus imperium hoc ſteterat.

& Romani, vt ſcis, Rattalere, certo & ſolēni carmine, antequam vrbem aliquam vi caperēt, deos eius tutelares euocabant promiſſis amplioribus etiam ijs, quam illic habuiſſent, Romæ honoribus. atque ad hanc deorum ex vrbibus capiendis ab hoſte emigrationem pertinet ſtultum Tyriorum factum, qui ab Alexandro obſeſſi, cū vnus è ciuibus pro cōcione narraſſet; oblatam ſibi per ſomnum ſpeciem Apollinis, quem eximia religione colerent, vrbem deſerentis; aurea catena deuinxere ſimulachrum, araque Herculis, cuius numini vrbem dicauerant, inſeruere vinculum; quaſi illo deo Apollinem retenturi. ſed pergamus iam ad ſequentem Silij verſum: quo cum membranis libentius: *Inſtincti glomerant greſſu*,

quam

quam cum cuſis codicibus: *Inſtructi glomerant greſſus* legerim; quod illud ad præcedentem Annibalis exhortationem melius referatur. iam; *quamſi duxiſſet* legendum; non, *quaſi duxiſſet* monendum non arbitror: illud dicam, non, *Vulturna citata Tranſmittunt aluo vada.* ſed; *Vulturna citata Tranſmittunt alno vada.* qui enim *aluo* pro, *alueo* poſitum volunt, nugãtur. alnum pro naui dixit, ex illa enim hæc fit, & ſic neſcio qui de Argo prima naue: *& preſſam regibus alnum.* Verſu 526. II. verſu DXXVI.

——hinc Alifanus Iaccho
Haud inaratus ager.

referunt membranæ:

——hinc Alifanus Iaccho
Haud inamatus ager.

quod potius videtur. Verſu 743. III. verſu DCCXLIII.

Inq; vicem amplexi permixta voce triumphum
Tarpeij clamant Iouis, & delubra decorant.

non ambigo quin rectè ſit in m. ſ. *& delubra coronãt.* qd in victoria fiebat. Lib. XIII verſu XV. IV. lib. XIII. verſu XV.

Imbres, ô patria, & mixtos cũ ſanguine nimbos,
Et tonitrus fugio.

verum puto: *& mixtos cum grandine nimbos.* ſic enim & Virgilius loquitur; & præceſſit apud noſtrum:

——ac piceam cum grandine multa
Intorquens nubem &c. Verſu 62. V. verſu LXII.

Huc intra captumq; refer penetrale parentum,

ſunt verba Palladis iubentis, vti Diomedes Palladium Troianis fatale, Lauinium transferat; &

Æneæ reſtituat; ſed adeo corrupta, adeo à ſciolis malè habita, vt abſq; membranis eſſet, pro depoſitis haberi poſſent; cũ ita legẽda, & curanda ſint:

Huc vittas, caſtumq; refer penetrale parentum.

EPIST. XXXIX.

Franc. Modius Raymundo Pio Fichardo, I.C. S. Francofurtum.

CONferenti mihi nuper orationem omniũ elegantiſſimam illam, quam Oratorum princeps, minus cõſtanter habuiſſe atq; ſcripſiſſe exiſtimatur, hæc ferè digna viſa ſunt, etſi leuia plæraq;, quæ in ea poſt ſexcentos alios notarem, tuæq;, Raymunde Pie Fichardе, cẽſuræ facerem.

I. Cicero pro Milone notatus.

Sed antequam (inquit Cicero) *ad eam orationem veniam, quæ propria eſt noſtræ quæſtionis, videntur ea eſſe refutanda, quæ in ſenatu ſæpè ab inimicis, ab improbis ſæpè iactata ſunt, & in concione etiã paullo ante ab accuſatoribus*: locus haud dubiè turbatus, & qui ita ex m. ſſ. reſtituendus videtur. *Sed antequam ad eam orationem venio quæ eſt propria veſtræ quæſtionis videntur ea mihi eſſe refutanda, quæ & in ſenatu ab inimicis ſæpè iactata ſunt, & in concione ab improbis, & paullo ante ab accuſatoribus*: Viderat & Lambinus ordinem vulgo turbatum, purgauit itaq; quod potuit, locum ex veteribus ſuis libris; perpurgare autem, id vero non potuit: ſcilicet etiam noſtræ induſtriæ aliquid relinquendum fuiſſe.

II. Sed pergamus: *Quod ſi* XII *tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem ſi ſe telo defenderit, interfici impunè voluerunt.*

runt: *quis eſt qui quoquomodo quis interfectus ſit, puniendum putet* &c. legendum ex fide membranarum: *quis eum, à quo quoquo modo quis interfectus ſit*, &c. Sententia ita manifeſtiſſima; quæ alioqui ſatis intricata, & parum plena erat.

Sequitur: *timemus rumorem, fabulam fictam, falſam perhorreſcimus: ora omnium atque oculos intuemur.* vbi Lambinus legit: *rumorem, fabulam falſam, fictam, leuem perhorreſcimus.* credo, quod vocem, *leuem*, in veteribus ſuis libris eſſe deprehendiſſet; quam etiam in meis exſtare profiteor; ſed ita, vt in iiſdem illud *falſam*, non exſtaret. arbitrabar igitur ita legi poſſe: *Leuem rumorem, fabulam fictam perhorreſcimus.* Mox dixit: *C. Caſſinus, cognomento Schola, Interamnis familiaris meus, & idem comes P. Clodij.* apage mihi illud, *familiaris meus*, vix enim potuiſſe fieri arbitror, vt homo intimus Clodio, idem familiaris eſſet Ciceroni. ſcribendumq; haud dubiè, vt etiam libri veteres habent, *familiariſſimus, & idem comes P. Clodij.* quam ego emendationē huc non retuliſſem, etſi diu à me notatam, & probatam, antequam cum meis animaduerſionibus Lambini editionem componere cœpiſſem, ſed, vt infinitas alias, quas ille præcepit, inducturus, quod eā quoq; habebat in margine adſcriptā; niſi & ille addere omiſiſſet ex libris an ex cōiectura ita emendaret; egoq;, qui eā certā ſcirē, cuperē eam omnib. pbari, quod ita futurū facilè exiſtimabā, ſi eam à libris eſſe profiterer. Ceterū pergit Cicero: *Sic Miloni cum inſidiator eſſet, ſi illum ad vr-*

III.

IV.

V. *bem noctu accessurum sciebat, subsistendū atq; exspectandum fuit.* legendum: *subsidendum atq; exspectandum fuit.* quo verbo statim etiam post vtitur orator cum ait: *nec in eo loco subsedit, quo ille noctu venturus esset.* est autem *subsidere* vocabulum castrense, quod nō simpliciter *subsistere* significat, sed in insidiis subsistere. hinc *subsessa* absolutè Vegetio sunt ipsæ insidiæ; & *subsessa loca*, in quib. in insidiis quis latet. verba eius lib. 3. cap. 22. hæc sunt: *& penè vtriq; parti in itinere ad subsessas communis occasio est*: ac paullo ante: *Qui vero superuentus & subsessas passus est.* ita enim ibi nunc lego: inducta voce *insidias* quæ è glossemate irrepserat. Seruius ad illud Virgilij 11. Æneid. *deuicta Asia subsedit adulter. legitur*, inquit, *& deuictam Asiam. quod si est, ita intelligimus, vt subsedit sit, dolo possedit. Lucanus Subsidere regnū Colchidos Euboicæ. vnde & subsessores dicuntur, qui in insidiis tauros interimunt. & hostium dolo subsessos vocamus.* quæ postrema corrigātur à me, & legatur: *Et hostium dolos subsessas vocamus.* Cæterū vsus hoc verbo Cicero etiā pro commorari simpliciter, lib. 6. Ep. 8. ad Cecinā. *Quid sim tibi auctor in Sicilia ne subsidas, an vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare.* Ad Att. lib. 5. Ep. 16. *Itaq. subsedi in ipsa via, dū hæc quæ lōgiorē desiderāt orationē, summatim tibi perscriberem.* & alij sexcenti, in eūdē modū. Sed ait rursus idē Cicero: *Sed tamē maiores nostri in dominū de seruo quæri noluerunt, non quia non posset verū inueniri, sed quia videbatur indignū esse, & domini morte ipsa tristius*: lego: *Sed quia videbatur indignū, & domi-*

VI. Vegetius emendatus.

VII. Seruius ad Virgilium. emendatus.

IIX. Reuersio facta ad eundē Tulliū pro Milone.

nis

nis morte ipsa tristius. quomodo habẽt libri m. ſſ. & aperta eſt ſentẽtia. imo nõ tantũ aperta, ſed et puenuſta adeò; & ſic dixit Homonœa illa cõiugis mærorẽ ſibi morte ipſa fuiſſe triſtiorẽ. ſed melius eſt, opinor; vt elegãtiſſimos, Raymunde, verſiculos hic quoq; adſcribã. etſi. n. ſæpius publicati iã ſint, erit tamen nõ nullus fortaſſe, qui in eos neq; dũ inciderit, cui hęc res grata accidet. ſunt igit iſti:

Si. penſare. animas. ſinerent. crudelia. fata
Et. poſſet. redimi. morte. aliena. ſalus:
Quantulacumque. meæ. debentur. tempora. vitæ
Penſaſſem. pro. te. cara. Homonœa. libens
Vt. nunc. quod. poſſum. fugiam. lucemque. deosque
Vt. te. matura. per. Styga. morte. ſequar.

Parce. tuam. coniux fletu. quaſſare. iuuentam
Fataque. mærendo. ſolicitare. mea
Nil. proſunt. lacrymæ. nec. poſſunt. fata. moueri
Vltimus. hic. omnis. exitus. vnus. habet
Parce. ita. non. vnquam. ſimilem. experiare. dolorem
Et faueant. votis. numina. cuncta. tuis.
Quodque. mihi. eripuit. mors. inmatura. iuuentæ
Id. tibi. victuro. proroget. vlterius.

Tu. qui. ſecura. procedis. mente. parumper
Siſte. gradum. quæſo. verbaque. pauca. lege
Illa. ego. quæ. claris. fueram. prælata. puellis
Hoc. Homonœa. breui. condita. ſum. tumulo
Cui. formam. Paphie. Charites. tribuere. decorem
Quam. Pallas. cunctis. artibus. erudiit
Nondum. bis. denos. ætas. mea. viderat. annos
Iniecere. manus. inuidia. fata mihi
Nec. pro. me. queror. hoc. morte. eſt. mihi. triſtior. ipſa:
Mæror. Atimeti. coniugis. ille. mei.

Mox eſt: *Sed mirabar tamen credi popæ, ebriorum confeſſionem ſeruorum audiri: vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro* IX.

ictu gladiatoris putari. referunt membranæ: *Sed mirabar tamen credi popæ: confessionem seruorum audiri: vulnus in latere, quod acu punctum videretur, proictu gladiatoris probari.* elegãter planè, & ducta, vt vides Raymunde, metaphora ab iis, qui opus aliquod inspiciunt, probantque an à redemtoribus iuxta leges pacti conuenti effectum sit. inscriptio vetus:

L. Fabricius C.F. Cur. Viar. faciundum coerauit
Idemq. probauit
Q. Lepidus. M,F. M. Lollius. M.F. Cos. ex. S. C.
probauerunt

item alia Ferentini;

A. Hirtius. A.F. M. Lollius C.F.
Cos.
Fundamenta. Fornices
Faciendas. Coerauere
Eidemque. Probauere

& tertia:

C. MVTIVS. SEX. F
P. POPILLIVS. M. F
Q. MVCIVS. P. F
M. CORNELIVS. P. F
IIII. VIR. TVRREM. EX. D. D
AD. AVGENDAS. LOCAVER
IDEMQVE. PROBAVERE.

Sed iam opinor satis hoc tibi probatum, aut, si nõ est, aliã quoq; inscriptionẽ vide plenius etiã huc faci-

facientem, & ad totum hunc morē, ſed prolixiorem, quàm vt hic adſcribi à me debuerit, apud eruditiſſimum Aldum P. F. Manutiū libri, qui eſt de Orthographiæ ratione, pag LV. Vale.

EPIST. XL.

Franc. Modius Ioanni Arnolto Zetuiſio, Eq. Fr. S.

IN eo quod ſperabamus digredientes propediem inuicem reuidere, id quo pacto fruſtra vtrumq; noſtrū habeat, quoq; euaſerit, vides; nec tu, crede mihi, moleſtius, quàm nos ægrius ferimus. carere enim nos tanto tempore eius cōſpectu, cuius cōſuetudine nihil nobis poteſt accidere iucundius, qui poſſumus tandē non dolere vehemētius? ſic quoq; tamen ſæpe falſi eius tēporis exſpectatione nos ſolamur, & ſuſtentamus; quo te, ſi dij nos reſpicient, videbimus; quod lōgū eſſe nō poſſe, adeo hæc nobis pertinaciter ſpes hæret, neſcio quo pacto animus præſagire videtur. tantū vt valentes valentē cōplectamur; penſabimus hanc tam longam moram optatiore & diuturniore cōuictu, quod dū fit, vt ſcias te etiam abſentē nobiſcū eſſe, certe mecum, accipe hæc Macrobiana. De oraculis lib. I. in ſomniū: *Diuulgatis etiā docemur exēplis, quam plenè ſemper cū prædicuntur, futura ita dubiis obſerātur; vt tamē diligens ſcrutator, niſi diuinitus (vt diximus) impediatur, ſubeſſe reperiat apprehēdendæ veſtigia veritatis.* recta eſt ſcriptura, & interpunctio: *quā penè ſemper cū prædicūtur futura, ita dubiis obſerātur, vt tamen diligens ſcrutator niſi diuinitus, vt diximus, im-*

1. Macrobius lib. I. in Scipionis ſomniū emaculatus.

pediatur, ſubeſſe reperiat deprehẽdẽda veſtigia ve-
II. *ritatis.* poſt paginas admodũ tres. *Hoc & Virgilius nõ ignorat, qui licet argumento ſuo ſeruiẽs heroas in inferos relegauerit; nũ tamẽ eos abducit à cælo: ſed æthera his deputat largiorẽ. & noſſe eos ſolem ſuũ ac ſua ſydera profitetur: vt geminæ doctrinæ obſeruationes præſtiterint. & poeticæ figmentũ, & philoſophiæ veritatẽ.* membranę: *vt geminæ doctrinæ obſeruationẽ præſtiterit, poeticæ figmẽtũ philoſophiæ veritatẽ.* rectè. etſi ne vulgo quidẽ ita malè, vt de-
III. fendi nõ poſſit. iterũ poſt multa: *Illam* (mortem puta) *vero quam omnibus natura conſtituit, regi vel inferri vel arceſſiri vetat:* verum eſt: *Illam*
IIII. *vero, quã omnibus natura conſtituit; cogi vel inferri, vel arceſſiri vetat,* adhuc poſt ſatis multa: *adiecit quæ diuinis animatæ mẽtibus, vt per ſempiternos ignes corpus ſtellarũ, per diuinas vero mẽtes earum animas manifeſta deſcriptione ſignificet.* libri duo manu exarati: *manifeſta diſcretione ſignificet.* peccatumq. in eadẽ dictione idẽ à typographis
V. peccatũ lib. poſteriore quoq. ibi: *Nam & luna*
Et lib. 2. *menſis dicitur, quia Græco nomine luna μὴν vocatur. Virgilius deniq. ad deſcriptionẽ lunaris anni, qui breuis eſt, annum qui curſu ſolis efficitur, ſignificare volens ait:*

Interea magnum ſol circum voluitur annum.

hic quoque dico, *diſcretionem* pro, *deſcriptionem* reponendũ. ſed redeamus iã ad priorẽ denuo librũ, in quo quod eſt: *Circus autẽ eſſe hinc linea*
VI.
Iterum lib. 1. *ambiens*

ambiens ſphærã, ac veluti ſemitã faciens, per quam lumen vtrimq. diſcurrit emendetur certiſſima emendatione: *Circus eſt autem hic linea ambiens ſphæram, ac veluti ſemitam faciens; per quam lumen vtrumq. diſcurrit. hîc* dixit, quia alibi aliter ſumitur circus: lumen vtrũq. vocat Solem, & Lunam, vt ſæpè alias. *vtrimq.* certe illud nõ tantum præter rem erat, verũ etiam contra rem. poſt VII.
multa: *Sol autem quanto minor ſit circo proprio, deprehenſum eſt manifeſtiſſimis dimenſionum rationibus. Conſtat menſuram ſolis ducenteſimã ſextam decimã partẽ habere magnitudinis circi, per quem ſolipſe diſcurrit.* membranæ legere, & interpungere iubent: *Sol autem quanto minor ſit circo proprio deprehẽſum eſt. Manifeſtiſſimis enim dimẽſionum rationibus conſtat menſuram ſolis* &c. VIII.
ſequitur: *Nam cum anima quæ incorporea eſt, eſſentia ſit in motu: primum autẽ* &c. corrigatur: *Nam cum animæ, quæ incorporea eſt, eſſentia ſit in motu.* IX.
ſequitur iterum in Macrobio: *Poſtremo totidem diebus exemtis ſolem denuo cõprehendit; & vicinus videtur ortus amborum, quamdiu ſoli ſuccedens rurſus mouetur: & rurſus recedens paullatim ſemper in orientem regrediendo relinquat occaſum.* itane tandem rurſus mouetur, Macrobi? quando igitur, aut vbi moueri deſijt? ſed neque tu ita ſcripſiſti, neque dij ſirint. quare veram tibi tuam ſcripturam aſſero, quæ eſt: *quamdiu ſoli ſuccedens rurſus nouetur.* ſciunt pueri lunã nõ ſuo

ſed alieno, Solis puta lucere lumine; quod exhauſtũ eius vicinitate reſtauret, & renouet. poteratq; ſane correctores admonere hic ita legendũ quod modo præceſſit: *Luna poſtquam à ſole diſcedens nouata eſt, ſecundo ferè die circa occaſum videtur.* ſed illi, dum maiorem quæſtus ſui quàm non dico gloriæ, quam nemo tamen magni animi cõtemſerit, ſed officij, cui ſatisfacere debẽt omnes, qui in numero bonorum virorum hærere poſtulent, rationem habent; nobis ſterilem hanc vtilitatis, & gloriæ, fœcundamque contra laboris prouinciam imponunt. ſed redeo in viam; a-
X. ioque vbi eſt pagina ferè tertia: *Ex his apparet totius à ſummo in imum ſpatii, certam ex media parte diuiſionem, ſolis regionẽ non fieri.* legi in membranis: *certam ex media parte diuiſionem ſolis in regione non fieri. in* ſyllaba in litteram *m* coaluerat; ab imperitoque aliquo ex loco ſuo ad finem
XI. vocis regione tranſlata erat. Vnius pagellæ interuallo; *Iouis tamen ſtella cum ſole accomodatior eſt, & Venerea cum Luna: atque ideo vitæ noſtræ magis accõmodãt.* mẽbranę: *Iouis tamẽ ſtella cũ ſole accõodatior eſt, & Veneris cũ Luna: atq. ideo vitæ noſtræ magis cõmodãt.* quæſt vera Macro-
XII. bij ſcriptura. Mox: *Mens mundi ita appellatur, vt phyſici eum cor cæli vocaverint. Inde nimirũ quod õia, quæ ſtatuta ratione per calũ fieri videmus, diẽ & noctẽ* &c. ſcripti libri rectius: *Mẽs mũdi ita appellatur, vt phyſici eum cor cæli vocauerunt. Inde nimirum, quod omnia, quæ ſtata ratione per*

calum

calum fieri videmus &c. Statim: *Hoc eſt ergo* XIII.
ſol in æthere, quod in animali cor; cuius iſta natura eſt, ne vmquam ceſſet à motu, aut ſi breuis ſit, eius quocumque caſu ab agitatione ceſſatio, mox animal interimat. melius hic quoque libri: *aut breuis eius quocumque caſu ab agitatione ceſſatio mox animal interimat.* ſed ſatis huiuſmodi nugarum. quarum faſtidium vti tibi leniam claudam epiſtolam epigrammatis aliquot, quæ nuper vno impetu effudi de contemptu & vſu diuitiarum; cum fortè magna ea de re nobis nuper cum quibusdam, & amicis diſputatio fuiſſet. quæ tu epigrammata cũ Leio noſtro communicabis. Vale.

Diuitiæ ſunt, vt animus qui illas nactus.

Epigr. I.

Mutato vt mutant etiam generoſa ſaporem
Vina cado; mores ſic imitantur opes.
Poſſeſſæque bonis bona ſunt, & cauſſa bonorum;
Poſſeſſæ res ſunt pernicioſa malis.

Ariſtippi factum, dictumq; Epigr. II.

Argenti quondam magno cum pondere & auri
Regius vt vectus per vada ſalſa canis;
Sero deprehendit medios delapſus in hoſtes,
Hanc prædam vitæ poſſe nocere ſuæ.
Contrectata velut ratione pecunia ducta &
Excuſſa in Pontum vi violente foret;
Prona repente ſuas, irritamenta malorum,
De rate in vndoſum proiicit æquor opes;
Addit & optata expoſitus regione; periſſe
Te ſatius cauſſa, res nocitura, mea;

Quam me te propter iactari piſcibus eſcam:
Nulla vnquam tanti gaza futura mihi eſt.

Ad Cæcilianum Epigr. III.

Diuitiæ quamuis magnæ virtutis egentes
Nil proſunt domino, Cæciliane, ſuo.
Nil prodeſſe parũ eſt domino; nocuiſſe leguntur.
Et magno haud paucis emta ruina ſua eſt.
Cenſu parte alia Virtus ſine diuite manca eſt,
Ac veluti, cum poſt nubila, Phoebe, lates;
Exerere in caſſum pugnat ſe in luminis oras,
Nec quidquã cupies magni vbi præſtet habet.
At virtus coniuncta auro, virtutibus aurum,
Quod voluere valent, quod valuere volunt.

In eandem ſententiam Epigr. IV.

Quæ virtutis egent homini teterrima peſtis,
Et ſunt exempli deterioris opes:
At quib. eſt virtus comes, atq; induſtria, eidem
His faciles melius nil tribuere dei.

Alterum Ariſtippi factum Epigr. V.

Abijcite, in Libya famulis portantibus aurum
Dixit Ariſtippus, quod nimis vrget onus.
Cumq; illis faſcis non parua parte leuatis
Incœptum vacuus continuauit iter.
Noſtrorũ exemplũ ô non morũ, aut temporis; ipſa
Nos emimus vita: proiicit alter opes.

Ex Græco Epigr. VI.

Diuitiis hodie decus eſt, & gloria ſolis;
Cætera ſunt nugæ, ſomnia, verba, nihil.

Et

Et Epigr. VII.

Te veneror, quem si teneo, placidissime diuum,
Vel vitio possum tetrior esse bonus.

Item Epigr. IIX.

Præcipuus fluuũ sanguis mortalibus aurũ est;
Huius egens viuos mortuus inter agit.

Adhuc ex Græco Epigr. IX.

Cur, Epicharme, deos ventos, vel sidera credis,
Ignes cur credis numina, credis aquas?
DI dis sunt aliis potiores, omnibus aurum;
Splendidaq. argenti lamina numen habet.
Quæ simul intuleris, tectoq. arcaq; locaris,
Quæ lubet hos famulos omnia posce deos.
Omnia contingent citius dicto, arua, gregesq;
Vernarum, assiduo & lucida ab igne domus,
Lis est; exiguo est tuus horum munere iudex:
Et testes, quot vis, quosque, quibusq; dabis;
Indulgere libet genio; præsto ecce sodales,
Qui iurent oculis te mage amare suis.
Denique vis regum rex esse, pecunia fac sit:
Rex regum vnius præsidio huius eris.

Biantis factum, dictumq; Epigr. X.

Cum fugeret capta violenter ab hoste Priene,
Ex patria sapiens ipse quoque vrbe Bias;
Sed vacuus rerum, argenti vt securus, & auri,
Dum comites secum hæc cetera turba trahit,
Præsidia exemplo reliquorum ex vrbe rogatus
Cur longæ efferret nulla futura fugæ?

Omnia ait mecum mea ſunt: ſapiente, bonoq̃,
Vox digna, & Pythio haud diſſimulanda deo.
Portabant alij magè nomina fluxa bonorum,
Quam bona; ſed ſolus, quæ bona vera, Bias.

EPIST. XLI.

Franc. Modius ampliſſimo & ſplendidiſſimo Eraſmo Neuſteltero, cognomento Sturmero Eq. Franco

S.

IN bibliothecis abditis excutiẽdis is meus ſemper ardor fuit, ampliſſime patrone, vt & adoleſcẽs admodũ nullis aut laborib. aut ſumptib. parcerẽ, quin quotquot in Belgicæ noſtræ monaſterijs haberi vel fando audiſſem, diligentiſſimè ipſe obirem, intentioreq; cura examinarẽ; & provectior ætate paullò adeo, nihil (poſtquam ex Belgica fatali iſto bello inuolui iam cœpta me explicuiſſem, & in Germaniam, tanquam ex procelloſo mari in tranquilliſſimũ portũ me recepiſſem) maiore induſtria perſequẽdum mihi exiſtimaui, quam vt eorum locorum, ad quę me fortuna mea detuliſſet, hoc in genere theſauros auidiſſimè vndiq; inueſtigarẽ. nec ceſſit ſanè infeliciter vtroq; tempore hæc mihi mea, vt ita dicã, venatio. eos enim ex ea fructus cepi, quorũ me, ſi ſapere volo, & omiſſis oculiferijs iſtis bonis, vt appellat Seneca, in vera & ſolida hęc inſpicere, pœnitere nequaquã debet. pter enim exuſtas apud nos bibliothecas olim nobiliores Thoſanã, & Dunẽſem in Flãdria, Bertiniẽſem in fano S. Audomari, & ad idẽ fanũ Claremareſſenſem, metropolitanã Tungris, Louaniẽſiũ aliquot collegiorũ, & Leodẽſiũ monaſte-

naſteriorũ: pręter nuper luſtratas Colonię Agrippinę cũ in vrbe ipſa eas, quæ ſunt metropolitanæ eccleſiæ, abbatiæ S. Pãtaleonis, Collegij Laurẽtiani, & Minoritarũ; tũ ad tertiũ ferè aut quartum ab ea lapidẽ Sigebergenſem, & Ayſterbachẽſem: pręter has, inquã, & quas enumerare longũ foret incredibili cũ voluptate inſpectas; eos pręterea ex ſingulis, pluribuſq. alijs, ad quas aut belli furor iã tũ aditũ nõ permittebat apud nos, aut alibi itineris mei ratio, libros, aut ipſorum abbatum prælatorumque, & præfectorũ ſingulari erga me ſtudio, aut virorũ ampliſſimorum quorũdam mihi amicitia coniunctorum apud eoſdẽ gratia; eos dico libros vtendos impetraui. ex quorũ collatione, & ad cuſos comparatione, non parũ videor mihi cũ per me ipſum ſubinde, tũ per alios, quibus de laboribus hoc in genere noſtris lubentiſſimè pro ipſorũ inſtituto cõmodauimus, & cõmodamus ſępè, in publicũ profuiſſe. Ex his omnibus tamen nulla æquè conatus noſtros adiuuit, atq. ea, quæ eſt in Metropolitana Coloniẽſiũ eccleſia: nõ tã librorũ copia, qua Bertinienſi longo interuallo cedit, aut bonitate, qua Bertinienſis eadẽ fortaſſe, (ſint licet hi Coloniẽſes codices ex potiori parte Caroli Magni, & primo, aut certè altero ab illo ſęculo exarati) ipſi æquum nacta iudicẽ, nõ ſit inferior; ſed quod illa potiſſimũ volumina in Agrippina bibliotheca exſtarent, quæ maximè facerent ſtudijs meis: & illud mihi in vrbe ea apud illuſtrẽ Comitẽ Carolũ Egmondanũ otiũ contigerit, in quo nunc primũ iterũ per te, & apud te ampliſſi-

me Neuſtettere, cum ſumma animi tranquillitate acquieſco. otiũ dico, cuius ſibi, vt ſpero, vtroq; tempore ratio aut cõſtat iam apud nõ nimis rigidos, aut certe propediem vt cõſtet, faxo. vt .n. tũ Magni Alexandri res geſtas à Curtio Rufo luculenter deſcriptas, ſed & temporis, quod omnia cõſumit, iniuria, & correctorum etiã amplius audacia fœdiſſimè inquinatas infinitis in locis priſtino, quod potuit, reſtitutas primum, cõſequẽterq; inde Vegetium, & Frontinum, rei bellicæ ſcriptores, quorum alter pugnaturum præceptis erudit, exemplis alter inſtruit, nõ paullo vt arbitramur meliores, emendatioresq; in lucem emiſimus: Ita nunc quoq. & alia quædam præ manibus habemus propediẽ cum populo communicanda; & præter alia has qualeſcumq; epiſtolas. quas quãti alij facturi ſint vt neſcio, ita illud ſcio, eas neq. exiguo mihi labore conſtitiſſe, amiſſa nuper ſcelere quorumdam meliore parte earum ſcidarum, quibus in varios auctores notas meas tumultuaria, qui eſt mos meus, ſcriptione mandaueram; neque omnino tales eſſe, vt ſperni mereantur prorſus ab iis, qui ſe harum litterarũ ſtudio duci profitentur. non quo illæ cum cura aliqua ſcriptæ ſint, quod vt ipſæ me tacente loquũtur, adeo nõ captaui vt viderẽtur, vt etiã fugerim, & data opera nonnulla ita impolita hic inſeruerim, vt accuratiores ferè ad amicos ptiuatim mittere litteras ſoleã, nõ inquã, quo character, quo in his notis notandis vſus ſum quidquã habeat, quo placere poſſit; ſed quod in eis multa ex veterib. paſſim libris emendãtur, & illuſtrãtur, quæ

teme-

temere nemo, cui ſimiliũ codicũ copia non fuerit, nitiori aut luci ſuæ ceteroqui doctiſſimus red dat. quo de genere iſta te velim arbitrari, patrone optime, quę nunc ex Caio Silio Italico huc allegabo. Lib. 1. belli punici ſecundi verſu 548.

Sed Iuno adſpectans Pyrenes vertice celſæ
Vana rudimenta, & primos in Marte calores,
Inualidam duris euellit ab oſſibus haſtam.
Ille tegit clypeo fuſum per membra cruorem &c.

non ſatis proba lectio hęc, vt apparet. quomodo .n. illud; *vana rudimenta* cõuenit hic cũ Martis caloribus? nã quod Marſus ſomniat, nihil eſt. ſed vt cõueniat; quomodo inualida haſta, quę in ipſa oſſa adacta ſit? atq; vt hoc ipſum etiã ita excuſetur: *inualidũ* hic poſitũ ꝓ, valde validũ: qua forma dixit Virgilius; *incanaq; menta Cyniphii tondent hirci*; quaq; ratione Symmachus lib. 1. Epiſt. xcv. & Martianus Capella neſcio quo loco; *impotentem fortunã* pro, valde potentẽ poſuere, itaq; Pij coniectura emẽdãtis, *eualidã* (quod pinde ambiguæ ſignificatiõis eſſe vel vnus ille Ouidij verſiculus;

Egelidũ Boream egelidũq; Notũ, abunde cõuicerit) nihil opꝰ ſit: vt hęc inquã, õia ſic ſe habeãt: qui potuit cedo Iuno ex vertice Pyrenei mõtis, vt dIs deabusq. etiã lõgiores quã regib. manus largiamur, haſtã ex corpore Hãnibalis euellere, qui ad pedẽ muri Sagũthini pugnaret. omnino hic locus nõ vitio tãtũ vno atq; altero coinquinatꝰ, ſed & verſib. duob. defectus vulgò, ita ex optimo, antiquiſſimo, & elegãtiſſimis characterib. exarato metropol. Colon. Silio corrigẽdꝰ, & ſuppleẽdꝰ eſt:

Sed Iuno adſpectans Pyrenes vertice celſæ
Naua rudimenta, & primos in Marte calores,

.I Silio lib. 1. verſi. DXLIIX verſus duo reſtituti, & alij duo emẽ dati.

Vt videt impreſſum coniecta cuſpide vulnus,
Aduolat obſcura circumdata nube per auras,
Et validam duris euellit ab oſſibus haſtam.
Ille &c.

II. Et verſu 1DLXIII. iterũ verſu auctus, alteroque variè interpolatus.

Eodem libro verſu 563.

Concurrunt, lectoſq; viros hortantur & orant
Defeſſis ſubeant rebus, reuocentq; Saguntho
Sidonias flammas, nunc ite impellite puppim,
Saucia dum caſtris clauſa eſt fera; videtur integer hic locus, non eſt tamen quod videtur. ſed tum erit, cum reiectis interpolationibus ſciolorum, qui eum peſſimo mehercle exemplo ita deformarunt, vno etiam verſu auctior hoc modo legetur:

Concurrunt lectoſq; viros hortantur, & orant
Defeſſis ſubeant rebus, reuocentq; ſalutem,
Et Latia extremis implorent caſibus arma.
Ite, citi, remis, veliſq; impellite pupim;
Saucia dum caſtris clauſa eſt fera. remis veliſq; ire, propria hic locutio: vt in illo Ciceronis Philippica 1. *Tum vero tanta ſum cupiditate incenſus, vt mihi nulli neq; remi, neque venti ſatisfacerent.* & iſto Virgilij verſu:

Læuam cuncta cohors remis, ventisq; petiuit.

ſed quæ prouerbialiter non rarius etiam ſumatur pro, omni conatu aliquid agere, & alio transferatur. Idem Cicero Tuſc. Quæſt. lib. III. *Tetra res eſt, miſera, deteſtabilis, omni contentione velis, vt ita dicam, remisque fugienda.* Plautus Aſinaria: *Remigio veloque quantum poteris feſtina, & fuge.* ſimile huic prouerbio prouerbium

blum; *equis veliſque* quo vtitur M. Tullius ad Quintum fratrem, & lib. 3. de officijs; quodq; dixiſſe videtur Horatius: *nauibus atque quadrigis*, vbi ait:

Strenua nos exercet inertia, nauibus atq;
Quadrigis petimus bene viuere.

inſignes ergo hæ vt ad inſtitutum tandē redeam in Silio lacunarum ſuppletiones videri poſſent, niſi quam iam ponam tantum eas ſuperaret, minora quantum Cynthia ſidera. In editionibus eſt lib. 11. verſu 531.

III. Item verſu 10xxxi. tribus verſibus locupletatus, vnoq; emaculatus.

——hos, inquit, noctis alumna,
Hos muros impelle manu, populumq; ferocem
Dextris ſterne tuis, Iuno iubet, ipſa propinqua
Effectus ſtudiumq; tuum, quo comprimit ora
Cerberus, ac mixto quæ ſpumant felle venena,
Et quidquid ſcelerum, pœnarū quidquid, & iræ
Pectore fœcundo coquitur tibi, congere præceps
In Rutulos. ſunt verba Iunonis ad Tiſiphonem; ſed ita malè ab hominibus malè feriatis habita, vt numquam ille Pentheus aut ſequius à Bacchis diſcerptus fuerit, aut crudelius ſua manu Saguntbini perierint, quam hæc aliena, & eorum quidem, qui neſcio qua rabie in bonos auctores veriſſimè paſſim bacchantur ita audacter, vt, niſi libri veteres auxilio eſſent, exequias ire elegantiſſimis ſcriptoribus licuerit. ſed ad noſtra, quibus ita ex ijſdem veteribus libris auulſa à corpore membra reſtituentur, vitioſaq; alia curabuntur:

——hos, inquit, noctis alumna,
Hos muros impelle manu, populumq; ferocem

Dextris sterne suis; Iuno iubet: ipsa propinquã
Effectus studiumq; tuum de nube videbo.
Illa deos, summumq; Iouem turbantia tela,
Quis Acheronta moues flamam, inmanesq; chelydros
Stridoremq; tuum, quo territa comprimit ora
Cerberus, ac mixto quæ spumant felle venena;
Et quidquid scelerũ, pœnarũ quidquid, & iræ,
Pectore fœcundo coquuntur tibi, congere præceps
In Rutulos——

vides, amplissime Patrone, quid sit libros quam emendatissimos habere; & quam iniquè vt publicè inutiles arguantur ij, qui, vt tales illi in manibus habeãtur, operã dant. porro vt redeam ad emendationẽ huius loci; *suis* hîc, non *tuis* legendũ versu tertio docet mox Sagunthinorũ exitus, qui impellẽte & stimulãte Tiliphone ipsi sibi ad vnũ omnes, sed, quod feræ numquam facerẽt de catulis suis, interfectis prius paruis liberis, mortem conſciuerunt; ac violentas manus attulerũt. operæ pretium autẽ hic est videre in quos errores, aut potius in quos non inducat etiã homines ceteroqui doctissimos, & vigilantissimos, depraua ta alicuius auctoris scriptura; vbi cum Marsus nõ videret quo referẽda essent tandẽ ista: *propinqua Effectus*, somniauit nobis videns nouũ & inauditum auribus tantum Romuleis loquẽdi genus: dum ait (verba enim eius apponere lubet: *Propinqua effectus; accelera, id quod potes efficere, & tuam voluntatem. seruit poëta affectui Iunonis, quæ properabat ad Sagunthinorũ perniciem.* egregia

gia mehercule appoſitaq; admodum interpretatio. & tamen eius generis, aut certe non multo venuſtioribus, aut ad rẽ mage pertinẽtibus pleni ſunt iſtorũ ſcholiographorũ libri. ſed redeo iã ad librũ primum Silij; in quo quod eſt verſu 595. IV. Verſu 1xcv.

O patria, ô fidei domus inclyta, quo tua nũc ſunt
Fata loco, ſacrane manent in collibus arces?
An cinis heu ſuperi tanto de nomine reſtat?
Ferte leues auras flatuſq; ciete ſecundos,
Si nondum inſultat templorum protinus ignis
Culminibus, Latiaq; valent ſuccurrere claſſes.

elegantiſſimo loco corrumpendo eſt illud, *protinus*, quod illi fungi in libros retulerũt, cũ luſcitioſis ſuis oculis quod in mẽbranis rectũ exſtat, *Pœnicus* aſſequi nõ potuiſſent. nimirũ hos tales natos raſtros tractare, nõ libros. quid enim illo, quod vero ſuccidaneum dederũt, abſurdius? ſaltem cũ ratione inſanirẽt. quod ne nos quoq; dediſſe operã vt faciamus videamur, monito illud *Fidei* primo verſu maiuſcula notandũ, & de dea, quã alibi, *tacitũ* poëta vocat, *in pectore numẽ*, accipiendum; tranſeamus ad proximè vicina iſta nõ minus prodigioſè corrupta, verſu 659. V. Verſu 1xcix.

Vos etiam tandem Siculi contra arma Tyranni
Iuuiſſe egregiũ, vos et Cãpana tueri Mœnia &c.

cenſeo Delphos; ſi domi eſt, Eurypylum ſcitatũ oracula Phœbi mittamus; quis tandem populus, aut gens; rex, aut regina; deus, vel dea denique *tandem* vocetur, & Romanorũ auxilio eguerit. niſi ſi forte in bello Grammaticali, in quo tamen ego ſolius nominis & verbi cum ſuis, neq; vllius

extranei arma fulsisse putabam. mecumq; faciũt qui illo ignorabili *tandem* hinc eiecto; *Mamertem* in locum eius substituunt legendo historiæ fiducia, qua Mamertinos à Romanis contra Gelonem Syracusanorum regem defensos, & propugnatos constat:

Vos & Mamerten Siculi contra arma tyranni
Iuuisse egregium &c.

sed in eo ego hic ab ipsis dissentio, quod rem esse nõ nimis belli exempli existimo, tam longè à recepta scriptura etsi falsaria, ex vera tamen procaptu librariorum assimilata, & haud dubiè ad ductum licterarum eius expressa, recedere. ideoq; reiecta eorũ de reliquo non infelici ad rem coniectura, scribo à Theseo meo, membranis puta adiutus;

Vos etiam Zanclen Siculi contra arma tyranni
Iuuisse egregium.

Zancle autem quæ sit nemo nescit, nimirum ea quæ & Messene. Ouidius XIV Metam.

Liquerat & Zanclen, aduersaq; mœnia Rhegi,
Nauifragũq; fretũ, gemino quod litore pressum
Ausoniæ Siculæq; tenet confinia terræ. item
Oppositusq; petens cõtra Zancleia saxa Rhegion.

Vale Patrone benignissime.

EPIST. XLII.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

NOn frustra fui, mi Posthi, cum nuper ad mentionẽ eius itineris, quo istinc huc nobis

bis hoc difficillimo anni tempore reuertendum erat, totus præter morem exhorrescerem. tale enim illud fuit, vt quamuis salui, non tamen sine præsentis vsque periculi metu, tertio demum die Combergum peruenerimus. Primo enim sub vesperã Mariæ Vallem ingressi sumus, vbi humanissimè nos habuit in cœna illustrissimus Princeps Ordinis Teutonici Magister: senex ille quidem admodũ, sed in quem illud cõueniat, quod dici solet, Aquilæ senectus. Deus illũ inmortalitate dignissimum diu etiam suis & reip. superesse velit. secundo, cum ante lucem itineri nos dedissemus, vix tamen multa iam nocte tria milliaria confecimus frigore tantum non (vt alia mittam incommoda, & perpetuũ ne ex altissimis & vastissimis montibus in præcipitia horrẽda deijceremur metum) cõfecti. Sed nec tertius quidem suis molestijs caruit; quibus tamen omnibus superatis meridie fere ipso, cũ horis quattuor vnũ tandem miliare promouissemus, huc appulimus Deo duce, me nõ tam mihi gaudente, quam domino Patrono nostro gratulante finem malorũ, & laborum, quibus sanè quàm miratus sum eum prouecta iam ætate parem fuisse. summus rerum arbiter diu nobis illum valentem conseruet. de me; redij iam ad libros; ex quibus mitto nunc ista: *Cares autem* (inquit Censorinus, vbi in opusculo de die Natali de diuersa apud diuersos anni ratione disputat,) *& Acarnanes, semestrem habuerunt: annos inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent, aut sine, cereret, eosq; cunctos ve-*

I. Censorinus de die Natali cap. xvi. bis, ter emaculatus.

luti trieterida annum magnum. Sed vt hos annos omittam, caligine iã profundæ vetuſtatis obductos; in his quoq; qui ſunt receptores memoriæ, & ad curſum lunæ vel ſolis inſtituti, quanta ſit uarietas, facile eſt cognoſcere. mẽbranæ referebant; *coniunctos* pro, *cunctos* &, *memoriæ* pro, *memoria*. quare interpolo, & interpungo hoc totũ ad iſtum modũ: *Cares autem & Acarnanes ſemeſtres habuerunt annos inter ſe diſſimiles, quibus alternis dies augeſcerent, aut ſeneſcerent; eoſq; coniunctos veluti trieterida annum magnũ. Sed vt hos annos omittam, caligine iam profundiſſimæ vetuſtatis obductos; in his quoq;, qui ſunt recentioris memoriæ, & ad curſum* &c. Sequitur cap. XVII. *Sed horum plærique ob odiũ, vel quo quis magiſtratu citius abiret, diutiuſq; fungeretur, aut publici redemtores anni magnitudine, in lucro damnoue eſſent; plus minuſue ex libidine intercalandi, rem ſibi ad corrigendũ mandatam vitioſè deprauarunt. Adeo aberratum eſt, ut* &c. expleantur, & corrigantur me monitore hæcita: *Sed horum plærique ob odium, vel gratiam, quo quis magiſtratu citius abiret, diutiuſue fungeretur; aut publici redemtores, anni magnitudine, in lucro, damnoue eſſent: plus minus ex libidine intercalando, rẽ ſibi ad corrigendũ mandatã vtroq; deprauarunt: Adeoq; aberratum eſt, vt* &c. res adeo clara eſt, vt luce verborũ meorũ nõ magis egeat, quã meridies lucerna. Statim: *Itaq; dieb.* CCCLV, *addidit* (Iulius Cæſar puta) X. *quos per ſeptem menſes, qui dies vndetricenos habebant, ita diſtribuit, vt Ianuario, & Sextili, & Decembri bini accederẽt; ceteris*

II. Cap. XVII. idem vbi deficitur ſuppletus, & bis, ter iterũ interpolatus.

III. Ibidẽ duobus adhuc locis correctus.

teris singuli: eosq; dies extremis partib. mensiũ apposuit, ne scilicet regiões sui cuiusq; mẽsis à loco summo verterẽtur. Quapropter nũc, cũ in septẽ mensib. dies singuli & triceni sint: quatuor tamẽ illis ita primitus institutis eo dinoscũtur, quod Nonas habẽt septimanas, ceteri omnes reliqui quintanas. mẽbranis fretus recipio ad me ita locũ hunc integritati suæ restituendũ: *eosq; dies extremis partib. mensiũ apposuit, ne scilicet religiões sui cuiusq; mẽsis à loco summouerẽtur. Quapropter n.c.1.f.m.d.f.& t.f.q.t.1. 1.p.1.e.d. quod nonas habent septimanas; ceteri tres quintanas. religiones* stata festa vocat, dẽ quib. cõsulatur vetus Kalendariũ Romanũ ab Aldo editũ. nã quin rectũ sit: *ceteri tres quintanas* omissis reliquis, cõuincit qd̃ in scripto codice exstat; *ceteri tres omnes alij reliqui*, nẽpe scriptũ fuisse *n̄ tres*, vt cõiuncta duo elemẽta *t* & *r* speciẽ vnius *n* gere re viderẽtur nõ nimis diligẽti librario; vnde ratus cõpendia hæc esse vocis *omnes* eã nobis, si dis placet, enixus est. ad quã postea alius qui verã scriptu rã an in alio forte exẽplari repererat, *alij* seu, *reliqui tres:* quæ postea vniuersa irrepsere. quã oscitantiã exscriptorũ non in hoc tantũ scriptore, sed in omnib fere acculare facilius est sane, quã libris mẽbranaceis nõ suppetẽdibus corrigere. sed pergamus. Rursum statim est: *Nã & priores alij, etiã qui decẽ mẽses fuerũt, nec Romæ modo per Italiã, sed & apud gẽtes omnes quantũ ijdẽ postea fuere correcti.* legẽdũ indubitate vna voce cõiunctim; *decemestres* pro, *decẽ mẽses*. loquitur. n. de Romulianno scribẽdũq; quod & Aldus vidisse videtur;

IV. Eod. cap. XVII.

nec Romæ modo vel per Italiam, sed &c. addo insignem etiam locum & mitto te honesta missione mi Posthi. *Hic enim* (ait Cēsorinus de Varrone) *tria discrimina temporū esse tradit. Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem: secundum ad Olympiadem primam: quod quia in eo multa fabulosa referuntur, Mythicon nominatur: tertium à prima Olympiade ad nos, quod dicitur historicon: quia res eo gestæ, veris historijs continentur.* supplent explentq; egregiè membranæ, quibus magna ex parte salutem suam debet, debebitq; noster Censorinus. *Primum ab hominū principio ad cataclysmum priorem*; *quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον: secundum à cataclysmo priore ad Olympiadē primam; quod quia multa in eo fabulosa referūtur, Mythicon nominatur: tertium à prima Olympiade ad nos, quod dicitur historicon; quia res in eo gestæ veris historijs continentur.* Haue Posthi amicissime. Cōburgi Nonis mensis vltimi anni CIↃ. IↃ. LXXXIII.

V. Duæ lacunæ cap. cod. supplētæ.

EPIST. XLIII.

Franc. Modius Ioanni Ellingero S. Ihenam.

IN morte optimi & eruditissimi viri Andreæ Ellingeri parentis tui peream, mi Ioannes, si lacrimas tenuerim. iam litteras Posthio nostro illi transmittendas dederam, quibus illum de sororis vestræ morte, quam ipse quod quidem ex litteris eius ad Henricum Petræum & eundem Posthium datis colligi potuit, tenerrimè amauerat,

rat,consolarer: cum ecce à vobis litteræ,quæ mihi non solandum illum iam, sed vltimo officio prosequendum significabant.ingemui,&,vti dixi,lacrimas non continui.licet enim semel tantũ Francofurti, vt meminisse potes, in Ioannis Fichardi (cuius & ipsius malo reip. litterariæ ex æquo & suæ paullo ante defuncti mortem adhuc deplorabamus) ædibus parentem tuum convenerim; aliquanto tamẽ amplius illum amabam, quam aut ille fortasse existimauit,aut hic tibi scribere possim. & ea erat sane illius in summa doctrina modestia, ea humanitas, is morũ candor, vt amari mereretur ab ijs, quos nouem virgines amant. Quod vos reip.litterariæ nomine oro,& obtestor,vt quæ siue in re medica,siue in his nostris leuioribus quidem,homine tamen dignissimis studijs affecta reliquit,ea prima quaq; oblata occasione cum omnibus vobis communia esse velitis.ipse sanè nunc in his prope dixeram nugis eram. Malo versu 55. eclogæ secundæ T. Calpurnij Siculi: *Urimur in Crocale.* quam quomodo vulgo legitur; *Vrimur in Crocalen.* sic enim & Ouidius ait; *ardetque in virgine virgo.* Versu 63.

I. Calpurnius Siculus emẽdatus Eclogа II versu LV.

Nos quoq; pomiferi Laribus consueuimus horti
Mittere primitias,& figere liba Priapo.
Rorantes fagos damus,& liquentia mella:
Nec fore grata minꝰ quàm si caper imbuat aras.

II. Versu LXIII. semel & iterum emaculatus.

malè acceptus, si quis alius huius poëtæ, locus. & qui ita in pristinũ ope veteris codicis restituendus videtur:

Nos quoq; pomiferi Laribus consueuimus horti,
Mittere primitias, & figere liba Priapo:
Rorantesq; fauos damus, & liquentia mella.
Nec fero grata minus, quam si caper imbuat uras.

hactenus inquam auſculto libris veteribus. nam quod jidem *farrea liba*, pro, *figere liba* probare nituntur, fruſtra ſunt. ſic enim etiam neſcio qui loquitur. Statim:

III. Verſu LXX. *Si venies Crocale totus mihi ſeruiet annus.*

apparet legendum ex eo quod mox ſubijcit aduerſarius:

Si venies Crocale totus tibi ſeruiet hortus.

conſtat, inquam, hinc ſupra etiam legendum:

Si venies Crocale totus tibi ſeruiet annus.

IV. Verſu XXC. Verſu 80. *Mille renitenti dabimus tibi cortice chias.*

chiæ iſtæ clamant legendum; *Mille renidenti.* hoc enim faciunt illæ iam maturitati proximæ.

V. Verſu XXCII. Verſu 83. *Num precor informis videor tibi? num grauis annũ?* etiam pueri videant legendũ: *num grauis annis?* ſic ille, *pannis annisq; obſitus* dixit. Mox

VI. Verſu XXCVII *Fontibus in liquidis quotiens me conſpicor eſſe;*
Admiror tottens, à ſcioli interpolatione eſt illud, *eſſe.* pro quo rectè referunt membranæ: *ipſe.* Ecloga III. Verſu 34.

VII. Ecloga III. Verſu XXXIV ——— *nec, tam nobis ego Phyllida reddi*
Exopto, quam quod Mopſo iurgetur anhelo.

hæc vitioſa ſcriptura, maximè quod *anhelo* illud verbum hic eſſe ignorarent ſignificans, vehementer

menter doleo, torqueor, crucior, &c. ridiculas ab interprete & portentoſas etiam explicationes extorſit. & ſit ſanè monſtri ſimile, ſi amator doleat inter riualem ſuum & communem amicam iras eſſe. ſed nec hoc vult poëta; & iſto modo locus hic corrigendus eſt:

——nec tam nobis ego Phyllida reddi
Exopto; quam quod Mopſo iungetur anhelo.

hoc ſenſu; non tam inquit crucior mihi Phyllida eripi, quam illi potiſſimum nuptijs iungi, cui minimè omnium vellem. Verſu 36. IIX. Verſu XXXVI.

——tu prior illi
Vinctas tende manus; decet indulgere puellæ,
Velcum prima nocent. ſcribe:

——tu prior illi
Iunctas tende manus; decet indulgere puellæ,
Velcum prima nocet. ira inquam ſcribe, & conſule ſi lubet Ouidium de arte amandi, & Amorum lib. 1. eleg. VII. Mox: IX. Verſu LV.

Ille ego ſum Lycidas quo tu cantare ſolebas
Dicere felicem.

manifeſtè legendum:

Ille ego ſum Lycidas quo te cantante ſolebas
Dicere felicem. Verſu 90. X. Verſu XC.

Credere paſtores leuibus nolite puellis;
Phyllida Mopſus amat; Lycidas habet vltima rerum.

neſcio quid ſit quod mihi hic locus non ſatisfaciat; ſed tamen non ſatisfacit. putabam igitur aliquando legi debere; *Mopſum Phyllis amat.* quod

etsi ne nunc quidem planè damnare possum, nō displicet tamen, quod cuidam amico meo eruditissimo viro in mentem venit forte an legendū:

Phyllida Mopsus habet; Lycidan habet vltima rerum.

vt sit argutia in voce *habet* respondente Græcæ, ἔχειν.

EPIST. XLIV.

Franc. Modius Carolo Clusio S.

LIbellos, de quibus anno Francofurti te mihi narrare memini, Clusi doctissime, lubenter his diebus Plantini nostri accuratis typis expressos vidi; sed non sine tacita interim temporum, in quæ incidimus, deploratione; quæ, velut calamitas quædam, multos tuos, multos aliorū similis animi fructus interçipiunt; & ad maturitatem suam peruenire non sinunt. magno haud dubiè cum artium omnium damno; & cui deplorando non vnus Heraclitus satis sit. quid facias tamen? ferre patiēter æquum est, quæ frustra mutata velis; vtq; in alea mali iactus arte corrigendi sunt, ita animi, ad perpetienda omnia compositi, æquabilitate omnia sæculi nostri mala superanda sunt. remedium durum, fateor: sed pro morbo, cuius vt sensum paulisper deponam, deuerto ad libros, & te eodem, nisi iam alteri addixisti, inuito. Ait Italicus libro XIII versu à fine tertio:

I. Silio versus restitutus, alijq; duo interpolati lib. XIII. versu IↃCCCXCVI.

Pocula furtiuo rapiet (Annibal. s.) *properata veneno.*
Hac vates; Herebiq; canis se rettulit vmbris.
Tum latos socios iuuenis portumq; reuisit.

corri-

corrigendum,& ſcribendum verſu auctius:

Pocula furtiuo rapiet properata veneno;
Ac tandem terras longa formidine ſoluet.
Hæc vates; Herebiq; cauus ſe reddidit vmbris.
Tum lætus ſocios iuuenis portumq; reuiſit.

Lib.XIV.verſu 5. II.

Aut Macedũ luſtrare domos & Achaica rura, Et lib.XIV. verſu V.
Aut vaga Sardoo veſtigia cingere fluctu.

ſcribo approbantibus melioris notæ libris: (*ra;*

Aut Macetûm luſtrare domos, & Achaica ru-
Aut vaga Sardoo veſtigia tinguere fluctu.

Macedum certè ferri nõ poteſt: cum, *Macetûm* pro Macetarum à poeta, Virgilij & aliorũ exemplo dictum ſit:apud quos itẽ docti his annis hanc lectionem, erat enim apud illos etiam corrupta; repoſuerunt. Verſu 15. III.

Impactũ pelagus lacerata viſcera terra Diſijcit. Verſu XV.

Siciliæ ab Italia auulſionem ſignificat, ſed vbi legendum putem:

——lacerata viſcera terra Diſcidit.

Virgilius de eadem:

——quum protinus vtraq; tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis
Heſperium Siculo latus abſcidit.

Pergit Silius de Siciliæ fertilitate: IV.

Multa ſolo virtus, iam reddere ſemen aratris, Verſu XXIII.
Iam montes vmbrare olea &c.

haud dubiè rectius erit ſi legamus:

——iam reddere fœnus aratris.

quomodo eſt in codice manu exarato; ducta à

mercatoribus metaphora, qua & Ouidius vsus, dum dixit, Metamorphos.

——aruaq; iussit Fallere depositum.

V. Versu XL. mox: *——accola Minos*
Duxerat Eteretum nõ fausta ad bella cohortes,
Dædaleam repetens pennam &c.
est illud *pennam* ab ijs, qui Dædalũ remigio alarum, vt ait ille, custodiam Minois euasisse didicerant: cum alioqui legendum sit: *Dædaleam repetens pœnam.* quod valet, repetens Dædalum ad pœnam. Versu 246.

VI. Versu CCXLVI.
Tum rapta præceps Ennea virgine cessit.
Attonitos cœli visu lucemq; cauentes
In stygа rursus equos, & prædã condidit vmbris.
de Plutone sermo est, sed qui ita constituendus, & interpungendus ex m.s. videtur:
Tum rapta præceps Ennea virgine flexit
Attonitos cœli visu, lucemq; pauentes
In stygа rursus equos &c.
tale est illud Claudiani de hoc raptu lib. II.
——& longa solitos caligine pasci
Terruit orbis equos, pressis hæsere lupatis,
Attoniti meliore polo, rursusque verendum
In Chaos obliquo certanti temone reuerti.

VII. Versu CCLXIII. Versu 263.
Seu syluis sectare feras, seu retibus æquor
Vertere, seu cœlo libeat traxisse volucrẽ. scripserim libẽtius; *Seu siluis sectere feras: seu retibus æ-*
IIX. Versu CCCIX. bis emaculatus. *Verrere, seu cœlo* &c. Versu 309. (*quor*
Gliscentemq; trahens turris per viscera labem,
Perque altam molem, & turris nascentia tecta

Scan-

Scãdit ouans, rapidisq; vorat trepidãtia flãmis.

Robora &c. non parum melior videtur scripta lectio:

Glisscentemq; trahens turris per viscera labem,
Perq; altam molem, & totiens crescentia tecta
Scandit ouans, rapidisq; vorat crepitãtia flãmis
Robora. totiens crescentia tecta, vocat turrim pluribus contignationibus altè eductam. sed tu iamdudum scio, Clusi, herbas, quam huius generis nugas, legere malles. Vale.

EPIST. XLV.

Franc. Modius Ioanni Sambuco v. c. S. Viennam Austriæ.

QVæro ex te, clarissime & eruditissime Sãbuce, cui adeo familiaris est Cicero, vt iam nemini familiarior esse possit, quid de isto eius è Miloniana loco censeas: *Qui* (Clodius) *cum ab equite Romano splẽdidissimo et forti viro T. Paconio nõ impetrasset, vt insulã in lacu pretio venderet. repete lintrib. in eã insulã materiã, calcẽ, camẽta atq; arma cõuexit.* &c. q̃d cẽseã? inquies, nihil esse in eo difficultatis fateor, Sambuce, si cũ vulgatis exẽplaribus m. ss. libri cõsentirẽt, sed scire debes, eos ad vnũ omnes, teste etiã D. Lambino, pro; *vt insulã in lacu pretio venderet*, aut; *vt insulã in lacu perelio vẽderet*, habere; aut certe: *vt insulã in lacu prelio vẽderet*, hoc igit̃ est, de quo te consulendũ mihi existimaui, putésne fuisse lacũ aliquẽ, hoc, aut simili nomine. sed quãdo semel tibi esse molesti cœpimus, sustinebimus etiam de sequẽtibus iudiciũ tuum flagitare. Ait Cicero: *Omitto so-* I. Ciceronis pro Milone locus.

cios, exteras nationes, reges, tetrarchas (vota enim feceratis, vt in eos se potius mitteret, quã in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias) à liberis, dico, à liberis medius fidius, & à coniugibus vestris nunquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. hic ego puto considerata nostrorum & Lambini m.ſſ. codicum scriptura, legi oportere: *Omitto socios, exteras nationes, reges, tetrarchas (vota enim faceretis, vt in eos se potius immitteret, quam in vestras possessiones) à vestris tectis, vestris pecunijs, vestra tecta, vestras pecunias dico? à liberis medius fidius & à coniugibus vestris nunquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset.* & restituit ante me ita pleraq; Lambinus, nisi quod illud non vidit, plane hic *faceretis* non, *feceratis* legendum esse; quod ego sanè miratus sum; cum videam illum hic adeo exercitum fuisse, & illud *feceratis* contra mentem sit Ciceronis, qui nõ hoc dicit, pop. Rom. vota fecisse vt Clodius in exteros potius grassaretur, quam in se (quod ridiculum est, & à vero alienum) sed facturos ea talia fuisse, si im-
III. perium is nancisci vllo modo potuisset. Præcessit iam: Cui (Pompeio) *se nunquam profecto tradidisset*, (Milo) *nisi causse sue confideret, præsertim omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, non nulla credenti.* vide, Sambuce, an scripserit Cicero; *magna intuenti.* quo pacto & mei m.ſſ. habent, & Vrsinus in veteri libro se reperisse testatur, metus sanè in Milonem eum, quẽ hic Cicero nobis depinxit suis coloribus, cadere nõ
IV. potest. Sequitur longo quidẽ interuallo, sed tamen

iamen ſequitur: *Veſtra tum aræ, veſtræ religiones viguerunt, veſtra vis valuit, quam ille omni ſcelere polluerat.* ſed malim: *Veſtra tum religiones viguerunt, veſtra vis valuit* &c. omiſſis reliquis; quod iam ante ad ipſas aras ſermonem Cicero cõuerterit, dicendo: *Vos enim iam Albani tumuli atq; luci, vos, inquam, imploro atq; obteſtor, voſq; Albanorum obrutæ aræ, ſacrorũ Pop. Rom. ſociæ.* &c.

Statim: *Tuque ex tuo edito monte Latialis ſancte Iuppiter, cuius ille lacus, nemora* &c. monet Lambinus legendum: *Latiaris ſancte Iuppiter*, etſi, vt ait, in nullis omnino libris ita legitur; at ego, ne quis hic Lambino propter conſenſum librorum dubitet credere, planè ita in Colonienſibus mẽbranis me hunc locũ perſcriptum inueniſſe profiteor. teſtatur etiã eruditiſſimus Franc. Iuretus. in doctiſſimis illis ſuis ad Symmachi epiſtolas notis, apud eundem Symmachum *latiare concilium*, *latiaris lingua*, *latiaris facundia*, vt & apud Prudentium, *latiare munus*, & Lactantiũ, quod magis huc facit, *latiaris Iuppiter* conſtanter in membranis legi: nihil vt iam amplius hic dubitandum videatur. V.

EPIST. XLVI.

Franc. Modius Ioachimo I. F. Camerario, Med. S. Noribergam.

OStendit mihi Mœcenas meus eam epiſtolæ tuæ partem, vir cl. qua noſtri mentionẽ facis; quam ego ſi negem nunc mihi placuiſſe, mentiar profecto. quamuis enim eorum, quæ tu, pro ſingulari humanitate tua, mihi plurima &

maxima tribuis, in me nihil ferè omninò agnoſcam, iuuat tamen laudari abs te tàm laudato viro: & delector ſic quoq; amicorum iſtorum, de quibus ſcribis, amantiore quàm veriore de me iudicio: paratus, quod eruditione & doctrina (quæ quam in me nulla ſint ipſe ſentio) aſſequi parum valeo, obſeruantia & obſequio doctiſſimorum, hoc eſt tui ſimilium virorum, beniuolentiam, qua poteſt demereri. Quod quæſo vt tibi pro illis ſit, quę fortaſſe quidam noſtri nominis paullo ſtudioſiores de ingenioli mei facultate, magis pro illo ſuo erga me ſemp amore, quam quod ita ſe res habeat, apud te prædicarunt. Obſeruabo, colam, venerabor te, vt debeo, vt virtus tua multiplex, vt eruditio varia, vt deniq; incredibilis humanitas tua, quam hac parte non potui non admirari; vt inquam iſta omnia poſtulant: tu viciſſim, magis adeo quia ita velle videatur illa eadem humanitas tua, quam quia dignus ego, inter extremi etiam ordinis, dum non extremæ fidei amicos tuos, cenſeri me patieris. hæ erunt amicitiæ noſtræ leges; hæc pacta conuenta: quę ego non vereor, ne ad vltimum vſq; parum ſeruaſſe merito aliquando argui poſſim. ſed iam de hac re ſatis multa. Vide ſis potius Camerari, ſi vacas, has meas in Silium Italicum notas, & quid tibi videantur cum erit commodum reſcribe. Libro primo:

I. Silius emendatus lib. I. Verſu CCXCVII.

Admouet abrupto flagrantia fœdere ductor,
Sidonius caſtra, & latas quatit agmine cauſſas.

ſuadent ſcribendum membranæ: *& latos quatit agmine*

agmine campos. ac rectè ſuadent; etſi ne hic quidem commentatori defuit commoda, vt ipſi quidem videbatur, vulgatæ ſcripturæ explicatio. nam, *quatit latas cauſas* inquit, *valet, inferendo bello Sagunthinis, quærebat cauſſas belli cum Romanis; quæ facerent ipſum lætum, & compotem voti.* acumen huius litteratoris vide. qui vt accuſari eo nomine debet, quod nihil neſcire voluit; ita in multis veniam meretur deceptus à libris minus emendatis. hinc plauſtra illa monſtroſarum interpretationum, quas deportari quo merentur inſuper etiam ægrè videntur, & moleſtè ferre, qui hanc noſtram criticen, vt infrugiferam & planè inutilem damnare non dubitant. ſed ijs miſſis pergamus nos ad illa:

II. Verſu cccvi

——Verba ocius aceſ
Intorto ſancit iaculo, figitq; per arma
Stãtem pro muro, & monſtrantem membra
Vaicum.

hic alij libri habent; *motantem membra.* malè etiam, procul dubio; ſed vnde faciebat eruditiſſimus P. Victorius; *mutantem verba* aptiore fateor lectione, prioribus; ſed non illa, quam referunt m. ſſ. codices; quæ eſt: *& minitantem vana Caicum:* de qua non verebor pronunciare, Silij eſſe germanam. lib. XII. certè ait: *conantem & vana minantem Circumagit,* &c. Horatius quoq; ita ferè dixit: *Atqui vultus erat magna & præclara minantis.* ſed & Græci in eadem re verbo ἀπειλεῖν vtuntur. ſequitur:

III. Verſu cccxxxii.

Sed dignã Auſonia mortẽ putat eſſe, Saguntho
Seruata cecidiſſe fide.

lego quicquid nugentur alij:

Sed dignã Auſonia mortem putat eſſe Saguntho,
Seruata cecidiſſe fide:

eleganter autem Sagunthum vocat Auſoniam, quod Romanarum partium eſſet, vt mox Scipio Trebiam Sidonium amnem appellat, quod Pœnis fauere, & eorum victoriam adiuuare videretur. Poſt pauca: (*tus,*

IV. Verſu CCCXLII. *Nonne pudet cœpti? pudet omneis, en bona vir-*
Primitiaq; ducis &c.

aio reponendum, cum libri vet. habeant, *omnis* pro *omneis*; *pudet ominis*: ſunt verba Annibalis milites increpantis; & credebant veteres, teſte etiam Ouidio, omina principijs ineſſe. Iterum

V. Verſu CCCLXXIII. poſt pauca:

Surgebat cumulo certantium protinus agger.

emendandum volentibus & iubentibus membranis:

Surgebat cumulo certantium prorutus agger.

hoc enim dicit; agger paullo ante à Pœnis dirutus ſurgebat denuo militũ hinc inde cadentium corporibus cumulatus. deſino eſſe moleſtus, Camerari, hoc vnum vbi addidero, verſu ab hoc

VI. Verſu CCCCXXXI. LVIII: quo loco in editionibus eſt:

——— *& quatit enſem,*
Cantato nuper ſenior quem fecerat igni
Littore ab Heſperidũ miſſus, qui carmine pollẽs
Fidebat magica ferrum crudeſcere lingua.

hic, inquam reponendum:

Can-

Cantato nuper ſenior quem fecerat igni
Littore ab Heſperidum Temiſus.

vt & libri m.ſſ. referunt, & elegantiſſima erit locutio. cum illa vulgaris parum Latina à mala manu ſit, nec digna ſatis Silio, aut omnino vllo alio eius ætatis ſcriptore. corrigimus ſimilem locum lib. v. quoq;. & pro vulgato verſu:

VII. Idem Silius lib. v emendatus.

Obuius huic Atlas à ſanguine clarus Ibero.

ſcribimus ex membranis;

Obuius huic Atlas, Atlas à littore Ibero.

taleſq; ſunt locutiones iſtæ; Cæſariana: *equites à Placentia*; Liuiana: *Herdonius ab Aricia.* & in inſcriptionibus; *Veranius Tridente: Caſſius domo Ateſtæ*; *Acilius Birbili*; *Vettius domo Antiochia Syria.* &, quas longum omnes perſequi ſit, aliæ. ſed iam mitto te vt promiſi, vir cl. neq; enim planè te meis ineptijs, certè minutijs conficere decreui. Vale.

EPIST. XLVII.

Franc. Modius Ferdinando à Thoneck v. n. S.

MEretur inſigne ſtudium tuum, & præclara voluntas erga eos omnes, qui litteras humaniores tractant, quæ mihi non dubijs indicijs comperta nuper ſunt, cum cõpluſculos dies ſuauiſſimè vnà hic in ædibus ampliſſimi affinis tui, patroni mei, Eraſmi Neuſtetteri cognomento Sturmeri tranſegimus; merentur facti ab humanitate ad humanitatem mores tui amorem omnium eorum, qui Muſas, ac Charites, quoſq; Muſæ ac Charites amant. Priuatim vero illa tua

incredibilis beniuolentia, qua me ignotum & inuiſum complecti dignatus es, ita me cepit, vt, vbi vbi ero, præconem me tuarum virtutum ſemper ſis habiturus. quod ſerua, dum vſus veniat, vt dicta factis exæquandi facultas detur: & interea, quia videbaris, vt ait ille, Meas eſſe aliquid putare nugas; accipe pauca hæc hodie nata, aut abortu abiecta potius. - Cenſorini de die natali cap. xv. verba ſunt: *Qui annus magnus ex quadriennio commodior viſus eſt. Solis annum cõſtare ex dieb⁹* CCCLXV. *& diei parte circiter quarta: qua primum quadriennium conficeret.* nihil hic ſcio, niſi neſcio, ſi ita legatur. quid enim ait, aut quid ſibi vult? opinor equidem ne Cenſorinum quidem, ſiquidem reuiuiſcat, hæc agniturũ: qui ſcripſit, pfecto, vt indicib⁹ membranis optimis didici: *quæ* (puta, pars circiter quarta diei) *primum in quadriennium diem conficeret.* quo pacto clara eſt res, apertèq. illud ſignificatur; quartum quoq; annum magni anni complementum: diemq; ſemper vnum ſequenti porro intercalandum fuiſſe. Statim poſt: *Octoerida vulgo creditum eſt, ab Eudoxo Gnidio inſtitutam. Sed hanc Leoſtratũ Tenedium primum ferunt compoſuiſſe: & poſtea alij aliter, qui menſibus variè intercalandis ſuas octoeridas protulerunt.* membranæ: *Hanc octoerida vulgo creditum eſt, ab Eudoxo Gnidio inſtitutã: ſed eam Cleoſtratum Tenedium primum ferunt cõpoſuiſſe; & poſtea alios aliter*, &c. haud dubiè longè melius, vulgata enim lectio omnino βδελύττεται. iterum ſtatim: *huic anno Chaldaico nomẽ eſt, quẽ genethliaci nõ ad ſolis lunæq; curſus, ſed ad obſerua-*

tiones

I. Cenſorinus de die Natali. Cap. xv. correctus.

II, Eod. cap.

III. Iterum eod. cap. ſupplet⁹ & notatus.

tiones alias habẽt accomodatũ: quod in eo dicũt tẽpestates, frugũq; prouẽtus ac sterilitates, morbosq; circũire. pleni⁹, & meli⁹ membranæ Coloniẽses: *quod in eo dicũt, tẽpestates frugũq; prouẽt⁹, ac sterilitates, itẽ morbos salubritatesq; circũire.* opponit frugũ, puentui, sterilitatẽ: morbis, salubritates. post tria admodũ verba: *Item Calippi ex annis* LXXVI. arbitror legendum, quod patriam nõ inuitus eorũ, quos laudat Censorinus, Græcorũ adijciat, discretionis credo causſa, cum multi cognomines floruerint philosophi, vt tẽporib⁹, ita patria diuisi; *Calippi Cyziceni.* in membranis sane *Cyuzeni*, aut certe *Cyzineni* mendosè exstabat. post aliquãmulta. *Sed horũ omniũ pẽteteritas maximè notandas tẽporib⁹ Græci obseruant.* hoc non monerẽ, nisi tãptinaciter in eũdẽ errorẽ cõsentirẽt oẽs omnino editiones, q. tollẽdus scribẽdo; *no tãdis tẽporib. Græci obseruãt.* loqtur de Olympiadib. quib. vti in notione suorũ tẽporũ solere Græcos oẽs, vel pueri sciũt. Sequit⁹ loc⁹ insignis plane, sed vitijs ppe alienis, quã virtutib. suis nobilior. *Philolaus annũ natur alẽ dies habere prodidit,* CCCLXIV. *& dimidiatũ. Aphrodius* CCCLXV *& dierũ duorũ, et viginti partẽ vnde sexagesimã. Arpalus aũt* CCCLXV, *& horas æquinoctiales* XIII. *At noster Ennius* CCCLXVI. *Pleriq; præterea incõprehensibilem quidẽ & inenumerabilem esse existimauerũt: sed pro vero quod proximũ putabant, amplexi sunt, dies scilicet* CCCLXV. *Igitur cum tanta inter viros doctissimos fuerit dissensio: quid mirũ si anni ciuiles (quos diuersa ciuitates rudes etiã tũ sibi quæq; statuebant) & tã inter se discrepẽt, quam cũ illo natu-*

IV. Adhuc cap. XV.

V. Et quartò.

VI. Cap. XVI. insignis lacuna expleta locaque alia quinque, sex emaculata.

rali non congruant? Et in Ægypto quidem antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse. Post deinde à Pisone rege, quadrimestrem factũ: nouissimè annum ad XIII *menses & dies quinq; produxisse. Item in Achaia Arcades trimestrem annum primum habuisse dicuntur.* appoſui locum integrũ hunc de diebus anni minimè integrum. nũc exſperiar an ſuppleta ingenti in eo lacuna, nõ ex Aldo, in quo ita expletur, vt non multum noſtra interſit expletam eam ibi eſſe, adeo in vitio totũ eſt ſupplementum eius, ſed ex millies mihi laudatis membranis & multis alioqui mẽdis repurgatus, ita in priſtinũ reſtitui poſſe videatur. *Philolaus annũ naturalẽ dies habere prodidit* CCCLXIV *& dimidiatũ. Aphrodius* (etſi in m.ſ. eſt *Aphrodiſius*) CCCLXV *& partẽ diei octauam. Calippus autem* CCCLXV. *& Ariſtarchus Samius tantundem & præterea diei partem* XVII. *Meton vero* CCCLXV *& dierum quinq; vndeuigeſimam partem. Venopides* CCCLXV *& dierum duum & viginti partem vndeſexageſimam. Arpalus autem* CCCLXV *& horas æquinoctiales* XIII. *At noſter Ennius* CCCLXVI. *Plærique præterea incomprehenſibile quiddam & inenumerabile eſſe exiſtimauerunt, ſed pro vero quod proximum putabant, amplexi ſunt, dies ſcilicet* CCCLXV. *Igitur cum tãta inter viros doctos fuerit diſſenſio, quid mirum, ſi anni ciuiles (quos diuerſæ ciuitates rudes etiam tum ſibi quaq; ſtatuebant) tam inter ſe diſcrepent quam cum naturali nõ congruant? Et in Ægypto quidem, antiquiſſimum ferunt annum bimeſtrem fuiſſe. Poſt deinde à Biſone*

rege

rege quadrimestrem factum: nouissime Arminon ad XIII *menses & dies quinq; perduxisse.* lacunam sane cum fide expleui ex membranis, vt dixi. putoque in eius expletione nihil esse quod probari non possit, & debeat; nisi fortasse de parte illa diei XVII disputabitur; quod sane facile permitto ijs, qui hodieque tantum sibi rei esse cum supputationibus similibus volunt, vt, si non scientia, certe contradicendi studio pares ijs, quos recenset Censorinus, philosophis censeri possint: dum me illi vicissim patiãtur abire ad proxima sequentia, in quibus ex, *incomprehensibilem quidem & inenumerabilem* feci, *incomprehensibile quiddam & inenarrabile*: mutato de coniectura (cetera enim membranarum auctoritas facile tuebitur) τῷ *quidem*, in *quiddam*. in quo si peccaui, ignoscant quæso illi saltẽ, quibus sæpe inmanè quantum à scriptis codicibus & cusis abijsse impune fuit. scripsi etiam (quid enim attinet leuiora persequi?) *Bisone* pro *Pisone* &, *Arminon* pro *annum* volentibus iubentibus membranis eisdem, & ex re. vnde enim Pisonis nomen Ægyptijs regibus? sed desino, vir nobilissime; sentio enim quã pene putidum fit hæc talia ad te. Vale igitur, meq; quod facis beniuolentia tua complecti perge. Wirzeburgi Idib. Nouẽbrib. anni CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPIST. XLIIX.

Franc. Modius Theodoro Cantero S.
Vltraiectum.

FRaternum istuc habes; habitas dies noctesq; in libris, nec quidquam tibi sine his iucun-

dum. ergo ſpes eſt,& hæc quoque noſtra, qualia qualia illa,in litteris,& de litteris certè,non inuitum & illibentem eſſe lecturum. Silius:

I. Silius lib. VIII. Verſu CCCXL. bis, ter correctus.

Cunctis haſta decus, clypeuſq; refertur in orbẽ,
Vertice & implumes, ac læui tegmine cruris
Ibant; & læti pars ſanctum voce canebant
Autorem gentis, pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

inſignis hic propter antiquitatem locus eſt; ſed qui emendatione & explicatione opus, ſi quis alius in Italico, habeat.in quorum vtroque quid nos poſſimus, videamus; & quod ad ſcripturam eius ſanè attinet,eam ego ſic ex membranis conſtituendam arbitror:

Cunctis haſta decus, clypeuſq; refertur in orbẽ:
Coniq; implumes; & læuo tegmina crure:
Ibant, & læti pars Sanctum voce canebant
Autorem gentis, pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

nunc ſingula cõſideremus diligentius. haſtã tribuit Sabinis, quæ illis voce ſua *quiris* dicebatur; vnde, *Quirites Romani*, &; *Quirinus* ſiue haſtatus, *Romulus*. dicit in læuo crure ocream habuiſſe; nimirum, quod Sabinis Pelaſgi iam olim immixti fuerint; quorum vt & Ætolis hic, ſi quid Ariſtoteli credimus, mos fuit; vt dextro crure nudo, ſiniſtro tecto in aciem prodirent; contra morem militarem, qui requirit, vt dextrum potius crus militibus muniatur; quod hoc ex diſci-

plina

plina in ante illi habere debeant, quo & latera eorum ab hostibus subducantur, ne vulnus possint accipere; & proximior sit dextra, quæ plagã possit inferre. & Romani quidem, teste Vegetio nostro cap.xx.lib.1. ferreas ocreas in dextro potissimum crure gerebant. sequitur *Sanctum*, seu mauis, *Sancum pars voce canebãt*, qui vnus & idẽ cum Fidio, & Semone. Ouidius: *Quærebam Nonas Sanco Fidióne referrẽ An tibi* &c. scripsi etiã: *proprio de nomine* non, *patrio*, nec debui aliter. quomodo.n.de Sancti patris nomine dixit Sabinos Sabus, ac nõ de suo potius, cũ hoc etymõ clamet? mens certè hæc poëtæ fuit, vt existimaret à Sancto originẽ quidẽ Sabinos, sed à Sabo nomẽ traxisse. & Cato de Orig. ait, *nomen esse impositum ex Sabo diui Sagni* (fortè *Sancti* aut, *Sanci*) *gentilis filio*. poteram ad alia trãsire, sed prius etiã hoc in locũ hunc addã: Sabinos, quod me paullo ante fugit dicere, non tantũ præter militiæ leges communes in eo fecisse, quod crus sinistrum armis munirent, sed hac quoq; in re, quod implumes conos habuerint, cum plumati, aut vrsinis alijsq; pellibus tecti coni plus terroris afferre soleãt; ideoq; strictè tales eos habere milites à Vegetio præcipiantur. atque hinc ait etiam in prioribus libris Silius: *Et Ligurum horrentes coni.* verum satis iam militiæ præcepta persecuti sumus. Pergamus Silium emendare potius, & illustrare etiam in alijs:

II. Cato de Orig. an forte emendatus.

III. Versu CCCXXCV.

Ductor Piso viros spernaces mortis agebat;
Ore puer: pueriq; habitu, sed corde sagaci. &c.

malam rem, vt pueri habitu in aciem descenderit Piso ille, quem ait poëta ætate penè adhuc puerũ, sed animi maturitate senem fuisse. liquet mihi, planè esse reponendum:

Ora puer, pulcherq; habitum &c.

IV. Versũ CCCXCII. Versũ ab hoc VI.

Huic genus orditur Minos, inuisaq; tauro
Pasiphae. elegantius longè venustiusque membranæ:

Huic genus orditor Minos, inclusaque tauro
Pasiphae. respexit poëta, dum hic Hetruscorum ducẽ Galbam fingit à Minoe & Pasiphae genus ducere, ad Imperatorẽ Galbam, qui stemma in atrio proposuit, quo paternam suam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaen Minois referret. Sequitur:

V. Versũ CCCCXV.

Spicula bina gerunt caput his cudone ferino
Stat cautum, Lycios damnant hastilibus arcus,
Hæ bellare acies norant, ac Marsica pubes
Et bellare manu, & chelydris cantare soporem.

lego:

Spicula bina gerunt; capiti cudone ferino
Sat cautum: Lycios damnant hastilibus arcus;
Hæ bellare acies norant: at Marsica pubes
Et bellare manu, & chelydris cãtare soporẽ &c.

vbi: *Lycios damnant hastilibus arcus* valet; malũt hasta, quam arcu in pugna vti, vsum hastæ sagittandi arti præferunt. *codo* autem est pellis ferina cruda, & vt feris detracta est. Post aliquam multa:

VI. Versũ 1015. bis correctus.

Ipse humero exertus, gentili more parentum

Difficili

Difficili gaudebat equo, roburq; iuuenta
Flexu cornipedis duro exercebat in ore.
Vos etiam attrita, desolataq; virorum
Eridani gentes.

reor emendandū: *Flexi cornipedis.* nec malè esse in membranis iudico;

Vos etiam accisa, desolataq; virorum
Eridani gentes &c.

mihi certè nescio quomodo magis placet. porro Cethegorum hic mos fuit à L. Cethego initium sumens, vt exerto humero depugnarent. vnde cinctuti dicti. Lucanus:

——exertiq; manus vasana Cethegi.

Addam vnum etiā locum insignitè corruptum, & in felicissima eius in integrum ex edicto albi membranacei restitutione finem faciam: VII. Versu. LXIV.

Ludificante etiam terroris imagine somnos,
Gallorum visi bustis rupere nitores.

quæso an non prodigiosiores isti *nitores*, quam omnia illa ipsa prodigia, quæ Silius hoc loco Cannensem pugnam præcessisse dicit? scribe igitur:

Ludificante etiam terroris imagine somnos,
Gallorum visi bustis erumpere manes.

quomodo habet m. s. liber Agrippinensis, quo meliorem vsquam gentium exstare, vt veniat etiam in contentionem, quem ex Hispanijs Romam aduexisse nescio qui dicitur, vix est vt mihi persuaderi possit. Vale.

EPIST. XLIX.

Franc. Modius Lauino Torrentio Archidiacono Brabantiæ S. Leodium.

EA fuit tua erga me ante quadriennium, & quod excurrit, humanitas, vir amplissime, vt nulla mihi hanc vmquam dies sit exemtura. fuisset modo vt diutius frui tanta beneuolentia potuissem, non exigui ex ea fructus fortasse in rẽp. litterariam aliquando redundassent. neq; enim dubito quin & præclara illa bibliotheca tua omne genus libris manu exaratis, aut typis excusis quidem, sed vel à te, vel ab optimo & eruditissimo Langio in Italia, Gallia, Germania ad scriptos codices diligenter collatis instructissima, quam aduenienti statim patere voluisti, porro etiam vsibus meis tua volũtate aperta semper futura fuerit; & ego tuo præsertim iudicio limatissimo adiutus, non nihil ex ea publico cõmodare potuerim. sed me fatũ seu meum seu patriæ aliò abripuit, ibique collocauit, vbi, nisi quod vobis amicis careo, cetera lætus ago quidem, otio eo fruens, beneficio amplissimi & splẽdidissimi Patroni mei Erasmi Neustetteri, cognomẽto Sturmeri, quod, fuit tempus, cum ne optare quidem à Deo sustinuissem: sed sic ago, vt sæpe cogitatione, quæ velocissima est, apud vos sim; & iucundissimæ quondam cũ multis clarissimis & eruditissimis viris Brugis, Duaci, Louanij, Leodij, Antuerpię, & Colonię inprimis cõsuetudinis recordatione, magna cũ voluptate assiduè afficiar. hoc interim lætus, datã hac peregrinatione occasionem

nem ad has amicitias multas alias amplissimorũ & eruditissimorum virorum, quorũ sanè hîc humanitate incredibili prędĭtorũ maior, quam quidam dictitare solebant, est copia, adiungendi. de cetero ne forte in quo studio tantũ, quantũ dixi meum otium conterã, requiras, hęc & his similia persequor, quæ iam ponã. non quo grauioribus vacare aut nõ possim, aut nõ velim, sed quo hæc affecta olim qualia, qualia, præsertim cũ publicè profutura videantur, prius cõficienda, cõfectaq; in vulgus edẽda censeã. Lucij Annæi Senecæ de Clemẽtia libro primo hæc ad Neronẽ verba sunt: *Nemo non, cui alia desint, hominis nomine apud me gratiosus est: seueritatẽ abditam, clementiã inprõtu habeo.* quę ego verba vt in morbo cubare temerè asserere nõ ausim, ita dissimulandũ mihi non putaui, in libro scripto, quo hîc Herbipoli à Dominicani Ordinis religiosis vsus sum, quædã in ijs aliter cõcipi, legiq; in eo nõ; *in promtu habeo*, sed; *in procinctu habeo.* quod vnde sit, & qui ex propria in hãc tralatitiam sedem peruenerit, tu, Torrenti eruditissime, optimè nosti; & alijs ex Festo discere difficile nõ erit. Sequitur statim in Seneca: *Potes hoc Cæsar prædicare audacter, omnia in fida tutela haberi: nihil per te neq; vi neq; clam reip. ereptum. Pincianus testatur hic in duobus scriptis codicibus legi: omnia quæ in fidem tutelamq; tuam venerunt*; quod & ego in Dominicanorũ libro exstare profiteor. nisi quod *suscepisti* pro *venerũt* ille refert; ex cuius porro litterarum vestigijs totum locum ita constituo: *Potes hoc,*

I. Senec. de Clementia lib. 1. Cap. 1. emendatus.

II. Eod. Cap.

(æsar, audacter prædicare, omnium quæ in fidem tutelamque tuam susceperis; nihil per te, nequevi
III. *neque clam reip. abrasum.* Rursum statim: *Ne-*
Adhuc eod. *mo iã diuum Augustum, nec Tiberij (æsaris pri-*
Cap. *ma tempora loquitur. Nemo qui te imitari velit, exemplar extra te quærit.* m.s. *Nec quod te imitari velit,* forteque aut ita legendum, aut certe omnino: *Nemo iã diuum Augustum, nec Tiberij Cæsaris prima tempora loquitur. Nemo quod te imitari velit exemplar extra te quærit.* notũ & decantatum quinquennium Neronis, in quo ita se gessit; vt in neminem potius, quàm in se ipsum inspicere debuerit boni principis exemplar requirens.
IV. Cap. III. *Ita enim virtutes magnis viris decori gloriaque sunt, si illis salutaris potentia est.* Virtutes numquam non cui cui etiam infimo decori gloriæque sunt; neque vllis aut potentiæ vitibus, aut paupertatis cõtemtui subijciuntur. quare rectam opinor lectionem scriptam: *Ita enim magnæ vires decori gloriaque sunt, si illis salutaris potentia est.* sequitur certè: *Nam pestifera vis est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis fundataque est, quem* &c.
V. Cap. IV. *Illeest*
Cap. IV. *enim vinculum, per quod resp. cohæret, ille spiritus vitalis, quem hæc toi millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens illa imperij subtrahatur:*

——Rege incolumi mens omnibus vna:
Amisso rupêre fidem.

Hic casus Romanæ pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi in ruinas aget. illud; *in ruinas* in libro

bro ſcripto nullũ erat;& videtur ſanè ab eo profectum, qui vim verbi *ago* non ſatis intelligeret. totus denique locus ex eodem manu exarato codice ita legendus eſt: *Ille eſt vinculũ, per quod reſpublica cohæret: ille ſpiritus vitalis, quẽ hæc tot milia trahunt; nihil ipſa per ſe futura niſi onus, & præda, ſi mens illa imperij ſubtrahatur:*

—— Rege incolumi mens omnibus vna eſt:
Amiſſo rupere fidem.

hic caſus Romanæ pacis exitium erit; hic tãti populi fortunam aget. Cap. V. *Clementia in quamcunque domũ pervenerit, eam felicem tranquillãq; præſtabit. Sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Quid enim eſt mirabilius, quam eum, cuius iræ nihil obſtat?* &c. lego: *Quid enim eſt memorabilius,* ex membranis. Eod. cap. *Magni autem animi eſt proprium, placidum eſſe, tranquillumq; & iniurias atque offenſiones ſemper deſpicere. Muliebre eſt furere in ira.* eædem membranę: *& iniurias offenſiones q; ſuperne deſpicere,* quod obuijs amplectot vlnis: *ſuperne* dixit, tamquam ex arce aliqua virtutum & ſapientiæ. adhuc eodem cap. *At ſi dat vitam, ſi dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere; facit quod nulli niſi rerum potenti licet.* in ſſ. *facit quod nulli niſi rerum potenti licet.* & hoc probo. merum enim Latium eſt: ſequiturque cap. XXI. *Vti itaque animoſe debet tanto munere deorum, dandi auferendique vitam potens: in his præſertim* &c. vt appareat libẽter hoc verbo vſum philoſophum, qui cap. IX ait: *Paullus nẽ te, & Fabius Maximus, & Coſſi, & Seruilij ferẽt,*

VI. Cap. V.

VII. Ibidem.

VIII. Adhuc ibidem.

IX. Cap. IX.

tantumq; agmen nobilium non inania nomina præferentium, sed eorum, qui imaginibus suis decori sint? vox *nobilium* abest à Dominicanorum scripto codice, videturque sanè æquè commodè in omnibus abesse posse. Cap. x. *Ignouit abauus tuus victis. Nam si non ignouisset, quibus imperasset? Sallustium & Cocceios, & Duillios, & totam cohortem primam interioris admissionis ex aduersariorum castris conscripsit. Nam Domicios, Messallas, Asinios, Ciceriones, & quidquid floris in ciuitate erat, clementiæ suæ debebat. Ipsum Lepidum quamdiu mori passus non est? Per multos annos tulit ornamenta principis retinentem, & pontificatum maximum, non nisi mortuo illo, transferri in se passus est. maluit enim illum honorem vocari quam spolium.* turpiter corruptus elegans alioqui omnino locus; quique sibi è membranis ita restituendus: *I.a.t.v. N. s.n.i.q.i? Sallustium, & Cocceios, & Deillios, & totam cohortem primæ admissionis, ex aduersariorum castris conscripsit. Iam Domicios, Messalas, Asinios, Ciceriones & quidquid f.i.c.e.c.s.d. Ipsum Lepidum quamdiu passus est? Per m.a.t.o.p.r. & p.m.n.n.m.i.t.i.s.p.e. Maluit enim honorem illum, quam spolium. interioris* illud vulgatum videtur in aliquo libro à glossographo nescio quo ad vocem primæ adscriptum, moxque mutato *primæ* in *primam* in contextum irrepsisse. in nostro sane codice, dico illo, quo vsus sum à Dominicanis, rectè omisso illo scriptum reor, vt iam dixi. sic enim alibi Seneca: *Nõ sunt isti amici qui agmine magno ianuam pulsant,*

X. Cap. x. ter, quater notatus.

qui

qui in primas & secundas admissiones digeruntur. & tale est illud Lampridij de Alexandro: *Moderationis tantæ fuit, vt amicos non solum primi ac secundi loci, sed etiam inferioris, ægrotantes viseret.* sed de gradibus amicorum, eorumque origine, & progressu, totoque Admissionum, & Admissionalium genere videatur eruditissimus & amicissimus Lipsius, commentario ad VI. Annalium Taciti; cuius ne scrinia compilasse puter, mihi hic adhibenda est merito cautio. qui quod inducta voce, *vocari*, scripsi: *Maluit enim honorem illum quam spolium.* in eo & membranis dicto audiens fui, & Latio consului. neque enim aliter optimus quisque scriptor loquitur; & in eis nominatim Sallustius, Tacitus. Curtius meus. nam ista, *Ipsum Lepidum quamdiu passus est?* ita scribenda; maleq; addito verbo *mori*, & negatiua à sciolis fuisse interpolata, tum ipsa facilè probabunt, tũ gemina germina ea apud Terentium Phormione locutio: *Ego te complureis aduorsum ingeniũ meum menses tuli Pollicitantem* &c. Vale, vir amplissime, nobisque & studiosis omnibus tandem aliquãdo de accuratissimo & litteratissimo in Horatium, quem æmularis, commentario tuo gratificare. iam pridem enim præcepto illi; *nonumq; prematur in annum*, ni iudicãs fallor, satis factum est. iterum Vale. Herbipoli V KL. VIIbres CIↃ.

IↃ. LXXXIII.

EPIST. L.

Franc. Modius Iacobo Monauio ſ. C. Vratiſlauienſi S.

AIt Epicurus: Initium eſt ſalutis morbũ ſuum noſſe. egregiè profectò. deprehẽdantur enim vitia oportet, ante quam poſſint emendari. numquam de remedio eius quiſquam cogitabit, quod virtutis loco ducit. quantum poteſt igitur diligenter in ſingula inquirendum eſt, etiã ea, quæ prima fronte ſatis ſana apparebunt. multa fallũt ornatiſſime Iacobe Monaui ſpecie recti, vt hic apud Silium Locus:

I. Silius lib. IX. verſu. CCVI ter emaculatus.

Electos optare dabo inter prœlia campos.
Addam etiam flaua Tibris quas irrigat vnda
Gurgitibus late captiuis paſcere ripas.
Qui vero extremo ſocius mihi cardine Byrſæ
Signa moues &c. ad quæ interpres Marſus: *Extremo cardine, id eſt, qui es mihi ſocius in bello quadam affinitate remota, ſcilicet quia ſolummodo cenſeris ſub imperio Byrſæ. ſed hæc Silij locutio eſt nimis affectata; niſi ſit hic aliqua menda, quod ego arbitror. difficile namq; eſt elicere ſenſum ex his verbis.* hoc eſt quod iam dixi, Marſe, diligenter etiam illa eſſe examinanda, quæ proba alioqui videantur. quod tu quia minus facis Silium incuſas inmeritiſſimo, qui ſcripſerat:

Electos optare dabo inter pramia campos.
Addam etiam flaua Tibris quas irrigat vnda
Captiuis latè gregibus depaſcere ripas.
Qui vero externo ſocius mihi ſanguine Byrſæ
Signa moues &c. ecce ſublata tibi tria menda,

& to-

& totiens ſententia poëtæ ſua reſtituta in tam paucis verſibus. non enim inter prœlia, ſed poſt prœlia militibus dona militaria conferuntur. nec quidquam ſani, aut quod pro ſano haberi poſſet, erat in illis: *Gurgitibus latè captiuis paſcere ripas.* niſi forte milites gramine paſcendi erant; quod gregibus captiuis plane conuenit. tertium monitione non eget, illud interea dicetur; Paullo ante vbi eſt: II. Verſu CXCII.

Clarior his titulis, plus allatura cruorũ
Lux oritur. ſcribendum videri:
Clarior his titulus, pluſq; allatura cruoris
Lux oritur Sed nec paullo poſt rectè legunt cuſi libri: III. Verſu CCXV.

Ad muros ſtatis Roma, licet auia longe
Vrbs agat, & noſtro procul à certamine diſtet:
Hæc hodie ruet, atq; vltra te ad prœlia, miles,
Nulla voco. cum & hic emendandum ſit; *Hic hodie ruet.* manifeſta plane & clara etiam lippis ratione. Quemadmodum & in ſequentibus verſibus: IIII. Verſu CCXX.

Barbaricus læuo ſtetit ad certamina cornu
Bellator Naſamon, vnaq; inmanior arctus
Marmaridæ. etiam ſtrabis liquere poteſt, legendum eſſe, *inmanior artus.* quod valet membris vaſtis & inmanibus. Sequitur: V. Verſu CCXXXIX. ſemel atque iterum interpolatus.

Turritas moles ac propugnacula dorſo
Belua nigranti geſtans, ceu molibus agger
Nutat, & erectos attollit ad æthera muros.
Cetera iam Numidis circumuolitare, citoſq;

Ferre datum curſus, & toto feruere campo.

aio legendum:

Turritas moles ac propugnacula dorſo
Belua nigranti geſtans, ceu mobilis agger
Nutat, & erectos attollit ad æthera muros.
Ceteraiam Numidis circum volitare, vagosq;
Ferre datur curſus; & toto feruere campo.

atq; ita habent membranæ; niſi quod poſtulante ſententia *mobilis* ex *molibus* feci. cum viderem elegãter à Silio caſtella, quæ Elephanti dorſo ferrent, vallum mobile vocari. Corrigendum etiam mox:

VI. Verſu ccxxc.

——*Mixtoq; ſimul calefacta per ora (armis*
Cornipedum hinnitu, & multum ſtrepitantibus
Errabat cæcum turbata per agmina murmur.

pro quo malè referũt editiones *trepidantibus armis.* quod præter mentem poëtæ eſt, vt & illud:

VII. Verſu ccccxxciv.

Voluitur ille ruens, atq; arma hoſtilia morſu
Appetit, cum ſcribendum omnino ſit *atque arua hoſtilia morſu Appetit.* vt & ſequentia iſta probant:

——*Et mortis premit in tellure dolores.*

EPIST. LI.

Franc. Modius Sebaſtiano Neuſtettero cognomento Sturmero Eq. Franco S.

QVærebat ex me, nobiliſſime Neuſtettere, vir doctus, quid eſſet, quod cum plærique ſcriptores, veteres, recentiores; Græci, Latini; tres faciant iudices infernales, ipſe in neſcio quo

mea

meo carmine iudicium hoc vno etiam auxerim, tamquam Æacus, Rhadamantus, & Minos laborioſiſſimi alioqui, nunc iuri dicundo pares non ſint, cui tot ſeculis ſuffecerint. reſpondi, etſi illudere poteram, iaciendo; nouis quotidie ſceleribus tempora noſtra nobilitari, quibus peculiaris iudex extra ordinem dandus fuerit; ſine idoneo auctore nihil in hac parte à me præter opinionem communem ſtatutum eſſe, vt ſuo tempore eſſem omnibus probaturus; ſatis gnarus futurum alioqui, vti plures etiam ad eundem hunc lapidem offenderent. quem hic nunc remouere fert animus, vbi prius emendatiunculas aliquot ex ampliſſimi fratris tui membranacea bibliotheca depromptas lubens merito iudicio tuo ſubiecero. Ait Plinius Secundus Epiſtol. xiv. lib. v. *Inductus eſt Nominatus, egit ipſe pro ſe nullo accuſante. Etenim legati Vicentinorum non modo non preſſerunt eum, verum etiam ſubleuauerunt. Summa defenſionis nõ fidem ſibi in aduocatione ſed conſtantiam defuiſſe: deſcendiſſe vt acturũ, atq; etiã in curia viſum: deinde ſermonibus amicorum perterritum receſſiſſe. monitum enim ne deſiderio ſenatoris nõ iã quaſi de nundinis, ſed quaſi de gratia, fama, dignitate certantis, tã pertinaciter, præſertim in ſenatu repugnaret: alioqui maiorẽ inuidiã quam proxime paſſurus erat. Sane prĩ tamẽ à paucis acclamatũ exeunti. ſubiunxit preces, multumq; lacrimarũ.* & quæ ſequunt. ſunt. n. hęc ipſa iã nimis multa, ſentio; ſed neceſſe habui locũ hũc ąltius paullo repetere, vt medicinę, quã facere ei

I. Plinius Iunior. lib. v. Epiſt. xiv. notatus.

prorſus inſignitam fert animus, ratio liquidius omnibus liqueret. in quo ne lõgior arguar; ſcire licet partem affectam huius loci, & peſſimis modis habitam eſſe, vbi iſta leguntur: *alioqui maiorẽ inuidiam quam proximè paſſurus erat. Sane prius tamen à paucis acclamatum exeunti. ſubiunxit* &c. ex quibus verbis quicumque ſenſum tantũmodo idoneũ eruet, me ſibi ſeruitum abducito, & ipſe ego adeo me illi addicam. ſed numquam quiſquam faciet; quare remedium ægræ ſcripturæ, & in morbo cubanti ex ſcriptis libris hoc modo properemus: *alioqui maiorem inuidiam quam proximè paſſurus. Erat ſanè verum, tamen á paucis acclamatum eſt. Inde ſubiunxit preces, multumque lacrimarum.* erat quidem verum, inquit, quod retulerat Nominatus, pauci tamen (forte an gratia collegæ, vel alia cauſſa ſilentium tenentibus ceteris) acclamatione & aſſenſu ſuo dicentis orationem comprobarunt; cũ ſubito ille à purgatione ad deprecationem, vtpote fauorabiliorem, ideoque ſibi conducibiliorem conuerſus eſt, nuſquam quoquam, vt nugantur editiones, quæ exeũtem illum nobis faciunt, digte-

II. Epiſtola xv. diẽs. Epiſt xv. *Idẽ enim mihi, vt ſcis collega, quaſi voto petitus, in præfectura ærarij fuit: fuit & in cõſulatu. tum ego qui vir & quantus eſſet, altiſſimè in ſpexi, cum ſequerer vt magiſtrum, vt parentem venerer; quod non tam ætatis maturitate, quam vitæ merebatur*, membranacei libri omiſſo τῷ *tam* referũt: *quod nõ ætatis maturitate, quã vitæ merebatur*. & quidni ſequamur, quo vocãt illi I.C. certe noſtri ſexcẽtiens hunc Græciſmum ni potius

Videatur Antonius. Auguſtinus emẽdat. lib. v. Cap. VIII.

luda-

Iudaiſmus eſt imitati, ſic locuti deprehẽdũtur. in reliquis Vlp. cap. xx. De operis noui nuntiatione: *Plane ſi quæratur an in hæredẽ eius, qui opus fecit, interdictũ hoc competat: ſciendũ eſt Labæonem exiſtimaſſe, in id quod ad eum peruenit, duntaxat dari oportere, vel ſi quid dolo malo ipſius factum ſit, quo minus perueniret. Non nulli putant, in factam eſſe dandã, quam interdictum: quod verum eſt.* idẽ Vlpianus lib. LXI ad edictum. *Pro hærede gerere videtur is, qui aliquid facit quaſi hæres. Et generaliter Iulianus ſcribit eũ demũ pro hærede gerere, qui aliquid quaſi hæres gerit. Pro hærede autẽ gerere nõ eſſe facti quã animi.* Scæuola cap. c. de Legatis lib. III. *Hic chirographa debitorũ, & pecuniã, cum eſſet profecturus in vrbẽ, in latralibus condidit, & chirographis exactis quã pecunia erogata, reuerſus in patriã poſt bienniũ* &c. Modeſtinus cap. III De alimẽtis vel cibariis legatis: *Modeſtinus reſpondit: videtur mihi ipſa prædia eſſe libertis relicta, vt pleno dominio hæc habeant, & nõ ſolũ vſumfructũ. Et ideo & ſi quid ſuperfluũ in reditib. quã in cibariis erit, hoc ad libertos pertinet.* quib. omnib. locis (ſatis. n. exẽplorũ cõgeſſiſſe videor, quib. emẽdatio noſtra confirmetur) recte ſic ab ampliſſimo & eruditiſſimo, Antonio Auguſtino ſic olim emendatis, barbari tamẽ additio vbiq. ſuo *tã* legunt, hodieq. *tam in factũ eſſe dãdam, quam interdictũ* &; *non tam eſſe facti, quam animi*, item: *& tam chirographis exactis, quã pecunia erogata.* ac poſtremo: *etſi quid ſuperfluũ tam in reditibus, quam in cibarijs erit.* ſed pergamus aliquando tandẽ ſi vipetur, in III. Epiſtola XVI. Plinio cuius ſunt iſta ex epiſtola XVI. *Eſt quidem ille eruditus & ſapiens, vt quiſe ab ine-*

unte ætate, altioribus ſtudijs artibusque dediderit; ſed nunc omnia quæ audijt, ſæpeque dixit, aſpernatur: expulſisque virtutibus alijs, pietatis eſt totus. Ignoſces, laudabis etiam, ſi cogitaueris quid amiſerit. vberius & plenius paullo membranæ: *expulſisque virtutibus alijs, pietatis eſt totus. & talis eſt pietas, cui ignoſcas, laudabis etiã, ſi cogitaueris quod amiſerit.*

IV. Epiſtola XXI. Epiſt. XXI. *Cauſſa dilationis Nepos prætor, qui legibus quærit. Propoſuerat breue edictũ, admonebat accuſatores, admonebat reos, exſecuturum ſe quæ ſenatuſconſulto continerentur.* mẽbranæ; *Cauſſa dilationis Nepos prætor, qui legi de muneribus præpoſuerat breue edictũ, admonebat* &c. quibus lectionibus diligenter collatis labor, vt ſcribendum ſuſpicer: *Cauſſa dilationis Nepos prætor, qui lege de muneribus quærit. Propoſuerat breue edictum* &c. & ſenatuſcõſultum ſanè, de quo agitur, in eam erat ſententiam, vt iuberentur omnes, qui quid negotij in iudicio haberent, ante quam agere occiperẽt, iurare; nihil ſe quidquam aduocationis nomine cuiquam dediſſe, promiſiſſe, cauiſſe. vnde recte illud exſecuturus, Lege de munerib. quærere, dici poterat. verũ ad hoc

V. Lib. VI. Epiſt. XIV. Lib. VI. Epiſt. XIV. *Sollicitas me in Formianum: veniam ea condutione, ne quid cõtra commodũ tuum facias: qua pactione inuicem mihi caueo. neq; enim mare, & litus, ſed te, otium, libertatem ſequor: alioqui ſatius eſt in vrbe remanere.* membranæ translatis litteris, & dictionibus: *neq; enim mare, & litus, ſed otiũ, & libertatem ſequor.* quam germanã huius loci lectionẽ eſſe, præter alia, quę omnibus

liquere

liquere confido, ſequentia quoque facile euincunt. Epiſt. xx. *Nã & tremor terræ perſeuerabat, & plæriq; lymphati terrificis vaticinationibus & ſua & aliena mala ludificabantur. nobis tamen ne tunc quidem, quamquam & exſpertis periculum, & ea ſpectantibus, abeundi conſilium, donec de auunculo nuntius veniret. Hæc nequaquam hiſtoria digna* &c. libri ſcripti: *nobis tamen ne tunc quidem, quamquam & exſpertis periculum, & exſpectantibus, abeundi conſilium, donec de auunculo nuntius. Hæc nequaquã* &c. quod longè vulgatis illis præfero. eleganter enim intelligitur illud *veniret*, vt ante in iſtis; *nobis tamen ne tunc quidem abeundi conſilium* verbum *placebat*, aut ſimile quid, &, *exſpectantibus* legendum, arguit illud, quod ait tremorem terræ adhuc perſeuerasſe. Epiſt xxxi. *Summo die abeuntibus nobis (tam diligens in Cæſare humanitas fuit) xenia ſunt miſſa.* mihi non parum cõcinnior lectio videtur ſcripta ad laudibus vehendam, & admirationi exponendam Cæſaris humanitatem, quæ per admirationis aut exclamationis notam ita ſe habet: *Summo die abeuntibus nobis (quam diligens in Cæſare humanitas!) xenia ſunt miſſa.* ſed iã tempus vt promiſſa appareant de iudicibus infernalibus, de quibus apud diuinum Platonem in Apologia Socratis hæc legere memineram:

VI. Epiſtola xx. bis interpolatus.

VII. Epiſtola xxxi.

Εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἀνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστι τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσι πάντες οἱ τεθνεῶτες, τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη, ὦ ἄνδρες δικασταί; εἰ γάρ τις ἀφικόμενος εἰς ἅδου, ἀπαλλαγεὶς τουτωνὶ τῶν φασκόν

τῶν δικαίων εἶναι, εὑρήσει τὰς ὡς ἀληθῶς δικαίας, οἵπερ καὶ λέγονται ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς, καὶ Αἰακὸς καὶ Τριπτόλεμος καὶ ἄλλοι ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; quæ Ciceronoſter lib. Tuſculanarũ primo, ferè verbũ verbo reddẽs, ſic extulit: *Sin vera ſunt quæ dicũtur, mortem eſſe migrationem in eas oras, quas qui è vita exceſſerunt, incolunt; id multo iam beatius eſt, te, cum ab iis, qui ſe iudicum numero haberi volunt, euaſeris, ad eos venire, qui verè iudices appellentur; Minoem, Rhadamanthum, Æacum, Triptolemum; conuenire q. eos, qui iuſtè & cum fide vixerint. Hæc peregrinatio mediocris videri poteſt?* Bene Vale, generoſiſſime Sebaſtiane. Combergi XII. Kl. Ianuarias anni CIↃ. IↃ. LXXXIV.

EPIST. LII.

Franc. Modius Frederico ab Eib Eq. Franco. S.

TEnues has & pauculas meas in Statium Papinium Surculũ belli Thebani ſcriptorem coniecturas, nobiliſſ. Frederice, mitto nunc, miſſurus in poſterum etiam plura de genere hoc, ſi hæc ipſa non ingrata fuiſſe intellexero. Contuli quidem & contendi olim hunc poëtam ad quattuor vetuſtos manu exaratos codices; multaq. ex iis nõ pœnitenda, vt tũ quidem mihi viſum eſt, in eo paſſim notaui, ſed hæc quoq. cum multis aliis attinentur ab iis, quos ego, etſi hoc agere videntur, numquam tanti feci, vt è tenebris ſuis in lucem mihi protrahendos exiſtimarem. præſertim cum cõgitarem, multa hic à me quoq; inſeri quæ fortaſſe melius laterent, nec publicè ſtudiis valde

valde profutura, & priuatim auctori ſuo non modo laudem nullam, quod quidem tolerabile erat, allatura; ſed, vt Cæcias nubes, multorũ, quæ eſt hodie hominum omnia arrodendi libido, reprehenſiones attractura. verum, iacta ſemel alea, certum eſt ſtrenuè etiam porro ſiue nugari, ſiue, vt quidam volunt, inſanire hoc eſt. Thebaidos libro primo de Tiſiphone: I. Statius Papinius Thebaidos lib. 1. emendatus.

Centum illi aſtantes vmbrabant ora ceraſtæ
Turba minor diri capitis. lego; *ſtantes*, non *aſtãtes*, remiſſiores enim & iacentes angues alioq; iraſcẽte furia & ipſi erigebãtur, vt in metu magno de Ænea Virgilius, *obſtupui, ſteteruntq. comæ.* &c. ipſe Surculus lib. VIII. de Gorgone Meduſa:

Pallada mulcet honos, rediitq; ardore remiſſo
Vultus; & erecti ſederunt pectoris angues. & in fine: ——*ſtetit aſpera Gorgon*
Crinibus emiſſis, rectiq; ante ora ceraſtæ
Velauere deam. multisque aliis locis, quibus miſſis, venio Ad iſtud quod eodem libro primo ſtatim eſt: II. Ibid.

——*quid ſi Tyriæ Phrygiæue ſub vnum*
Conuertentur opes? loca dira, arceſq; nefandæ
Suffecere odiis. Melius foret haud dubiè, *conuectentur opes*, ni verũ eſſet, me certe iudice, ſcripſiſſe poëtam, *conuerrentur opes* phraſi notiſſima optimo cuiq; ſcriptori. Lib. II. III. Lib. II.

Ipſe deũm genitor tibi me miſeratus ab alto
Mittit, habet Thebas. cæcumq; cupidine regni,
Auſurumq; eadem germanum expelle. ſunt verba Laij iuſſu Iouis nepotem Etheoclea in fra-

trem Polynicen exſtimulantis. ſed in quibus legatur, ſi quidem rectè legatur; *habe Thebas*, non *habet*. iubet enim occupare eũ Polynicen; quodq; ille auſur⁹ eſſet, vt finito annuo imperio ex pacto regno non diſcederet tamen, hoc eum priorem facere hortatur, vt ita belli cauſſa exiſteret, quo vtrumq; cæde mutua cadere in fatis erat.

IV. Ibidem. Eodem lib. II.

Teq; etiam infelix perhibent, Iocaſta, deorum
Poſſediſſe nefas. Plane legendum: *decorum poſſediſſe nefas*, quod mox, *ſanos cultus & ſacrum aurum*: item, *infauſtos ornatus* vocat, monile, dotale munus Hermiones à Vulcano intelligẽs. de quo ibi ſatis verbosè, & pleni omnes omnium poëtarum libri. Adhuc eodem lib.

V. Adhuc eodem lib.

Iura ferus populo trans legem & tempora regni
Iam fratris de parte dabas. ſedet omne paratus
Infacinus; queriturq; fidem tam ſero repoſci.

ſcribatur: *Iam fratris de parte dabat*, Etheocles puta. lib. III.

VI. Lib. III.

Nec mihi Sidonij genitalia fœdera Cadmi,
Nec tua chara fides (ne falſa inceſſere gaude)
Exciderant prius in patrui, &c.

repono; *Exciderunt*. illud vulgatum enim à litteratoribus eſt; qui ſexcenties in poëtis hocidem peccatum peccant, dum figurata iſta potius quã canonica putant. apud Virgil. *obſtupui ſteterunt q; comæ*, &c. item Lucretium: *caroſq; parentes prodiderunt*, &. *ſæpe ſopore excierunt*. ſed hos alibi refutauimus.

VII. Eodem. lib.

Statim eſt:

Hos mihi ius, nec fata vetant, ſic fatus, &c.

celi-

ecliptica, inquiunt, locutio est. vt illa apud Virgilium; *Quos ego. sed motos præstat componere fluctus.* sed nihil dicunt, legendum enim: *Hoc mihi ius.* bellum, inquit Mars, Thebis auertere fato prohibeor, sed in eo bello Thebas nostras propugnare, ô Venus, id neq; fata vetant, neq; ego parcè aut negligenter facturus sum. Eodem libro. IIX. Et iterum.

——*Procul hæc tibi mollis*
Infula; terrificiq; aberit clementia Phœbi.

verba sunt Capanei deûm contemtoris Amphiaraum vatem increpantis, quod ominibus, & prodigijs Argiuos ad bellum Thebanum profecturos terrere, & denuntiatio periculo, quod instaret, ab incœpto reuocare conaretur. Sed vbi omnino emendandum:

——*Procul hæc tibi mollis*
Infula, terrificiq; aberit dementia Phœbi, &c.

intelligendum de enthusiasmo, quo corripiebantur vaticinaturi; ante statim dixerat poëta:

Illũ iterũ Capaneus; tuus ô furor augur, & vni
Ista tibi. Ouid. de Cassandra.
Dixerat, in cursu famulæ rapuere furentẽ, &c.

certatim q; rabies, amentia, dementia, furor hæc mentis in auguribus aduentante Deo alienatio à poëtis appellatur. Lib. IV. IX. Lib. IV.

——*Sat dubium cœtu solante timorem*
Fallere, & incultos aris aduertẽre crines.

repono: *& incultos aris aduerrere crines.* sic enim & lib. IX. ait poëta:

Illam diua ferox etiamnum in limine sacro
Expositam, & gelidas verrentem crinibus aras
Linquit.aduerrere porro dixit, vt alibi, puto eodem libro IX.

——*quem discolor ambit.*
Tigris & auratis aduerberat vnguibus armos.

X. Lib. VII. Lib. VII.

——*longo docet agmine Graios*
Ire duces; nec iam Aoniis procul affore campis.
lego: *nec iam Aoniis procul afore campis.*

XI. Lib. VIII. Lib. VIII.

Pellitur & patria qui mente nouissimus exit
Lucis amor. quæ est mihi illa lux patria? scribo, & interpungo, *Pellitur & patria, &, qui mente nouissimus exit,*
Lucis amor: non iam inquit patriæ tantum nihil eos miseret, sed ne sui quidem, quibus certo exitio esset pereundum, luciſque vsura amittenda. Lib. X.

XII. Lib. X. Lib. X.

——*si pudor est; primum miserere tuorum.*
Hæc pietas, hic verus honos; ibi gloria tantum
Ventosumq. decus. emendo: *Hîc pietas hîc verus honos. hæc* illud inde est, quod heic antiquè forte esset in libris antiquis. Lib. XI.

XIII. Lib. XI. Lib. XI.

Aduolat, & medias inmittit Adrastus habenas
Ille quidem regnis, multum & venerabilis æuo.
Sed quid apud tales? quis non sua pignora cura,
Extet honos? memini esse hoc loco in scriptis libris: *Sed quis apud tales, quis nec sua pignora cura, Extet honos?* & rectè illi quidé, sed percurramus eiusdem auctoris Achilleida etiam, & peruiam pau-

paucula in ea quoque notemus Lib. I. XIV.

Illa (Thetis scilicet) *nihil gauisa locis, sed cœpta fatigat* Idem Achilleidos lib. I. notatus.

Pectore consilia &c. in donato mihi olim Duaci membranaceo codice erat nō, *Illa nihil gauisa locis* verum, *Illa nihil gauisa loci*, qui est elegantissimus hellenismus. & sic alii amant loqui. Paullo post: XV.

——— *& expleto teneri iam fine pudoris* Eod. lib.

Virginitas matura toris animiq; tumentes.

puto rectum, *annique tumentes*. vt respondeat illi Virgiliano, quod haud dubiè in mente fuit hæc scribenti Statio;

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

qualis Græcis ἐπήλυξ. emendamus simile quid ex membranis in Silio nostro, quem locum videat qui volet. Statim: XVI.

Adspicit ambiguum genetrix, cogitq; valentē. Iterum eod. lib.

omnino emendo: *cogitq; volentem*. est enim sermo de Achille, qui cū prius cultus muliebres ex consilio matris abnuisset, visa Deidamia, & eius repentè amore captus, facile femineos habitus sibi inijci passus est, quo facilius cupita sua latenter potiretur. de qua quod sequitur deinceps: XVII.

——— *nunc occupat ora canentis,* Adhuc lib. I.

Et ligat amplexus, & mille per oscula iungit.

emendandum videtur; *Et ligat amplexu*; vlnis, inquit, suis eam ligat. *ligare amplexus* nemo sanè sanus vmquam dixit. Lib. II. XIIX.

——— *quis enim genialia fœdera rumpi* Lib. II.

Capta dolis, facilq; trahi conubia raptu,

Ceu pecus, armentumq́, aut viles messis aceruos
Perferat? hæc etiam fortes iactura moueret.

verum est; *hæc & non fortes iactura moueret.* etiã timidos & imbelles, inquit, erepta cõiuge arma sumerent; & nos bellica laude celebres iniuriam tantam, & tam indignã in nos accipiamus? à minore ad maius, vt aiunt scholastici. Eodem lib. XIX. Eod. lib.

——mox ille per auia secum
Lustra gradu maiore trahens, visisq́ decebat
Arridere feris.

scribatur; *docebat*, Chiron puta. adiunxissem cõplura alia. sed sentio iamdudum quam ridiculum sit ea ad te potissimum à me mitti, quæ pleraque typographorum operis imputari possunt. Vale.

EPIST. LIII.

Franc. Modius Carolo Vtenhouio Nieulandiæ Domino. S. Nouesium.

QVod tam nihil à te nobis tanto tẽpore venerit litterarũ, amicissime Vtenhoui, iamdudum omnes querimur: etsi de me facilis res est; sed Posthius noster serio ringitur, nec tu, qui domi id de te discere ipse potes, ignoras esse genus irritabile vatum. ex animo, & seriò loquar, hoc tuum tam pertinax silentium nihil nos suspicari cogit, nisi quod nollemus præsertim, in valetudine tua non nimis firma, & corpusculo extenuato adeo; amabo, libera nos hoc metu; etsi tantum (quod opto, & spero) ab animo & corpore vales, vt horum tibi fastidium nõ existimes per-

pertimescendum, nota has notas. Lib. XII. Italici in his de Asconij Pediani (quem ex hoc loco flos Belgicæ nostræ Lipsius nō absurdè in electis Silio familiarem fuisse ratiocinatur) gentili versibus, quin versus vnus à libris vulgatis malè absit, dubitari non debet: I. Silius lib. XII. Versu CCXX. versui auctus.

——seu bella cieret,
Seu Musas placidus doctaq; silentia vitæ
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores,
Non vllum dixere parem, nec notior alter.
Qui postquam effusis vergens &c.

in his inquam, desideratur vulgo carmen vnum; hoc modo ex membranis in possessionē, & locū suū, vnde malè exulat, postliminio reducendum:

——seu bella cieret:
Seu Musas placidus, doctaq; silentia vitæ
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores,
Non vllum dixere parem, nec notior alter
Gradiuo iuuenis, nec Phœbo notior alter:
Qui postquam &c.

Sequitur de eodem: II. Et versu CCXXXIV. emaculatus.

Quem postquam egregiū cristis, & casside nota
Fulgentem extremo Pedianus in agmine vidit;
Cum subita ante oculos Paulli emersisset imago,
Sedibus infernis, amissaq; posceret arma &c.

Paulli imago nulla emersit; ideoq; interpolandum illud, *Cum*, faciendumq; ex eo, *Ceu*, quod valebit, tanquam, veluti, non aliter, ac si. In eadem adhuc narratione: III. Versu CCLIII.

Tum galeam magno ad socios clamore reportās
Immitem quatiebat equum &c.

Verius puto vt legamus: *Galeam magno ſociũm clamore reportans.* non aliter ſane habent membranæ; quas ego in ſimilibus lubẽter ſequor.

IV. Verſu ccxcv & deinceps, ter, quater correctus.

Mox eſt:

At conſueta graues per longũ audire ſuorum
Euentus Roma, & nunquam recreare ſecundis.
Allato tandẽ fauſtæ certamine pugnæ. & rurſus:
Punitur patriam meditantum linquere terrã
Conſilium infelix, ſceleratq; culpa Metelli.
Talia corda virũm, ſed enim non fœmina ceſſit
Mente æquare viros, & laudis poſcere partem.
Omnis præ ſeſe portans capitisq; manusq;
Antiquum decus, ac direpta monilia collo.

ex quibus priora ita emenda:

At conſueta graues per longũ audire ſuorum
Euentus Roma; & nunquã recreata ſecũdis &c.

Poſteriora vero ita:

Punitur patriam meditati linquere terram
Conſilium infelix, ſceleraq; culpa Metelli.
Talia corda virũm: ſed enim nec fœmina ceſſat
Mente æquare viros, & laudis poſcere partem.
Omnis præ ſeſe portans capitisque manusque
Antiquum decus, ac derepta monilia collo &c.

Emendationum ratio euidẽtior eſt, quam vt hîc à me reddi debeat. ad iſtud igitur potius:

V. Verſu cccliii. *Profuſa fugæ compendia carpens,*
Occulta tegitur valle.

ſcilicet veram eſſe ſcripturam; *prouiſa fugæ compendia captans.* Vt mox:

VI. Verſu ccccxl. ——— *anguſtis è faucibus æquor*
Erumpit ſcopulos inter, patuloque receſſu
Infun-

Infundit campis ſecretum gurgite pontum.
pro quo malè legitur hactenus:
Effundit campis ſecretum gurgite pontum.
Poſt aliquam multa VII. Verſu CCCCXCII.
——nunc ferro frangere cœtum
Obſtantum meditatur, & huic nũc auia cœpto
Conſilia, atque aſtu quærit tot millia portis.
Abſtrahere arctatis &c.
planè legendum videtur, ſuadentibus præſertim antiquis codicibus:
——nunc ferro frangere cœtum
Obſtantum meditatur: init nunc auia cœpto.
Conſilia &c. quomodo & oratio plena, & omnis difficultas remota erit. pergerem, & plura huius generis attexerem; niſi eum, qui tam nihil ſcribit, etiam longioris epiſtolæ lectione defatigari poſſe exiſtimarem, has igitur tum exſpectabis, cum ipſe vel perbreues ad nos dare non grauaberis. Vale.

EPIST. LIV.

Franc. Modius Georgio Ludouico Hutteno. S.

VAlerij Maximi dictorũ factorũq; memorabiliũ exẽplis domeſticis externisq; vt nihil ferè extat quod nos ad cõmunem vitæ vſum magis inſtruat, & ad omnẽ vtroq; in tẽpore fortunã moderatè ferendã confirmet; ita nihil eodẽ ſcriptore cõtaminatius, & ſciolorũ ineptijs inficetijsq; refertius olim vulgo circũferebatur: qđ omniũ manibus propter eam, quã dixi, vtilitatẽ præ ceteris tritus, ab vnoquoq; prout captus cuiuſq; fuit, certatim interpolaretur; cũ ante annos

aliquot octo, nouem à docto mehercule & litterato viro Stephano Pighio ita in priſtinũ reſtitutus, typis Plantini noſtri exornatus prodijt, vt nihil iã prope ei deeſſe ad integritatẽ ſuã videatur, octingentis enim & amplius locis inſignitis, prẽter leuiora errata, in eo emẽdatis tantũ nõ renatus, & ex media morte in vitam reuocatus eſt. adeoq; diligẽter hic fuit eruditiſſimus Pighius; vt Valerius eius medicina contentus facile cuiuſuis alterius artẽ cõtemnere poſſit, ſic tamẽ, vt, cũ nuper Bambergæ bibliothecas more mihi ſolenni excuterẽ, eiusq; exẽplar ſcriptũ ibidẽ apud Dominicanos eruiſſem, operã luſurũ me nõ exiſtimarẽ, ſi illud ad Pighianam editionẽ diligẽter cõpararẽ. quod dũ facio, hactenus profeci, vt fontes vbiq; errorum à diligẽtiſſimo illo viro Herculeo planè labore ſublatorũ deprehẽderim; eius inuẽtis adijcere vix pauculas has & leuiuſculas notas potui, quas tibi inſcribere, generoſiſſime Huttene, libuit; & quia te hiſce ſtudijs humanioribus fauere impenſè ſæpè animo aduertere viſus ſum; & qa exſtare inter hæc & qualiacũq; cupiebã, aliquod etiã teſtimoniũ ſtudij erga eũ mei, qui me tãta facilitate in amicorũ ſuorũ numerũ admittere ſuſtinuiſſes, quãta haud ſcio an in tui ordinis viris maior eſſe poſſit. Lib. 1. cap. 1. quod eſt de Religiõe, vbi ordit de externis dicere: *Quod quidẽ ad Pleminij facinus pertinuit, bene à patribus cõſcriptis vindicatũ eſt. Quod ad violentas regis Pyrrhi ſordes attinuerat, ſeipſam potẽter atq; efficaciter dea defendit.* Bambergẽſis liber pferebat: *Quod.*

I. Valerius Max. lib. 1. cap. 1. notatus.

q.a.P.f.p.b.à patrib. conſcriptis vindicata eſt: quod ad violẽtas regis Pyrrhi ſordes attinuerat, ſe ipſa potẽter atq; efficaciter defendit. & placet ſanè. nã reſpicit oratio ad ea, quę proximè immediatè (titulos enim, qd ſatis cõſtet eos ab auctore non eſſe, ſed à Grãmaticis, ad orã vbiq; annotari malim) de Proſerpina dicta ſunt. Statim poſt: *Factũ Maſaniſſæ plus animo, quã punico ſanguini cõueniẽs.* ita teſtat ſe ex libro Campẽſi reſtituere Pighius; cũ antea legeret: *Factũ Maſiniſſæ animo magis, quã Punico ſanguini cõueniens.* ego moneo & *plus* illud, & hoc, *magis* à Bambergẽſi codice rectè abeſſe; ſed malè in eodẽ à neſcio quo magiſtello eraſam voculã *quã* ſuppoſita in locũ eius negatiua *nõ*. ſic neſcio quis; *tacita.n.mulier bona eſt, quã loquẽs*. elegãtius.n. lõgè intelligũtur quã exprimũtur iſta, *plus, magis, potẽ, cauſſa, gratia*, & ſi qua his ſimilia. Lib. eod. cap. de ſomnijs: *Utriq; n. quidã per quietis ſpeciẽ prædixit, ex altera acie Imperatorẽ, ex altera exercitũ, Dijs Manib. matriq; Terræ deberi. Vtrẽ añt dux copias hoſtiũ aggrederetur, ſuperq; eas ſeſe ipſum deuouiſſet, victoriã habiturum.* mẽbranæ Bambergẽſes: *Vtrius añt dux copias hoſtiũ, ſuperq; eas ſeſe ipſum deuouiſſet, victricẽ abiturã*. inſanè, niſi forte ipſe à iudicio parũ ſanus ſum, benè, verãq; hãc lectionẽ cõuincunt iſta ſequentia. *Cõueniq; inter eos* (Decium & Manliũ conſs. puta) *cuius cornu prius laborare cœpiſſet, vt is patriæ fata capite ſuo lueret.* his, inquam verbis ſatis liquidè liquet *aggrederetur* illud à mala manu fuiſſe; reliquaque rectè à nobis interpolata.

II. Ibidem.

III. Cap. de ſomnijs.

IIII. Cap. de Miraculis. quare ad alia, quæ capite ſequenti de miraculis in hæc verba leguntur: *Cum Brucij atq; Lucani odio incitatiſſimo, maximisq; viribus Thurina vrbis peterent excidium, ac præcipuo ſtudio incolumitatem eius Fabritius Luſcinus coſ. protegeret; resq; ancipiti euentu, collatis vnum in locum vtriuſq; partis copijs, gereretur: non audentibus Romanis prælio congredi, eximiæ magnitudinis iuuenis primum eos hortari ad capeſſendam fortitudinẽ cœpit.* in libro Bambergenſi iſta; *non audentibus Romanis prælio congredi*, varie & in ipſo contextu, & ad oram interpolata erant; ſed ſic, vt ſpatium ſatis oſtenderet congredi illud afuiſſe olim; proq; *prælio* etiamnũ *prælium* adſcripto ad marginem, *ingredi* loco aſteriſco notato, in eo exſtaret. & auſim pignus dare, ni ſcripſit Valerius, non tam abiectus ſcriptor, quam vilis & demiſſus adulator; *non audentibus Romanis prælium.* apud Virgilium eſt; *audere in prælia.* Tacitus

V. Eod. cap. ſæpè ita locutus, vt noſtrum hic volumus. Eodem adhuc capite de Appio: *In eam regionem ſeceſſit, quæ inter Rhamnũta nobilem Attici ſoli partem, Cariſtumq; Chalcidico freto vicinã interiacens, Cœlæ Eubœæ nomen obtinet; vbi ante Pharſalicum certamen morbo conſumptus, prædictum à Deo locum ſepulturæ poſſedit.* ita emendat ex ſuis libris Pighius. alioqui legebatur antea: *pro ſepultura poſſedit.* ego arbitror verum, quod in Bambergenſi libro reperi: *prædictum à Deo locum ſepultura poſſedit.* quæ locutio neſcio quomodo

VI. Et iterum. venuſtior, & Latium magis olere videtur. In fine

fine huius VIII. cap. de angue à Regulo in Africa interfecto: *Atq; etiã cruore ſuo gurgitibus imbutis, corporisq; iacentis peſtifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde ſummouiſſe caſtra. Dicit belluæ etiam corium* CXX. *pedes longum, in vrbem miſſum.* rectè à membranis noſtris Franconicis aberant illa, *dicit* &, *etiam.* ſunt enim ab inepto aliquo nebulone huc inculcata, qui non videret pendere adhuc orationem ex eo quod præceſſit; *Is* (Liuius puta) *enim ait in Africa apud Bagradam flumen tantæ magnitudinis anguem fuiſſe,* &c. Lib. II. cap. I. quod eſt de matrimoniorum ritu, &c. *Exiſtimabant n. eum præcipuè matronæ ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret: multorum matrimoniorum experientiam quaſi illegitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.* manu exaratus, quo vſus ego, & vulgati omnes libri: *quaſi legitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.* quod planè retinendum cenſeo. legitimum enim Romani putabant quidquid legibus permitteretur. bigamiæ autem polygamiæq; legibus non prohibebantur, ergo legitimæ. contra illegitima intemperantia in matrona antiquiſſimis temporibus vini vſus qualiſcumq;, viris etiam nimius legitimus in viris; quod feminis guſtaſſe vinum lege capital eſſet, & ſexui meliori nullæ publicæ hac de re leges, ſed ſua cuiq; p lege voũltas eſſet. eleganter ita alibi Seneca Philoſophus diuortia legitima adulteria vocat. Vale.

VII. Lib. II. cap. I.

EPIST. LV.

Franc. Modius Herculi Cyofano S.

QVod tu, Cyofane, in popularis tui Ouidij Metamorphoſi cum laude præſtitiſti, vt illam nobis multis milibus emendatiorem dares; hoc ego, ſi poſſim, libenter hiſce meis Epiſtolicis nouãtiquis lectionibus in Silio Italico coner. ſed vereor vt pari ſucceſſu. non quo nõ innumera hic loca in eo feliciter, quod videor, emendarim; verum quia pluribus libris huius poëtæ manu exaratis opus eſſe intelligo, vt in priſtinũ planè reſtitui poſſit. quamuis enim eo veteri libro vſus ſim, qui vnicus facilè multorum inſtar & ſit, & haberi mereatur, tamẽ, hic ipſius vnicus cum ſit, & libro vltimo toto, ac parte bona lib. XVI à fine deficiatur, habeatq; ad hoc ſuos & ipſe, vt nulli ſunt etiam accuratiſſimè ſcripti, qui nõ habeant, næuos, lacunas, voces in litura cubantes alias, alias ita peraratas, vt coniectore aliquo, atq; illo quidem non de vulgo, ſed ex Oedipodionio genere opus, in earum vera, & germana ſcriptura eruenda ſit; cum inquam omnia hæc conatus meos impeditura, aut certè remoratura videantur; vix eſt, vt voti compotem nunc quidem, futurum ſperare auſim. eſſet modo alterũ tale mihi ſcriptum exemplar, quale eſt illud, quod laudo, non laborarem. quin ne nunc quidem laboro. confidens futurum, vt propediem aliquis hãc noſtram inopiam ſua copia ſubleuet; & audio ex Hiſpanijs ante annos ferè centum, huius poëtæ codicem venerandæ antiquitatis in vrbem neſcio

scio à quo esse allatum, quem nũc arbitror in interiore bibliotheca Vaticana asseruari. ex quo si quid nos, si quid remp. litterariam iuuare ausus fueris, rẽ, crede mihi, te dignissimam ausus fueris. habeo quidem infinitas alias notas in hunc poëtam, sed quas aliquando, vel quod minoris momenti videantur, vel quod tales, vt amplius mihi de eis quærendum existimem, cum ipso Silij opere coniunctim vulgare decreuerim; nisi quod de ijs istas decidere visum est, quas nunc ad te mitto: Lib. XVI. versu 453.

I. Silius lib. XVI. Versu CCCCLIII. emendatus.

Attritum donat ductor, miseratus ævum
Et sortem casus.

scribere malo, quia ita & sententia postulare, & libri iubere videntur:

Accitum donat ductor, miseratus ævum,
Et sortem casus. &c.

simpliciter enim de casu eius ita dixit:

——perfracto voluitur axe Cernuus.

& imitatur haud dubiè illum Virgilij locũ lib. V. de Daretis comitibus:

——galeamq; ensemq; vocati
Accipiunt. &c.

Post versus omnino quatuor:

II. Versu CCCCLVII.

Hanc primus galeam, hac acies terrebat Iberas
Asdrubal, hũc ensem cui proxima gloria cursu
Accipiet.

III. Versu CCCCLXIV.

pusilla res, sed tamen corrigendum:

——cui proxima gloria cursus.

Versu auctu, & emaculatus altero.

Sequitur locus, qui me diu torsit, etsi fortasse nihil opus fuerit:

Fulgentes pueri Tarteſſos, & Heſperos ora
Oſtendere ſimul, vulgi clamore ſecundo.
Hos Tyria miſere domo patria inclyta Gades
Bæticus. (*hoc dederat puero cognomen ab amne*
Corduba) *et haud parco certamine læta fouebat.*

diu hîc, inquam, vt ad ſcopulum hæſi. nam & deeſſe verſum videbam, & eum quem m .ſ. liber ſuggereret hoc modo:

Fulgentes pueri Tarteſſos & Heſperos ora
Oſtendere ſimul, vulgi clamore ſecundo.
Hos Tyria miſere domo patria inclyta Gades.
Mox ſubit Aſperus prima lanugine malas
Bæticus, hoc dederat puero cognomen ab amne
Corduba, et haud paruo certamina læta fouebat.

quartum, inquam, hunc verſum, etſi omnino huc neceſſarium, menda tamen non carere videbam; nec quid facerem habebam, niſi quod mirabar, tertio huic duo nomina dari, cum reliquis ſingula eſſent. adhoc *Aſperus* an eſſet nomen Hiſpano conueniens dubitabam; nam quod qui *Aſpar* Pœnis, hunc *Aſperum* à poëta vocitatum quis dicat, id alijs locis confutatur, quibus omnibus ſua exteris nomina, vt ſunt cuiq; genti, & linguæ peculiara, abſque vlla ad Romanum idioma detorſione, integra tribuit. tandem venit in mentem non proprium hoc eſſe nomen, vt male putarunt quidam, quod dicat è verſu ſequenti Bætico cognomen ab amne fuiſſe; ſed vocem mendoſam, quæ mutanda eſſet in aſperſus hoc modo:

Mox

Mox ſubit aſperſus prima lanugine malas
Baticus.

erroris igitur fons hic eſt; primum, quod in multis libris veteribus, maximè littera Longobardica ſcriptis, *r*, ab *s* ſcriptura quidem nihil differat: dein, quod multi item ſcriptores ſuperioribus ſæculis eandem litteram geminare non conſueuerint; vnde factum ſcilicet, vt cum *aſperus* ſiue, *aſpeſus* (vtrumque enim, vt diximus, ex vetuſta ſcribendi ratione colligi poterat) exaratum inueniſſent, qui omnino nomen hoc viro proprium eſſe debere, perſuaſum habebant, *Aſperus* illud ex eo in noſtras membranas retulerint. ſcribunt autem membranæ eædem: *haud paruo certamina læta fouebat.* & placet, vt *paruo* poſitum ſit, vt in illo: *Stat mihi non paruo virtus mea.* niſi quis apud noſtrũ legere malit; *& haud parcè certamina læta fouebat*: quod, vt verum fatear, præiſto mihi vile eſt. Tandem pergamus;

IV. Verſu CCCCXCIV.

Ecce leui niſu poſtremoq; agmine curſus
Poſtquam ſat viſum ſibi concepiſſe vigoris
Celſus inexhauſtas effundit, &c.

emendandum ex fide membranarum:

Ecce leui niſu, poſtremoq; agmine currens
Poſtquam ſat viſus ſibi concepiſſe vigoris, &c.

V. Verſu 519.

——tardato latus ouanſq;
Eurythus euadit iuuene, atq; in prœlia victor
Emicat.

quanto melius vetus codex optimus;

——Tardato latus ouansq;
Eurythus euadit iuuene, atq; ad præmia victor
Emicat. quę enim reſtare poterant prœlia, illo tardato, qui ſolus ancipitem ei palmam & dubiam facturus videbatur? Verſu 549. de Corbe & Orſua germanis fratribus, qui de principatu ſingulari certamine dimicantes inter ſeſe, mutuis vulneribus conciderunt. & poſt mortem etiam inimicitias exercuerunt:

VI. Verſu 1DXLIX.

Nec manes pacem paſſi: nam corpora iuncta
Vna cum raperet flamma rogus, impius ignis
Diſſiluit, cineresq; ſimul iacuiſſe negarunt.

planè legendum:

——Nam corpora iunctus
Vna cum raperet flamma rogus, &c.

EPIST. LVI.

Franc. Modius Conrado Dinnero I. c. S. Herbipolim.

TE quoq;, Dinnere eruditiſſime, hic mihi compellandum exiſtimaui, qui me iudicio tuo aut rectè ſentientem cõfirmares, aut errantem in viã reduceres: & potes enim id facere pro ſingulari doctrina tua; & voles, vt ſpero, pro eã neceſſitudine, quam mihi tecum eſſe voluiſti, ex quo tempore me, conciliatore optimo & eruditiſſimo viro Ioanne Poſthio, in amicitiam tuam in Agrippina Vbiorum Colonia nuper recipere dignatus es. Arbitror igitur apud Cenſorinum de die Natali quo loco vulgo eſt: *Vt in Attica fertur regione Erichtonius ex Vulcani ſemine homo ex-*

I. Cenſorinus de die Natali cap. III. emẽdatus ſemel & iterum.

mo exortus, & in Colchide vel Bœotia, consitis anguis dentibus, armati partus; è quibus mutuo inter se necatis, pauci superasse traduntur, qui in condita Thebarum Cadmo fuerunt adiumento. puto, dico hic legendum: *Vt in Attica fertur regione Erichtonius ex Vulcani semine humo exortus; & in Colchide vel Bœotia consitis anguis dentibus armati partus; è quibus mutua cæde inter se necatis, pauci superasse traduntur, qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adiumento.* Cur autem sic emendandum putem, facit & membranarum auctoritas, & Ouidius Metamorphosi, Fulgentius Planciades Mythologijs, alij alibi. Sequitur: *Hipponi vero Metapontino, siue vt Aristoxenus auctor est, Samio, ex medullis profluere semen videtur, idq; eo probari, quod post emissionem pecudum si quis mares perimat, medullas, vtpote exhaustas, non reperiat.* scribendum manifesta ratione, & postulante sententia: *idq; eo probari, quod post admissionem pecudum, si quis*, &c. Præcessit: *Deniq; etiam vulgo creditū est, vt plerique genealogiæ auctores sunt, quarundam gentium, quæ ex aduentitia stirpe non sunt, principes terrigenas esse; vt in Attica, & Arcadia, Thessaliaq; eosq; Autochtonas vocitari: vt in Italia poëta cecinit nymphas indigenasq; faunos, nemora quædã tenuisse, non difficile rudis antiquorũ credulitas recepit.* aio à glossa mihi videri huc irrepsisse illa; *Poëta cecinit.* & ad tuam eruditionem apello, Dinnere, ab eo, q cõtra pnunciabit. Mox legitur vulgo: *At Stoici vna totũ infantem figurari dixerunt,*

Lactantius Diuinarum institutionũ lib. I. cap. XVII. *Vnde enim putemus Erichtonũ esse natum? An ex terra & poëta videri voluit? At*, &c.

II. Cap. IV.

III. Cap. III.

VI. Rursum capit. IV.

vt vnà naſcatur alaturque. Sunt qui id opinentur ipſa fieri natura, vt Ariſtoteles atque Epicurus. Sunt qui potẽtia ſpiritus, vt Stoici ferunt vniuerſi. quæ ego auctoribus membranis, ſic ſcribo: *At Stoici vnà totum infantem figurari dixerunt, vt vna naſcitur aliturque. Sunt qui id opinentur ipſa fieri natura, vt Ariſtoteles atque Epicurus: Sunt qui potẽtia ſpiritus, vt Stoici fermè vniuerſi.* Poſt aliquammulta: *De conformatione autem partus nihilominus, in prima hebdomade dentes homini cadere: in ſecunda pubem apparere: in tertia barbam naſci: in quarta vires: in quinta, maturitatem ad ſtirpem relinquendam: in ſexta, cupiditatibus tentari: in ſeptima prudentiam linguamque conſummari: in octaua eadem manere: *: in decima hominem fieri morti maturum.* qui locus, expletâ lacuna, de conſilio, & auxilio membranarum, ità per me emendetur: *De cõformatione autem partus nihilominus, in prima hebdomade dentes homini cadere: in ſecunda pubem apparere: in tertia barbam naſci: in quarta vires: in quinta, maturitatem ad ſtirpem relinquendã: in ſexta cupiditatibus temperari: in ſeptima, prudentiam linguamq; conſummari: in octaua eadem manere: in qua alij dixerũt oculos albeſcere: in nona omnia fieri languidiora: in decima hominem morti fieri maturum.* & quis, vt reliqua omittam, quæ extra cõtrouerſiam fore confido, quis, inquã, dubitabit, *temperari* non; *tentari* hic ſcribendũ, qui meminerit, &, exemplo domi de ſe ſumto, expertus ſit, vehementiores eſſe libidines ab anno fere XVIII. ad annum vſq;

V. Eod. Cap. in ſignis lacuna ſupplenda. & mendum turpe ſublatum.

vsq; xxxv; ab hoc porro remissiores & sedatiores fieri? quanquam si tibi, Dinnere, aliter videtur, non est consilium cum eo pugnare, quem iudicem cepi; dum in memoria habeas illa Galbæ ad Pisonem verba. Hist. lib. 1. Taciti: *Ea ætas tua, quæ cupiditates adolescentiæ iam effugerit: ea vita*, &c. qui Piso, vt ex sequentibus eodem libro est discere, annum tum vnum & tricesimum ætatis explebat. Vale, Comberg.

EPIST. LVII.

Franc. Modius Nicolao Reusnero I. C. S.

VT ad te quamuis ignotus hæc scriberem, eruditissime Reusnere, cum multa alia me impulerunt, tum illud in primis, quod te eum amicitia tua non indignum existimaturum confiderem, quem vir amplissimus Erasmus Neustetterus, (cuius te cum ex scriptis nuper editis, tum ex versibus ante aliquam multas dierum hebdomadas ad eum missis studiosissimum esse cognoui) in contubernium suum vltro, qua est præter cætetas virtutes humanitate, inuitasset. Non ambigebam enim quin iudicium eius probatur[9] hic quoq; esses, quem propter iudicij bonitatem in primis suspiceres. ergo non dubitaui accedentibus præsertim huc sermonibus eruditissimi Io. Weidneri, quos ille mecum multos appositissimè sæpè dete, & quam honorificentissimè habuit, constituendæ & ineundæ tecum amicitiæ has in Silium Italicum emendatiunculas elici-

endi iudicij de eis tui mittere. iam statim à principio importunus, ne tibi id postea insolens in me videri posset. Igitur, qua parte poëta fulgorē cristarum Hannibalis portendentem fatū Murro comparat Cometæ radijs suis portendenti euersionem regnis, ita legitur. lib. 1. Versu 458.

I. Silius lib. 1. Versu ccccliix.

——Ruit ocyus amens
Lymphato cursu, atq; ingentes deserit actus
Lethiferumq; micant fulgentes vertice cristæ.
Crine vt flammifero terret fera regna cometes
Sanguineū spargens ignem, vomit atra rubētes
Fax calo radios, & sæua luce coruscum
Scintillat sidus, terris extrema minatur.

dico videri mihi rectius in membranis exstare:

Lethiferum nutant fulgentes vertice cristæ.

ipse Silius mox:

——Densusq; micare videtur
Ensis, & innumera nutare in casside cristæ.

atq; iterum:

——Decisa vertice cristæ,
Direptumq; decus nutantum in cæde iubarum.

& qui totum hunc locum imitatus videtur Calpurnius in bucolicis:

Cernitis vt puro nox iam vigesima cælo
Fulgeat? vt placidum radianti luce Cometen
Proferat? vt liquidum nutet sine vulnere sidus?
Nunquid vtrumq; polum sicut solet igne cruēto
Spargit, & ardenti scintillat sanguine lampas.

II. Versu cxxciii. aliquotiens interpolatus.

Eodem libro præcedenti versu 183.

Erepto trepidus ductore exercitus, vna
Annibalem voce, atq; alacri certamine poscit.

Huic

Huic ſtudia accendit patriæ virtutis imago,
Huic fama in populos iurati dedita belli,
Huic virides auſis animi, feruorq; decorus,
Atq; armata dolis mens, & vis inſita fandi.

uos ego verſus inuito & repugnante ſcholiorapho, qui, ſi vſquam alibi, hic certe inſigniter allucinatur, ſic emendo:

Erepto trepidus ductore exercitus, vna
Annibalem voce, atq; alacri certamine poſcit:
Hinc ſtudia accendit patriæ virtutis imago,
Hinc famæ in populos iurati dedita belli,
Hinc virides auſis anni, feruorq; decorus, &c.

accendebant, inquit, militum ſtudia, vt Annibalem præ cæteris ſibi ducem mallent; primum, quod in eo paternarum virtutum imaginē quandam cernere ſibi videbantur; deinde, quod ſcirent eum (erat enim res omnibus decantata) iuraſſe puerum patri ſacra tenentem, ſe, cum primum per ætatē poſſet, Romanos bello eſſe perſecuturum; tum, ætas ad res gerendas aptiſſima: poſtremo, decor, & quæ plura ibi referuntur. Ideo enim hæc ipſa fuſius eſſe à me dicta, quam res requirat; ſed obuiam eundum fuit inueterato Marſi errori, qui obtinuit, vt hactenus vbiq; illud *huic* retineretur & ad Annibalem referretur; contra libros ſanè meliores; vt & illud, quod minus rectè etiam vulgo legitur *animi* pro, *anni*, quæ germana huius loci ſcriptura eſt; exemploq; nititur, quo Ouidius de Ponto *ætuum viride*; Columella in præfat. lib. 1. *viridem ætatem* dixit. atque alioqui viridis animi

laus alacrioris & ætatem benè ferentis ſenectutis eſt, non iuuentæ ſaltem non planè ignauæ, multo minus eius, quam in Annibale viguiſſe poëta paſſim prædicat. *didita* quoq; ſcripſi; quod ita reponendum ex more Lucretij qui lib 4. ait

Et in cunctas iaciuntur didita partes.

ac lib. 5. —— *Solatia didita per gentes*

dixit. & qui Lucretium æmulatus, Virgilij, cuius illud eſt:

Cognatiq; patres, tum terris didita fama
Coniunxere tibi.

III. Verſu 1oxxxiii. ſed tandem progrediamur aliquando ad verſum 533. vbi quod eſt vulgo:

Mente aduerſa domat, ſuadetq; niteſcere duris
Virtutem, & decoris pretio diſcrimina penſat.

manifeſtè legẽdum videtur ex membranis, quarum auctoritate etiam ſuperiora conſtituimus:

—— *Gaudetq;, niteſcere duris*
Virtutem.

redeo iterum; quis enim in his ſcriptis potior ordo, quam ordinem omnino nullum ſeruare?

IV. Verſu CLXV. ad verſum 165.

Quem poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit
Deformem, lateri famulus clam corripit enſem
Dilectum domino, pernix irrumpit in aulam,
Atq; inmite ferit geminato vulnere pectus.

vbi quid eſt quod ait *lateri famulus clam corripit enſem Dilectum Domino?* gladio accinctus credo ille in crucem ſublatus erat. planè rectè monent membranæ legendum, & ſcribendum:

Quem poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit
Defor-

Deformem leti famulus; clam corripit ensem
Dilectũ domino, pernixq; irrumpit in aulã, &c. *deformem leti* valet, ob letum; morte ipsa deformatum; à Græcis sumpta forma loquendi. Rursum versu 609. V. Versu 1xix.

Facta animosa viros, & recti sacra cupido
Attollunt, hirtæq; comæ, neglectaq; mensa, &c. membranæ; *hirtæq; togæ*. & ita credo Silium scriptum reliquisse, quod Tacitus quoq; vt alibi doceo, ita loquutus deprehendatur.

EPIST. LVIII.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

IN Seneca, Lipsi amicissime, quem de tuo potissimum elogio amare, & mirari cœpi, hæc nunc habebam, quæ tui iudicii facerem: Epist. LXXVI. *Quando multa discès? quando quæ didiceris affiges tibi, ita vt excidere non possint? quando illa experieris? Non enim vt cætera memoriæ illa tradidisse satis est. in opere tentanda sunt. Non est beatus qui scit illa, sed qui facit. Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt? statim ad sapientiam præceps est?* referunt membranæ, & vt ego quidem opinabar, benè: *statim à sapientia præceps est?* Epist. LXXVII. *Si vllum aliud est bonum quam honestum, sequetur nos auiditas rerum vitam instruentium, quod est intolerabile, infinitum, vagum.* Paullo plenius eædem membranæ: *sequetur nos auiditas vitæ; auiditas rerum vitam instruentium.* Epist. LXXXI. *Scopulum illum esse putamus? clementissimus por-*

I. Seneca Epist. LXXVI. emẽdatus.

II. Epist. LXXVII

III. Epist. LXXI.

tus est; aliquando petendus, nunquam recusandus. Concinnius, vt arbitror, libri scripti: *Scopulum illum esse putamus dementissimi? portus est* &c.

IV. Epist. LXVI. *Sapiens assectatorq; sapientiæ adhæret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest, & cogitationes suas ad sublimia intendit, & velut Sacramento ligatus, hoc quod viuit stipendium putat.* probabam scriptam lectionem: *& velut Sacramento rogatus, hoc quod viuit stipendium putat.* Epist. LXV. *Si consulem videro aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet faciam; equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam.* Non displicebat quod erat in S. Stephani libro veteri: *omnia quibus honor honori haberi solet faciam*; vt honor loco posteriore pro magistratu accipiatur, solenti l. c. nostris more. Epist. LXIV. *Nunc cogito omnia & mortalia esse, & incerta: lege mortali hodie fieri potest, quicquid vnquam potest*, scribo ex scriptis codicibus tribus: *Nunc cogito omnia & mortalia esse; & incerta lege mortalia. Hodie fieri potest; quicquid vnquam potest.*

Epist. LXVI.

V. Epist. LXV.

VI. Epist. LXIV.

VII. Epist. LXII. Epist. LXII. *Repugnanti, non volenti necessitas est: in volente necessitas non est.* m. s. *Repugnanti, inuolenti necessitas est: in volente necessitas non est.* vt *inuolens* dicatur, quemadmodum *inparens* quod valet, non parens, *inobediens, improbis*, aut *improbus*, *incicur* & similia. notaui emendauiq; etiam in Tertulliani apologetico *imbonitas.*

IIX. Epist. LXI. Epist. LXI. *Quamdiu vnius mensæ frumentū multa nauigia, & quidem non ex vno mari, subuehent*

manu

manu exaratus: *Quam diu vnius menſæ ſtrumentum* vt fortaſſe ſcripſerit Seneca *inſtrumentum*: apparatumq; conuiuiorum intellexerit, qui ferè peregrinis delicijs inſtruebatur. ipſe Seneca alibi, pleniſſimeq; Petronius; omnesq; certatim cum alij ſcriptores, tum in primis ſatyrographi. IX. Epiſt. LIX.

Epiſt. LIX. *Omnes tibi exponam ſi ante iudicauero eſſe aliquid genus* S. Stephani membranæ: *Omnes tibi exponam, ſi ante indicauero eſſe aliquid genus: eſſe & ſpeciem.* X. Ibidem.

ſemper *animalia* &, *inanimalia* pro, *animata* & *inanimata* perſcriptum eſt: atq; illud de ideis Platonis: *Quæ ſunt interrogas? propriè Plato ideas vocat; ex quibus omnia quæ fiunt, & ad quas cuncta formantur.* XI. Item.

hoc inquam quoq; in eis ita exaratum eſt. *Quæ ſunt interrogas? propria Platonis ſupplex eſt; ideas vocat, ex quibus omnia quæcumq; videmus, fiunt, & ad quas cuncta formantur.* Germana & propria, vt mihi videtur, Senecæ ſcriptura, ſi leuiter τὸ *ſupplex* in *ſupellex* auctius vna littera transformetur. eleganter enim ideæ Platonis ſupellex, vt atomi Epicuri dici poſſunt. XII. Adhuc Epiſt. LIX.

in fine: *Vale ergo; quod lubentius quam mortis moras lecturus es.* legunt alij *mortes meas.* ſed nugæ meræ iſta ſunt; ſcribendum: *quod lubentius quam mortes meras lecturus es.* contraq; vt tu, Lipſi, rectè mones; m. ſſ. q. tam noſtri quam Pinciani teſtantur. XIII. Epiſt. VII.

Epiſt. VII. qua parte vulgo legitur: *Omnia iſta mortes meræ ſunt*, plane reponendum: *Omnia iſta mortis meræ ſunt.*

XIV. Epist. LVII. Epist. LVII: *Non enim excisa desijt, sed fatigata, aut etiã abiecta, rebus parum sibi cedentibus.* m. ſſ. *aut etiam abirata,* puto rectũ, *abiurata,* qui mos plerisq; hodieq; vſq; adeo, vt non tantum quidam ſpe ſua fruſtrati ambitionem in poſterum omnem, ſed & vitam cõmunem eiurent, ſectæq; certæ addicti, volũtariamq; ſeruitutem ſubeuntes, monaſterio aliquo ſe abdant.

XV. Epist. LIII. Epiſt. LIII. *Permittendum erit aliquando iuuenibus, ſequi impetum animi. Tunc autem hoc ex impetu facient, cum ſilentiũ ſibi imperare non poterunt.* leue hoc, ſed tamen legendũ; *Tunc autẽ cum hoc ex impetu facient.* vt dicat impetu illis ſuo vti permitti in plauſu; dum ex animo, non ſimulatione ille proficiſcatur.

XVI. Epist. LII. Epiſt. LII. *Vina Hannibalem hybernа ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atq; Alpibus virum eneruauerunt fomenta Campaniа.* S. Stephani membranaceus codex: *Una Hannibalem hyberna ſoluerunt.* q̃ mihi ſanè pplacet. neq; enim tam vinum quam Venus, pluma, deliciæ illum fregere.

XVII. Epist. XLVII. Epiſt. XLVII. *At infelicibus ſeruis mouere lacra, ne in hoc quidem, vt loquantur, licet: virga murmur omne compeſcitur: & ne fortuita quidẽ verberibus excepta ſunt, tuſſis, ſternutamẽta, ſingultus: magno malo vlla voce interpellatum ſilentium luitur,* &c. ſcripti duo: *magno malo vlla voce interpolatum ſilentium luitur.* quod amplector. ſic enim & Curtius meus lib. IV. *Tum Alexander, videtiſne obſtinatum ad tacendum? inquit. num genu poſuit? num ſupplicem vocem miſit? vincam tamen ſilentium, & ſi nihil aliud,*

certe

certe gemitu interpolabo. sed vale iã, mi Lipsi, cauendum enim mihi in Seneca versanti, ne, quem ille præscribit in Epistola modum excedam, qua ait, illam manum legentis siniſtram implere nõ debere.

EPIST. LIX.

Franc. Modius Francisco F. F. Nansio S. Brugas.

NArro tibi, cognate Nansi, iter illud, quo Iulio mense proximè præterito è Batauis ad Vbios reuersus sum, penè mihi supremum fuit. cum enim, vt scis, bis iam anno ex Belgica nostra ad eosdem Vbios profectus, etsi sine infortunio, non tamen sine maximis periculis, latronum & sicariorum, qui vtramq; Rheni ripam infestam habent, manus ægrè euasissem; statuissemq; eapropter, ne nimium fortunam meam irritando, quam matrem hactenus, nouercam an forte deinceps exsperirer; simul etiam, vt oppida plura, & regiones locorũ mihi adhuc ignotas per viam inspicerem, mari Bremam & Brema porro per Westphaliam Agrippinam Coloniam petere; ideoque vi. fere Iulij Amstelrodami nauem Bremensem conscendissem; ecce tibi vix dum in altũ prouectis venti aduersi flare cœperũt, tanta quidem vi, vt gubernator cum cursum suum tenere posse desperaret, stationem proximam, etsi non omnino satis fidam, petere cœperit; vbi in aliud rursum discrimen incidimus. præmiatores enim hic nescio qui, eodem quo nos vẽto agitati, prætextu explorandi, num quæ naui nostra merci-

endi iudicij de eis tui mittere. iam ſtatim à principio importunus, ne tibi id poſtea inſolens in me videri poſſet. Igitur, qua parte poëta fulgorē criſtarum Hannibalis portendentem fatū Murro comparat Cometæ radijs ſuis portendenti euerſionem regnis, ita legitur. lib. 1. Verſu 458.

I. Silius lib. 1. Verſu ccccliix.

——Ruit ocyus amens
Lymphato curſu, atq; ingentes deſerit actus
Lethiferumq; micant fulgentes vertice criſtæ.
Crine vt flammifero terret fera regna cometes
Sanguineū ſpargens ignem, vomit atra rubētes
Fax calo radios, & ſæua luce coruſcum
Scintillat ſidus, terris extrema minatur.

dico videri mihi rectius in membranis exſtare:

Lethiferum nutant fulgentes vertice criſtæ.

ipſe Silius mox:

——Denſusq; micare videtur
Enſis, & innumera nutare in caſſide criſta.

atq; iterum:

——Deciſa vertice criſta,
Direptumq; decus nutantum in cede iubarum.

& qui totum hunc locum imitatus videtur Calpurnius in bucolicis:

Cernitis vt puro nox iam vigeſima calo
Fulgeat? vt placidum radianti luce Cometen
Proferat? vt liquidum nutet ſine vulnere ſidus?
Nunquid vtrumq; polum ſicut ſolet igne cruēto
Spargit, & ardenti ſcintillat ſanguine lampas.

II. Verſu cxxciii. aliquotiens interpolatus.

Eodem libro præcedenti verſu 183.

Erepto trepidus ductore exercitus, vna
Annibalem voce, atq; alacri certamine poſcit.

Huic

Huic ſtudia accendit patriæ virtutis imago,
Huic fama in populos iurati dedita belli,
Huic virides auſis animi, feruorq; decorus,
Atq; armata dolis mens, & vis inſita fandi.

quos ego verſus inuito & repugnante ſcholiographo, qui, ſi vſquam alibi, hic certe inſigniter hallucinatur, ſic emendo:

Erepto trepidus ductore exercitus, vna
Annibalem voce, atq; alacri certamine poſcit.
Hinc ſtudia accendit patriæ virtutis imago,
Hinc fama in populos iurati dicta belli,
Hinc virides auſis anni, feruorq; decorus, &c.

accendebant, inquit, militum ſtudia, vt Annibalem præ cæteris ſibi ducem mallent; primum, quod in eo paternarum virtutum imaginē quandam cernere ſibi videbantur; deinde, quod ſcirent eum (erat enim res omnibus decantata) iuraſſe puerum patri ſacra tenentem, ſe, cum primum per ætatē poſſet, Romanos bello eſſe perſecuturum; tum, ætas ad res gerendas aptiſſima: poſtremo, decor, & quæ plura ibi referuntur. Video enim hæc ipſa fuſius eſſe à me dicta, quam res requirat; ſed obuiam eundum fuit inueterato Marſi errori, qui obtinuit, vt hactenus vbiq; illud *huic* retineretur & ad Annibalem referretur; contra libros ſanè meliores; vt & illud, quod minus rectè etiam vulgo legitur *animi* pro, *anni*, quæ germana huius loci ſcriptura eſt; exemploq; nititur, quo Ouidius de Ponto *annum viride*; Columella in præfat. lib. 1. *viridem ætatem* dixit. atque alioqui viridis animi

laus alacrioris & ætatem benè ferentis senectutis est, non iuuentæ saltem non planè ignauæ, multo minus eius, quam in Annibale viguisse poëta passim prædicat. *dicta* quoq; scripsi; quod ita reponendum ex more Lucretij qui lib 4. ait

Et in cunctas iaciuntur dicta partes.

ac lib. 5. —— *Solatia dicta per gentes*

dixit. & qui Lucretium æmulatus, Virgilij, cuius illud est:

Cognatiq; patres, tum terris dicta fama
Coniunxere tibi.

III. Versu 533. sed tandem progrediamur aliquando ad versum 533. vbi quod est vulgo:

Mente aduersa domat, suadetq; nitescere duris
Virtutem, & decoris pretio discrimina pensat.

manifestè legēdum videtur ex membranis, quarum auctoritate etiam superiora constituimus:

—— *Gaudetq;, nitescere duris*
Virtutem.

redeo iterum; quis enim in his scriptis potior ordo, quam ordinem omnino nullum seruare?

IV. Versu CLXV. ad versum 165.

Quem postquam diro suspensum robore vidit
Deformem, lateri famulus clam corripit ensem
Dilectum domino, pernix irrumpit in aulam,
Atq; inmite ferit geminato vulnere pectus.

vbi quid est quod ait *lateri famulus clam corripit ensem Dilectum Domino?* gladio accinctus credo ille in crucem sublatus erat. planè rectè monent membranæ legendum, & scribendum:

Quem postquam diro suspensum robore vidit
Defor-

Deformem leti famulus; clam corripit ensem
Dilectũ domino, pernixq; irrumpit in aulã, &c.
deformem leti valet, ob letum; morte ipsa deformatum; à Græcis sumpta forma loquendi. Rursum versu 609. V. Versu DCIX.

Facta animosa viros, & recti sacra cupido
Attollunt, hirtæq; comæ, neglectaq; mensa, &c.
membranæ; *hirtæq; togæ.* & ita credo Silium scriptum reliquisse, quod Tacitus quoq; vt alibi doceo, ita loquutus deprehendatur.

EPIST. LVIII.

Franc. Modius Iusto Lipsio S.

IN Seneca, Lipsi amicissime, quem de tuo potissimum elogio amare, & mirari cœpi, hæc nunc habebam, quæ tui iudicii facerem: Epist. LXXVI. *Quando multa discès? quando quæ didiceris affiges tibi, ita vt excidere non possint? quando illa experieris? Non enim vt cætera memoriæ illa tradidisse satis est. in opere tentanda sunt. Non est beatus qui scit illa, sed qui facit. Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt? statim ad sapientiam præceps est?* referunt membranæ, & vt ego quidem opinabar, benè: *statim à sapientia præceps est?* Epist. LXXVII. *Si vllum aliud est bonum quam honestum, sequetur nos auiditas rerum vitam instruentium, quod est intolerabile, infinitum, vagum.* Paullo plenius eædem membranæ: *sequetur nos auiditas vitæ; auiditas rerum vitam instruentium.* Epist. LXXXI. *Scopulum illum esse putamus? clementissimus por-* I. Seneca Epist. LXXVI. emẽdatus. II. Epist. LXXVII III. Epist. LXXI.

tus est; aliquando petendus, nunquam recusandus. Concinnius, vt arbitror, libri scripti: *Scopulum illum esse putamus dementissimi? portus est* &c.

IV. Epist. LXVI. Epist. LXVI. *Sapiens assectatorq; sapientiæ adhæret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest, & cogitationes suas ad sublimia intendit, & velut Sacramento ligatus, hoc quod viuit stipendium putat.* probabam scriptam lectionem: *& velut Sacramento rogatus, hoc quod viuit stipendium putat.*

V. Epist. LXV. Epist. LXV. *Si consulem videro aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet faciam; equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam.* Non displicebat quod erat in S. Stephani libro veteri: *omnia quibus honor honori haberi solet faciam;* vt honor loco posteriore pro magistratu accipiatur, solenti I. c. nostris more.

VI. Epist. LXIV. Epist. LXIV. *Nunc cogito omnia & mortalia esse, & incerta: lege mortali hodie fieri potest, quicquid vnquam potest,* scribo ex scriptis codicibus tribus: *Nunc cogito omnia & mortalia esse; & incerta lege mortalia. Hodie fieri potest; quicquid vnquam potest.*

VII. Epist. LXII. Epist. LXII. *Repugnanti, non volenti necessitas est: in volente necessitas non est.* m. s. *Repugnanti, inuolenti necessitas est: in volente necessitas non est.* vt *inuolens* dicatur, quemadmodum *inparens* quod valet, non parens, *inobediens, improlis,* aut *inprolus, incicur* & similia. notaui emendauiq; etiam in Tertulliani apologetico *imbonitas.*

IIX. Epist. LXI. Epist. LXI. *Quamdiu vnius mensæ frumentũ multa nauigia, & quidem non ex vno mari, subuehent*

manu

manu exaratus: *Quam diu vnius menſæ ſtrumentum* vt fortaſſe ſcripſerit Seneca *inſtrumentum*: apparatumq; conuiuiorum intellexerit, qui ferè peregrinis delicijs inſtruebatur. ipſe Seneca alibi, pleniſſimeq; Petronius; omnesq; certatim cum alij ſcriptores, tum in primis ſatyrographi. IX. Epiſt. LIX.

Epiſt. LIX. *Omnes tibi exponam ſi ante indicauero eſſe aliquid genus* S. Stephani membranæ: *Omnes tibi exponam, ſi ante indicauero eſſe aliquid genus: eſſe & ſpeciem.* in ijſdem eadem epiſt. X. Ibidem.

ſemper *animalia* &, *inanimalia* pro, *animata* & *inanimata* perſcriptum eſt: atq; illud de ideis Platonis: *Quæ ſunt interrogas? propriè Plato ideas vocat; ex quibus omnia quæ fiunt, & ad quas cuncta formantur.* hoc inquam quoq; in eis ita exaratum eſt. *Quæ ſunt interrogas? propria Platonis ſupplex eſt; ideas vocat; ex quibus omnia quæ cumq; videmus, fiunt, & ad quas cuncta formantur.* Germana & propria, vt mihi videtur, Senecæ ſcriptura, ſi leuiter ν̀ *ſupplex* in *ſupellex* auctius vna littera transformetur. eleganter enim ideæ Platonis ſupellex, vt atomi Epicuri dici poſſunt. XI. Item. XII. Adhuc Epiſt. LIX.

in fine: *Vale ergo; quod lubentius quam mortis moras lecturus es.* legunt alij *mortes meas.* ſed nugæ meræ iſta ſunt; ſcribendum: *quod lubentius quam mortes meras lecturus es.* contraq; vt tu, Lipſi, rectè mones; m. ſſ. q. tam noſtri quam Pinciani teſtantur. XIII. Epiſt. VII.

Epiſt. VII. qua parte vulgo legitur: *Omnia iſta mortes meræ ſunt*, plane reponendum: *Omnia iſta mortis moræ ſunt.*

XIV. Epist. LVII. Epist. LVII: *Non enim excisa desijt, sed fatigata, aut etiã abiecta, rebus parum sibi cedentibus.* m. ſſ. *aut etiam abirata,* puto rectũ, *abiurata,* qui mos plerisq; hodieq; vſq; adeo, vt non tantum quidam ſpe ſua fruſtrati ambitionem in poſterum omnem, ſed & vitam cõmunem eiurent, ſectæq; certæ addicti, volũtariamq; ſeruitutem ſubeuntes, monaſterio aliquo ſe abdant. Epiſt. LIII.

XV. Epiſt. LIII. *Permittendum erit aliquando iuuenibus, ſequi impetum animi. Tunc autem hoc ex impetu facient, cum ſilentiũ ſibi imperare non poterunt.* leue hoc, ſed tamen legendũ; *Tunc autẽ cum hoc ex impetu facient.* vt dicat impetu illis ſuo vti permitti in plauſu; dum ex animo, non ſimulatione ille proficiſcatur. Epiſt. LII. *Vina Hannibalem hyberna ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atq; Alpibus virum eneruauerunt fomenta Campania.* S. Stephani membranaceus codex: *Una Hannibalem hyberna ſoluerunt.* ꝙ mihi ſanè pplacet. neq; enim tam vinum quam Venus, pluma, deliciæ illum fregere. Epiſt. XLVII. *At infelicibus ſeruis*

XVI. Epiſt. LII.

XVII. Epiſt. XLVII. *mouere lacra, ne in hoc quidem, vt loquantur, licet: virga murmur omne compeſcitur: & ne fortuita quidẽ verberibus excepta ſunt, tuſſis, ſternutamẽta, ſingultus: magno malo vlla voce interpellatum ſilentium luitur,* &c. ſcripti duo: *magno malo vlla voce interpolatum ſilentium luitur.* quod amplector. ſic enim & Curtius meus lib. IV. *Tum Alexander, videtiſne obſtinatum ad tacẽdum? inquit. num genu poſuit? num ſupplicem vocem miſit? vincam tamen ſilentium, & ſi nihil aliud,*

certe

certe gemitu interpolabo. ſed valeiã, mi Lipſi, cauendum enim mihi in Seneca verſanti, ne, quem ille præſcribit in Epiſtola modum excedam, qua ait, illam manum legentis ſiniſtram implere nõ debere.

EPIST. LIX.

Franc. Modius Franciſco F. F. Nanſio S. *Brugas.*

NArro tibi, cognate Nanſi, iter illud, quo Iulio menſe proximè præterito è Batauis ad Vbios reuerſus ſum, penè mihi ſupremum fuit. cum enim, vt ſcis, bis iam anno ex Belgica noſtra ad eoſdem Vbios profectus, etſi ſine infortunio, non tamen ſine maximis periculis, latronum & ſicariorum, qui vtramq; Rheni ripam infeſtam habent, manus ægrè euaſiſſem; ſtatuiſſemq; ea propter, ne nimium fortunam meam irritando, quam matrem hactenus, noüercam an forte deinceps exſperirer; ſimul etiam, vt oppida plura, & regiones locorũ mihi adhuc ignotas per viam inſpicerem, mari Bremam & Brema porro per Weſtphaliam Agrippinam Coloniam petere; ideoque vi. fere Iulij Amſtelrodami nauem Bremenſem conſcendiſſem; ecce tibi vix dum in altũ prouectis venti aduerſi flare cœperũt, tanta quidem vi, vt gubernator cum curſum ſuum tenere poſſe deſperaret, ſtationem proximam, etſi non omnino ſatis fidam, petere cœperit; vbi in aliud rurſum diſcrimen incidimus. præmiatores enim hic neſcio qui, eodem quo nos vẽto agitati, prætextu explorandi, num quæ naui noſtra merci-

monia vetita veherentur, nos aggressi; vino, erat enim hoc nauigij onus, facile à mercatoribus sibi satisfieri passi sunt: me, vt aduersarum sibi partium, & sunt illi omnino infesti omnibus, qui quod dent habēt, diutius vexarunt; & diebus fere XII. totidē enim detinuit nos hic aduersa tempestas, in custodia quasi habuerūt; cum nihil mihi interea auxilij in litteris Principis, aut legati nomine; donec, cum iam ventus secundus meis esse cœpisset, ægrè precibus etiā mercatorum ab illis impetratum est, vt resignatis ijs, quas dixi litteris; cum signum & manum agnouissent, me missum facerent, accepto tamē ante munere aureorum aliquot; cum ijs quibus illis affui diebus etiam graues sumtus sustinuissem. quorū tamen contemtum & obliuionem mihi facilè afferret reddita libertas: iuuabatq; adeo tā paruo manus istorum, vt quod sunt, dicam, pyratarum euasisse: cum absoluto iam ferè quantum cōijcere licebat medio itineris nostri spatio, repentè tanta tē, pestas coorta est, vt qui ad clauum sedebat, senex iam, & qui annis XL. hoc in naui officio fungi dicebat, negaret vmquam se tam vehementis meminisse, quæ quidem tamdiu, (XXXIII enim horas continuauit) durasset. quæres fortasse, quid mihi hic animi fuerit; possum dicere, nihil mihi, reliquis quiritantibus, & sine more ac modo eiulantibus, excidisse indignum homine studioso, &, quod præ isto est, Christiano. sedebam tantū tacitus, & damnabam consilium meum, qui vt periculum, quod ab hominibus impendebat, vita-

rem;

rem; tam barbaro me elemento commisissem: tanquam non ab illis, vt bis iam fecerat, misericors Deus tutum me præstare potuisset. orabam igitur, & si quid mihi credis ex animo, vt alias nũquam, hanc mihi culpam pro sua clementia condonaret, hactenusq; me ob eam puniret, vt hoc factum alijs pro exemplo narrare, & ob oculos ponere possem. hæ ferè fuere in tanto periculo cogitatiões meæ. excusserat fateor statim à principio mihi mẽtem inusitati periculi magnitudo; & certissima, nisi si quid omnipotens misereretur, ante oculos mors; sed paullatim occallui ad omnia. adeo hic etiã valet assuetudo. præsertim si reputetur ferendũ, quod vitari & mutari consilio nequeat; omniaq; illi esse permittenda, qui supra nos curat. cuius infinita bonitas tandẽ mari serenitatẽ suam reddidit, & tertio ab hac tempestate die in Visurgis fluminis hostia induxit; per qd mox reciprocantis æstus vis nos ad XVII. fere milia passuum subuexit; vnde, exscensione facta, curribus Bremam vecti sumus: me serio identidem repetente (ridẽtibus illis itineris mei comitibus, & admirantibus, quod qui in periculis, cum reliqui timore tantum nõ exanimarentur, solus nihil timere visus fuissem; postquam securitas data esset, vice versa, reliquis animo iam defecato effusè gaudentibus, solus timerẽ) nunquã me post illa, qua modo terra peruenirí posset, mari iter esse facturum. Porro Brema, vt hoc quoq; non ignores, per Westphaliam ad Vbios vsq; curribus vectus sum; incõmodissimo meher

cule itinere, neç satis tuto interdum à viarũ obsessoribus, quod tamen mihi & commodum, & tutum facile faceret præteritorũ paullo ante periculorum recordatio. In Vbijs cœpi enotare, quæ per viam in Silio Italico iam ante cum m.ss. libro Coloniensi à me collato, melius in hoc, quã vulgo legi deprehenderam. de quibus etiam illa sunt quæ sequuntur. Lib. IV. est:

I. Silius lib. IV. Versu IↃCLXXIX.

——multosque per annos
Nutritas fluuio populatur feruidus vndas.

repone *vmbras* pro, *vndas*. est enim sermo de arboribus margini Trebiæ innatis. Mox:

II. Versu IↃCCXXVI.

Cum Iuno in stagni iuuenẽ conuersa propinqui.

legendum: *Cũ Iuno in stagni numen conuersa propinqui*, & de Thrasimeno accipiendum. Post pauca:

III. Versu IↃCCLXXIII.

Sed propior metus armati ductoris ab ira,
Et magna ante oculos stabat redeuntis imago
Aspar; ad hæc fœdata genas, laceratag; crines
Atq; vrbem complet mœsti clamoris Imilce.

hæc est scriptura omnium editionũ, quam Marsus ita interpretatur:

——Aspar hic (inquit) *erat filius Hannibalis, & imago patris; poëtæ enim appellant filios imaginem parentum.* pulchrè. sed an non tum parum plena erit hæc periodus? omnino emendandũ:

Sed propior metus armati ductoris ab ira:
Et magna ante oculos stabat genitoris imago.
Asperat hæc fœdata genas, laceratag; crines,
Atq; vrbem complet mœsti clamoris Imilce.

IV. Lib. V. Versu XVII bis emaculatus.

nunc pergamus, ad librum V.

Littore

Littore correptum ſtagnis demiſit Agylle,
Flore capi iuuenum primæuo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluiſſe ſagitta.
Sollicita viridi penitus fouere ſub antro
Naiades, amplexus vndoſaq; regna trementẽ.

quæ in ſpeciem recta, tum demum erunt, quod videntur; cum hoc modo ſcribentur:

Littore correptum ſtagnis demiſit Agylle,
Flore capi iuuenem primæuo lubrica mentem
Nympha, nec ſ dalia lenta incaluiſſe ſagitta
Solatæ viridi penitus fouere ſub antro
Naiades, amplexus vndoſaq; regna trementẽ.

loquitur Silius de Thraſimeno, quẽ puerum ex Lydia cum patre Tyrrheno in Italiam profectũ, Agylle Nympha, forma eius accenſa rapuit; ſolantibus Naiadibus timorem eius, qui, vt puer, Nymphæ amplexus expaueſceret: à qua mox vxore diuinitatis munus, & lacus imperiũ, Auno priſcis temporibus regnatũ, in dotem accepit.

Sequitur: V. Verſu xxvii.

Cum minus annuerit noctem deſiſſe viator,
Quam cœpiſſe diem. malim:
Cum minus abnuerit noctem deſiſſe viator.

Iterum ſequitur: VI. Verſu xxxiii. Verſu auctus.

Nec Pœnum liquere doli, ſedet enſe repoſto
Abditus, & nullis properantẽ occurſibus arcet
Incuſtoditum mox irremeabile littus.

vbi interpres: *Pœnum*, inquit, *dixit pro Pœnorũ: & liquere hic patere ſignificat.* vtrumq; vt opinor, male. *Pœnum* Hannibalem intellego; fœcun-

dum ſemper in dolos pectus. totumq; locũ verſu auctiorem ita ex m. ſſ. libro conſtituo:

Nec Pœnum liquere doli; ſedet enſe repoſto
Abditus, & nullis properantẽ occurſibus arcet:
Ire datur, longeq; patet, ceu pace quieta,
Incuſtoditum mox irremeabile littus.

EPIST. LX.

Franc. Modius Ioachimo I. F. Camerario M. S. Noribergam.

NIhil his iam aliquot menſibus tuli moleſtius, quam quod quo tempore Noribergam veſtram nos excurriſſemus, eo tũ ab vrbe abeſſes: ex qua te non reperto perinde & ipſi poſtridie deceſſimus, ac ſi pedem in ea nõ poſuiſſemus. ego præſertim, qui ſpem iam inſpiciendarum iſtic per te aliquot nobilium bibliothecarũ animo præceperam, eoq; quam auidè profectionis huius occaſionem captaueram, ignarus ſine fructu eam mihi abituram; quo nunc video faciundũ, vt ſecũdo quoq; hoc mihi iter ſuſcipiendum ſit, ſi animo obſequi volo; vt profecto volo, dum modo meliore euentu. Interim vide leuia iſta in Hygino nuper mihi notata & in hanc epiſtolam promiſcuè coniecta. Lib. III. qui eſt de ſignis cœleſtibus prope à fine: *Ita tamẽ, vt caput eius contendes ad ſignum id quod Procyon vocatur & totius Hydræ propriè quarta pars inter æſtiuum & æquinoctialem circulum videatur.* planè reponendũ: *& totius Hydræ propè quarta pars inter* &c. atque vbi ſtatim eſt: *Supra primam Hydræ*

I. Hyginus Aſtronomicõ lib. III. emendatus. De Hydra.

II. Ibidem.

Hydræ curuaturam Crater positus habet in labris stellas duas: æquè emendandum ex scriptis libris: *Supra primam à capite curuaturam crater* &c. videantur Arati Phænomena. Lib. IV. *& si non nemo dubitat, quare non vtrique circuli, hoc est æstiuus & hyemalis, vno nomine appellentur, ideo quod quem nos æstiuum diximus, nonnullis hyemalis fiat: & quo circulo hyemem confici diximus, eo circulo alijs æstas sit. Quod si voluerint intelligere id ad nostras collationes mũdi esse demonstratũ* &c. non paullo melius m. ff. libri: *& quo circulo hyemem effici diximus, eo circulo alijs æstas sit. Quisi voluerint intelligere id ad nostram collationẽ mundi esse demonstratum* &c. vbi de tropico cancri sermo est: *Præterea in eodem æstiuo circulo, pedes equi Pegasi videntur positi. & caput à reliquo corpore diuiditur oloris, & ala sinistri oris, vt volantis pars non magna. Ophiucus humeris, vt circulum sustinere videtur: Virgo prope hunc contingens à capite.* emendandus totus locus supplenda ex membranarum penu insigni lacuna: *& caput à reliquo corpore diuiditur oloris, & ala sinisterioris vt volantis pars non magna. Ophiucus humeris vt circulum sustinere videtur ex vna parte, id est æquinoctiali; ex altera parte Hercules pari ratione* &c. statim post ista. *At aliquis dixerit cur sphæræ circulos diuidamus in partes octo potius, quam duodecim, aut quot libuerit alias partes, hic non sphæram, sed se fallere, hac ratione inuenietur porro arbitror. Si enim ita fecerit ex æstiuo circulo partes duodecim* &c.

III. Lib. IV. statim in principio.

IV. De Tropico Cancri. supletus & correctus.

V. Ibidem.

vitij locus manifestissimus, sed cuius emẽdationem reperisse videor ex æquè vitiosa membranarum scriptura, quæ erat primo: *Aut si aliquis dixerit deinde sed se fallere hac ratione inuenietur fore vel verè arbitror.* illud enim, *vel verè arbitror* haud dubiè à mala manu est, sed tamen eius, qui pro *fore* aliàs *verè* legi aut legendum esse admoneret se arbitrari: legoq; ijs sublatis: *At si aliquis dixerit c.s.c.d.i.p.o.p.q.d.a.q.l.a.p. hic nõ sphæram sed se fallere hac ratione inuenietur ferè. Si enim fecerit ex æstiuo* &c. quibus ostendit absurdũ quod ex sphęræ circulis in partes duodecim tributis sequuturum sit. De æquinoctiali circulo eodẽ libro. *Hunc autem* (Arietem puta) *Aratus omnium siderum celerrimum esse demonstrat: etiã minori arcto, quæ breui spatio vertitur, præstare: id quod velit esse, sic poterimus vel facillimè intelligere.* emendandum haud dubiè ex libris: *id autem quid velit esse, sic poterimus* &c. quomodo, inquit, hoc accipi velit, sic intelligetur. porro versus Arati quibus hoc dicitur hi sunt:

VI. De Circulo Aequinoctiali.

Αὐτῦ καὶ κριοῖο θοώταται εἰσὶ κέλευθοι·
Ὃς ῥά τε καὶ μήκιστα διωκόμενος περὶ κύκλα,
Οὐδὲν ἀφαυρότερον τροχάει κυνοσουρίδος ἄρκτου.

quos ita vertit Germanicus:

Inde subest Aries, qui longè maxima torrens
Orbis, & ad finem spatijs non tardior horam
Peruenit, & quando grauiore Lycaonis arctos,
Axem vel tutor quem tanto gratior ille
Distantis cornu properat contingere metam.

quem

quem Germanicum & in his ipsis & passim corruptissimum vtinam nobis aliquãdo locupletiore commentario illustratum daret ex eo, quem vidi aliquando Machliniæ apud eum antiquissimo codice membranaceo, nobilissimus & eruditissimus Iacobus Susius. esset profecto de quo harum litterarum studiosi & ipsi gratularentur & sibi gauderent sed iam ad Hyginum redeo. in quo quod statim est. *Quo Sol cum peruenerit,* VII.
bis vno anno conficitur æquinoctium: hoc est, in De eodem.
Ariete & Chelis. In hac enim parte sphæræ & ver & auctumnus confici existimatur &c. non parum venustius reperitur in membranis: *Quo Sol cum peruenit, bis vno anno confecit æquinoctium: hoc est, in Ariete, & in Chelis. In hac enim parte sphæræ & ver & Auctumnus cõfieri existimatur.* Post IIX.
pauca verba, certè versus: *Neque enim mirum est* Adhuc de
hac collatione sphæræ id euenire. corrigatur, *collo-* eod.
catione pro *collatione*. Paginaque ferè tertia IX.
post, vbi est: *Si autem simul occiderint, serius exorietur id signum quod ab antarctico fuerit exortũ, ideo quod tota illa collatio mundi maiorem partem habet sub terra.* hic, inquam, etiam eadem *collocationis* pro *collationis* voce reponatur. nunc sequitur locus qua ab interpunctione, qua à scriptione insigniter contaminatus. sic enim vulgo
legitur. *Igitur vertente se mundo per vtrosque* X.
polos & axem, quem supra dimensionem sphæræ di- Quinquies,
ximus esse, & ita sphæra collocata, vt vnus polus sexies eod.
semper sit supra terram, alter nunquam exoria- lib. interpolatus.

tur neceſſe eſt. Arctos quoque & reliqua corpora quæ ſunt in arctico circulo numquam occidere, reliqua autem omnia exoriri & occidere, quod inferiora ſint, ab eo circulo, quẽ nunc occidere diximus. Id enim poſſe fieri hæc edocet cauſſa. Videmus apud extremũ draconis, quod maximè arcticum extra circulum providet, quod quodam tempore ita occidere exiſtimatur, vt exortus cũ occaſu permiſceatur, vt & ante diximus. Si autem pars aliqua occidere de ſummo circulo videtur, neceſſe eſt omnia quæ ſunt exoriri & occidere. quæ omnia partim inficeta, partim portentoſa, partim falſa, deniq;, ſic ſex minimum locis ex membranarũ fide interpolata, & in integrum reſtituta à me ſcribantur, tuque Camerari amiciſſime, feliciter Vale. *Igitur vertente ſe mundo per vtroſq; polos & axem, quem ſupra dimenſionem ſphæræ diximus eſſe, & ita ſphæra collocata, vt vnus polus ſemper ſit ſupra terram, alter numquam exoriatur. Neceſſe eſt Arctos quoq; & reliqua corpora quæ ſunt in arctico circulo numquam occidere; reliqua autẽ omnia exoriri & occidere; eo quod inferiora ſunt eo circulo, quem numquam occidere diximus. Id enim poſſe fieri hæc edocet cauſſa. Videmus caput extremum draconis, quod maxime Arcticum extra circulum prominet, quodam tempore ita occidere vt exortus cum occaſu permiſceatur.* &c.

EPIST.

EPIST. LXI.

Franc. Modius ERASMO NEVSTETTERO *cognomento* STVRMERO *ampliſs. & ſplendidiſs. Equiti Franco* S.

QVid bibliotheca tua Comburgēſis omne genus libris tam veteribus & manu exaratis, quā typis deſcriptis inſtructiſſima mihi profuerit, profitque quotidiè, Patrone ampliſſime, ſuo vt ſpero loco melius apparebit. nūc volui hęc ad te mittere, ſpecimē eorum, quæ ex tuo veteri mēbranaceo codice in mythologiarū libris ijs emendaui, qui hactenus ꝑ Fulgētij Epiſcopi Carthaginēſis, ſiue eius, cuius multa pietate & eruditione ſcripta eccleſiaſtica multa in manib. habētur, nō rectè circūlati, cuſiq; paſſim ſunt. cū conſtet ex eodē illo tuo antiquo libro, tribusq; alijs venerādę ęquè antiquitatis codicibus, quib. olim Louanij à Gemblacenſibus, & nuper Coloniæ à Metropolitanæ eccleſiæ bibliothecæ prefectis, & abate Sigebergenſi vſus ſum; cū, inquā, ex his omnib. cōſtet neq; diui Fulgētij eius, cui⁹ ſcripta ſacra hodieq; legūtur, quiq; Ruſpēſi eccleſię prefuit, & multa ab Arrianis paſſus fidei cauſſa eā ſedē Aſiatico exilio mutare coactus fuit; neq; Carthaginēſis aut omnino alteri⁹ vllius epiſcopi has mythologias eſſe, ſed neſcio cuius Fabij Planciadis Fulgentij clariſſimatus dignitate ornati, qui tamē eiſdē ferè cū Fulgentio Ruſpenſi Epiſcopo temporibus, & in eadem Africa vixerit. vt tum plenius à me diſſeretur, cum huius auctoris opu-

ſcula vniuerſa, ex parte numquã hactenus cuſa, ex ampliſſima tua bibliotheca cũ publico communicabo. interea, vt dixi, hæc ſpecimen tibi erũt noſtræ in hoc qualicumque non inutili certè rei poëticæ & philoſophiæ etiam ſtudioſis auctore benè an ſecus nauatæ operæ. Libro primo paullo poſt principium: *Licet mulierum verbalibus vndis & cauſſidici cedant, nec Grãmatici mutiant, Rhetor taceat, & clamorem præco compeſcat, ſola eſt quæ modũ imponat furentibus, licet Petroniana ſubit Albutia, hac enim alludente, & Plautinæ ſatyræ dominatus obdormit, & Sulpicillæ Auſonianæ loquacitas deperit, Salluſtianæq; ſymphoniæ, quamuis præſens ſit cantilena melos cantandi rauceſcit.* Hercules alexicace tuam fidẽ, quæ hæc monſtra verborum? quæ eſt iſta ſymphonia Salluſtiana, aut præſens cantilena? diſco reponendũ ex. m. ſ. libri huc ducente nexu litterarũ, & hiſtoriæ veritate: *& Plautinæ Saureæ dominatus obdormit, & Sulpicillæ Auſonianæ loquacitas deperit, Salluſtianæq; Semproniæ quãuis præſens ſit cantilena, melos cantandi rauceſcit.* Sauream Plautus inducit imperioſum atrienſem, dotalẽ ſeruum; cui plus eſſet in manu, quã patrifamilias, qui dote accepta libertatem vendiderat. in hoc ludere, & memoria lapſus videri poteſt Plãciades: vt ſeruũ muliebri impotentia & loquacitate ſeruã hic induceret. reliqua ita ſunt certa, vt certius non ſit meridie lucere: vt vel ex his Salluſtij verbis liquet: *Sed in his* (confœderatis Catilinæ puta) *erat Sempronia, quæ multa ſæpè virilis audaciæ facinora*

I. Fulgentius Mythologiarũ lib. 1. ſemel & iterum emaculatus præfatione.

nora cõmiſerat. hæc mulier genere atq; forma, præterea viro, atque liberis ſatis fortunata fuit: litteris Græcis & Latinis docta; pſallere, ſaltare elegantius, quam neceſſe eſt probæ: multa alia quæ inſtrumenta luxuriæ ſunt. ſed ei cariora ſemper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. pecuniæ, an famæ minus parceret, haud facile diſcerneres. lubidine ſic accẽſa, vt ſæpius peteret viros, quam peteretur. ſed ea ſæpè antehac fidẽ prodiderat: creditũ abiurauerat, cædis conſcia fuerat, luxuria atq; inopia præceps abierat. verum ingeniũ eius haud abſurdũ; poſſe verſus facere; iocum mouere; ſermone vti vel modeſto, vel molli, vel procaci: prorſus multæ facetiæ multusque leposinerat. His rebus cõparatis, Catilina nihilominus &c. facit & alibi vt Catilinę eiuſq; partium & coiurationis ſtudioſæ Semproniæ Salluſtius, ſed hæc hoc loco ad noſtrę emendationis confirmationẽ adduxiſſe ſufficiat. ſequitur ſtatim in Planciade. *Muſæ enim latera ſarciebant altrinſecus duæ, quarũ dexterior verecunda quadã maieſtate ſubnixa elatæ frontis Polyimnia argẽteis aſtrorum purgauerat margaritis, cuius phaleratum exoticis diadema carbunculis corniculata lunæ ſinuatio deprimebat, ac cærulanti peplo circumlita hyalinæ cauitatem ſphæræ oſſeo faſtigatus tigillo verſabat.* curioſa ſatis deſcriptio, ſed in qua librarij multipliciter accuſandi, qui tam fœde elegantiã eius contaminarint, quã nos priſtino ex veteri libro coniectura noſtra leuiter adiuto ſic reſtituendã cenſebamus: *Muſæ autẽ latera ſarciebant altrinſecus duæ. Quarum dexterior verecunda quadã maie-*

II. Ibidem. ſupplet a lacuna bis ter correctus.

ſtate ſubnixa, elatæ frontis polimina argẽteis aſtrorum criſpauerat margaritis; cuius phaleratũ exoticis diadema carbunculis corniculata lunæ ſinuatio deprimebat; hæc cærulanti rutilum caput pepla circumlita hyalinæ cauitatem ſphæræ oſſeo faſtigãs tigillo verſabat. ſcripſi; *polimina* pro *Polyimnia*, de ſola coniectura fateor, ſed cũ præceſſerit; *ergo erũt nobis Philoſophia atq; Vrania adiutrices operis.* ita enim ibi quoque legendum inducta voce, *cæleſtis* quæ à gloſſemate eſt. videremq; hic non de Polyimnia ſed Vrania ſermonem eſſe, deprehendere viſus ſum fontẽ erroris in eo eſſe, quod cum Muſarum mentio præceſſerit exſcriptores notam ſibi in eis Polyimniam hic notari putauerint. malè quidẽ, & quomodo ſi legatur, nullus erit ſenſus; ſed hæc non faciunt ipſorum ſapientiæ. reliqua purè putè ita in optimo tuo codice, ampliſſime Neuſtettere, deſcripta legũtur, quemadmodũ à me hic elegãtiſſima ſanè emendatione interpolata ſunt. Poſt pauca omnino verba: *Leui comes lateris refugo quodam contemplatu ſecretior, humanos intuitus velamine quodã arcano vitabat, huius ninguida canis albẽtibus nitebat cæſaries, rugaque criſpato multiplici ſupercilio rancidũ ſe quiddam cõſopire promittebat. Tardior inceſſus erat, & ipſa ponderationis grauedine venerandus. Tunc Calliope prouinciam loquacitatis ingreſſa, His te inquit Fulgenti tutricibus ſpoponderam largitam.* hic admoneo primum admonitus ipſe ante à libro ſcripto, *conſipere* pro *cõſopire* legendum. ſic enim iterum, ſic ſæpius Fulgentius loqui-

III. Adhuc ibidem.

IIII. Et Quartò item bis, ter.

loquitur. deinde poſtrema ex eodem libro ita emendo. *His te, inquit, Fulgēti, ductricibus ſpoponderam me largituram.* De Perſeo & Gorgone. *Deniq; & Atlantis regnū invadens, quaſi per Gorgonis caput, id eſt per ſubſtantiam eius eum in montem fugere compulit.* vberior eſt codicis tui ſcriptura, ampliſſime patrone. *Deniq; pugnādo cum Meduſa, & vincendo animoſior factus etiam Atlantis regnum inuadens, id eſt per ſubſtantiam eius eum in montem fugere compulit.* Mox de ijſdē. *Hos ergo terrores Perſeus adiuuante ſapiētia interfecit.* ſuppleatur & hic locus ex membranis: *Hos ergo terrores Perſeus adiuuāte Minerua, id eſt, virtus adiuuante ipſa ſapientia interfecit.* ſed iam nūc hinc ad librum ſecundū tranſeamus & illū quoq; ſaltuatim pervagemur carptimq; notemus ac primo quidem de Iunone iſta: *huius quoq; in tutelam ponunt pauum, quod omnis vitæ potentia petax in adſpectum ſui ſemper quærat ornatus. Sicut enim pauus ſtellatum caudæ curuamē concauans anterius faciem ornat, poſterioraque turpiter nudat. Vnde & Theophraſtus* &c. emendandum & ſupplendum ex membranis: *huius quoque in tutela ponunt pauum; quod omnis vita potentiæ petax in adſpectum ſui ſemper quærat ornatum. Sicut enim pauus ſtellatum caudæ curuamen concauans anterius faciem ornat, poſteriora turpiter denudat: ita diuitiarum gloriæque appetitus momentaliter ornat, poſtremo tamen nudat. Vnde &* &c. De Veneris adulterio: *Primam Paſiphaen* (enumerat Solis filias à Venere va-

V. De Perſeo & Gorgone. inſignis lacuna ſuppleta.

VI. Alia ibidem lacuna ſuppleta.

VII. Lib. II. De Iunone item ſuppletus & emendatus.

IIX. Adulterio Veneris. præcipuus defectus implet⁹ varieque & ſæpius emendatus.

rijs & fœdis libidinibus omnibus exagitatas, in vindictam detecti sui ab eo cum Marte, Vulcano adulterij) *vt visum, quasi* Παρίφαλω *quod nos latinè omnibus apparentem dicimus. Visus enim reliquos quatuor sensus inspicit, quia & eũ qui clamat videt, & palpando notat, & degustando adspicit, & odorando intendit. Secundam Medeam quasi auditum, hoc est* μηδὲν ἰδίαν, *quod nos Latinè nullam visionem dicimus. quarta Phædra quasi odoratus, velut si dicatur* φέρων ἥδω *quasi afferens suauitatẽ. Quinta Dirce* &c. ecce & tertiam omittit Solis filiam, & falsissimũ est, quod ait, visum palpando, degustando, odorando res notare, quare hic quoq; emẽdetur audacter insigni lacuna ex mẽbranis optimis totiens iam mihi laudatis suppleta: *Visus enim reliquos quattuor sensus inspicit, quia & eum qui clamat videt; & palpanda notat; & degustanda adspicit, & odoranda intendit. Secundam Medeam, quasi auditũ, hoc est* μηδὲν ἰδίαν; *quod nos Latinè nullã visionem dicimus. Tertiam Circen id est tactum; quasi diceret Græcè* χειρῶν χρίτλω, *quod nos Latinè manuum iudicium dicimus. Quartã Phædram quasi odoratũ, velut si dicatur* φέρων ἥδω, *id est afferens suauitatẽ. Quintã Dircen saporis iudicẽ, quasi* δεινοχρίλω, *quod nos Latinè acre iudicãs dicimus.* posse hic finẽ facere, amplissime patrone, te rebus alioqui quã maximè arduis numquã nõ occupatissimũ his minutijs interpellandi; nisi idẽ qui negotiorũ tuorum molem nõ ignoro, hoc quoq; scirẽ; non aliud te fere ab ijsdẽ indulgere tibi laxamẽtum quam litteratas has & de litteris litteras; cõsideremq; te magnam sanè,

pro

pro incredibili iſta tua & perpetua erga hæc ſtudia beneuolentia, voluptatẽ capturũ; cũ ſcriptori non malo & in ſuo genere penè vnico eorũ ſaltẽ qui ad nos perdurarũt, tot locis mãco, mutilo, lacero, vitioſo, per me ex tuo myropolio medicinã factã intelliges. ex quo, fret⁹ ijs quæ dixi, etiã tria quattuor alia eiuſdẽ loca miſerè luxata obligare, & priſtino, quod poteſt, reſtituere, atq; hic ſubtexere nõ verebor. De Scylla: *hanc etiã Vlyſſes innocuus trãſit, quia libidinẽ ſapientia cõtemnit.* his verbis quæ ſunt extrema huius de Scylla capitis in libris omnibus cuſis ſubiungãtur iſta ex manu exarato; *Vnde & vxorẽ habere dicitur Penelopen caſtiſſimã: quod omnis caſtitas ſapiẽtiæ cõiungatur.* miror vbi oculos mentẽq; habuerint qui tot & talia bono Planciadi vulnera inflixerũt, qui miſerũ mẽbris ſuis tã crudeliter mutilarũt: certũq; eſt aut illos min⁹ peritos libros veteres tractãdi fuiſſe, aut qd credere malo libris nõ perinde probis vſos eſſe. ſed redeo ad iſta intricatiſſima de Cygno & Leda: *Qualis.n.* (inquit) *diuinitas eius qui ſit, quod eſſe velit, ne quidẽ quod fuerat eſſet, cõuerſus in cygnũ cũ Leda cõcubuit.* Ariadne tuũ filum vt ex hoc labiryntho me extricẽ. ſed hoc aut mẽbranæ cõmodabũt, aut nemo dabit. & commodãt ꝓfecto mẽbranæ in quib. eſt: *Qualis.n. diuinitas, quæ quærit, quod eſſe velit, ne, quod fuerat, eſſet? Iuppiter cõuerſus* &c. Adhuc de ijſdẽ: *ex hoc ouo generãtur tres, Caſtor, Pollux, & Helena. Nihilominus ſeminariũ ſcandali & diſcordiæ, ſicut antea diximus, et geminũ luctũ cõcuſſit adultera mũdo.* corrigendum ex aureolis iſtis ſcidis: *ex hoc ouo*

IX. De Scylla. hiatus non paruus impletus.

X. De Cygno & Leda. emendatus.

XI. Ibidem ſemel & iterũ interpolatus.

generantur tres, Castor, Pollux & Helena. Helena ponitur quasi seminarium scanduli & discordiæ, sicut antea diximus.

Quæ geminum luctu cõcussit adultera mundũ. geminus mũdus est, Asia, & Europa scilicet: quarum illa fuit communis Erynnis. Libro tertio de Berecynthia & Atti: *& quia populos subdere cupiebant, & soli super populos esse, dæmones dicti sunt. Ideo & apud Romanos Indigetes. Ergo Berecynthiam* &c. interseratur ex mẽbranis vnde hoc nomen apud Romanos inuenerint, ita scribẽdo: *Ideo & apud Romanos Indigetes, quasi nihil indigẽtes. Ergo* &c. Rursum de ijsdem. *Ideo leonum currui præsidens, quia omnis potentia regno ornata sit. Sceptrum etiam fert* &c. Ratio sibi non constat, sed veriorem accipe ex veteri libro; *Ideo leonum currui præsidens, quia omnis potentia etiam virtuti dominatur. Ideo multiplici veste quod omnis potentia ornata sit. Sceptrum etiã fert* &c.

XII. Lib. III. de Berecynthia & Atti, lacuna suppleta.

XIII. Ibidem alia lacuna item impleta.

XIV. De Phyche & Cupidine tres, quatuor lacunæ suppletæ præter sexadmodũ menda sublata.

In lepida illa Psyches & Cupidinis historia: *Ciuitatem posuerunt quasi in modum mundi, in qua regem & reginam velut Deum & materiam posuerunt, quibus tres addunt, carnem vltrometantem, quam libertatem arbitrij dicimus, & animam, ψυχὴ enim Græcè anima dicitur, quam ideo iuniorem voluerunt, quod corpori iam facto postea inclytam esse dicebant. Hanc igitur ideo pulchriorem, quod & libertate superior, & carne nobilior; huic inuidet Venus, quasi libido: ad quam perdendam cupidinem mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas animam diligit, & ei velut in coniunctionem*

nem miſcetur, quam perſuadet ne ſuam faciem videat, id eſt, cupiditatis delectamẽta diſcat; vnde & Adam quamuis videat nudum ſe, non videt donec de concupiſcentiæ arbore comedat. Neue ſuis ſororibus, id eſt, carni, & libertati de ſuæ formæ curioſitate perdiſcenda cõſentiat, ſed illarũ compulſamento percita, lucernã de ſubmodio eiecit, id eſt, deſideriĳ flammam in pectore abſconſam depalat, viſam taliter dulcem amat, ac diligit, quã ideo lucernæ ebullitione dicitur incendiſſe, quia omnis cupiditas quantum diligitur tantũ ardeſcit, & peccatricẽ ſuæ carni confingit maculã, ergo quaſi cupiditate nudata, ex potenti fortunæ eruitur, & periculis iactatur, & regia domo expellitur. Sed nos quia longũ eſt, vt diximus, omnia perſequi, tenorẽ dedimus ſentiendi. Si quis vero in Apuleio ipſam fabulam legerit, noſtra expoſitionis materia, quæ non diximus ipſe reliqua cognoſcat. Inſignis planè locus, ſed turpiter admodum cõtaminatus, in cuius tamẽ nos tibi, ampliſſime patrone, reſtitutione, qua potuit, vẽditaturi nõ ſumus. etſi enim in eo, præter quattuor lacunas ſuppletas, & ſex nõ contẽnendas planeq; ad ſenſum neceſſarias interpolationes ex manu ſcripto libro noſtra induſtria adiuto adhibitas, alia quædã ad cõcinnitatẽ faciẽtia notauerim⁹, malumus tamẽ ſingula iudicio tuo ſingulari cõprobari, & æſtimari; quã noſtra prędicatione illuſtriora videri; hũcq; hui⁹ epiſtolę modũ, ne nominis noſtri ipſi obliti forte exiſtimemur, hic ſtatuimus; vbi ita quæq; emaculanda, & in priſtinum reſtituenda cenſemus: *Ciuitatẽ poſuerunt quaſi in mo-*

dum mundi, in qua regem & reginam velut Deum & materiam posuerunt, quibus tres filias addunt, id est, carnem, vltronietatem, quam libertatem arbitrij dicimus, & animam. ψυχὴ enim Gracè anima dicitur. quam ideo iuniorem voluerunt, quod corpori iam facto postea inditam esse animam dicebant. Hanc ideo pulchriorẽ quod ea & libertate superior & carne nobilior. Huic inuidet Venus, quasi libido, ad quam perdendam cupiditatem mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas animam diligit, & ei velut in cõiunctionem miscetur. Cui persuadet, ne suam faciem videat, id est cupiditatis delectamenta discat; vnde & Adam, quamuis videat nudum se, non videt donec de concupiscentia arbore comedat. Iubet ergo Cupido ne Psyche suis sororibus id est, carni, & libertati de suæ formæ curiositate perdiscenda consentiat: sed illarum compulsamento percita, lucernam de submodio eiecit, id est, desiderij flammã in pectore absconsam depalat, taliterq; visam cupiditatem amat, ac diligit. quam ideo lucernæ ebullitione dicitur incendisse, quia omnis cupiditas quãtum diligitur, tantum ardescit, & peccatricem carni suæ configit maculam. Ergo quasi cupiditate nudata, & potenti virtute priuatur, & periculis iactatur, & regia domo expellitur. Sed nos, quia longum est, vt dixi, omnia persequi, tenorem dedimus sentiendi si quis vero in Apuleio ipsam fabulam legerit, nostræ expositionis materiæ quæ non diximus, reliqua consentire cognoscet. Vale, Patrone benignissime.

EPIST.

EPIST. LXII.

Franc. Modius Ioanni Metello I.C. S.
Coloniam Agrippinam.

QVæ de Plinio Antonij Vaccæ, opera Io. Baptiſtæ Pij, antiquarij, Beroaldi diſcipuli cũ cura emendato; itemque quæ de illo, quẽ fuiſſe ais Epiſcopi Monſpeſſulani, Franciſci Gallię regis ad Venetos quondam legati, amicè ſuggeris, clariſſime Metelle, ingẽti me, videndi ſaltẽ vtriuſq; incẽdêre deſiderio. ſed vt ego vereor, fruſtra planè. nam & illi mihi ignoti ſunt; & vt non ſint, nõ temere à ſe quoquam tanto ſtudio cõquiſitos & diu conſeruatos libros amittẽt, ne dũ tam longe. de Antonio Auguſtino epiſcopo Tarraconenſi facilior res fuerit, modo tu ne nolueris, quẽ ſcio hic mihi commodare poſſe vt neminẽ alium; & vt commodes, vel litterarum & communiũ ſtudiorum cauſſa, hac epiſtola te rogatum & admonitum volo; quod in exſcriptores notarum, aut m. ſſ. codicũ ad cuſos collatores erogabitur, hoc omne ego præſtabo vtque Plinio vacem totus, vbi hæc & ſimilia adiumenta tua, tuique ſimiliũ, hoc eſt eruditiſſimorũ & fama celeberrimorum virorum opera vndique conquiſiero; quidquid in alios ſcriptores obſeruaui, nũc iam in Nouantiquas has conijciam. de quibus ante alios hæc tu examinabis.

I. Silius emendatus lib. XIII. Verſu XXCVI.

Fama eſt (ait Silius) *intactas longaui ab origine Fauni*
Creuiſſe in medium &c.

nihil Fauno cum Peronia, de cuius templo, & lu-

co hic sermo est. ideoque non dubitabis mecum hic extrita vna litterula legere: *lõgæui ab origine fani.* quod poëticè à Silio dictum est, antiquitatem templi, quę venerationem augere solet, designare volente. Virgilius.

Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.

II. Et versu LXXVI. sed & ante, versu puta 76. planè legẽdum est: *dextras iungamus inermes.* non; vt in editionibus est: ——*dextras iungamus inertes.* sunt enim Diomedis ad Æneam verba, bellũ vlterius cum Troianis deprecantis.

III. Versu CLV. Versu 155.

Præuetitum capiti pœna committere Martem
Sponte viris &c.

corrupta elegans à sciolis scriptura, quæ erat:

Præuetitũ namq; & capital committere Martẽ
Sponte viris &c.

verba sunt de more illo castrensi Romanorum, quo miles extra ordinẽ cum hoste prouocante etiam, iniussu Imperatoris depugnare vetabatur capitis sui periculo. Mox:

IV. Versu CLXXI. *Nec Rutulus leuior cedentis perdere terga.*

scribo:

——*cedentis prendere terga.*

quod valet, comprehendere, inhærere tergis.

V. Versu CCLXVII. Iterum mox:

Hoc mihi poscendi vigor affuit, alter vt æquus
Portaret fasces nostro de nomine consul.

sunt verba Virrij, qui alterũ Romæ Capuanum consulem cõstitui postulauerat; sed quę tum demum recta erunt, cum isto modo legentur:

Nec mihi poscendi vigor afuit, alter vt æquos
Porta-

Portaret faſces noſtro de nomine conſul.

Verſu 295. VI.

Virrius interea dum penetrare medullas Verſu ccxcv.
Exitio, aſcenditq; pyrã, atq; amplexibus haret. ſuppletus &
Iungere tum fata, & ſubici iubet ocyus ignes. cõtrectus.

quem locum & mutilum, & vitioſum ita corrigi optarim:

Virrius interea dum dat penetrare medullas
Exitio, aſcenditq; pyram, atq; amplexibus haret
Iungentum fata, & ſubici iubet ocyus ignes.

iungentes fata eos dicit, qui ſe cum Virrio morte ſpontanea imminenti ſibi à Romanis ſupplicio ſubduxerunt. Statim:

VII.

Ne flammam tædasq; velint, ne templa ſub vno Verſu
In cinerem tranſiſſe rogo. cccxiix.

puto rectum, & germanũ eſſe: ——*ſub vno*
In cinerem traxiſſe rogo.

Rurſum ſtatim: VIII.

Cingit acuta comas & opaca tempora pinus, Verſu
Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte. cccxxx.bis
Stant aures, ſomnoq; cadit barba hiſpida mento. emaculatus.

probo ſcriptam lectionem:

Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus;
Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte;
Stant aures, imoq; cadit barba hiſpida mento.

ſed & verſu vndecimo pro, *& perfulſit* (aut, vt alij corrigunt, *præfulſit*) *corda furentum*, melius in libris ſcriptis eſt; *& permulſit corda furentũ.* IX. Verſu cccxliii.

Vt & verſu 365. X.

Tempora muralí cinctus turrita corona. Verſu
pro inepto illo vulgo vulgato: cccixv.

Tempora muralicunctis turrita corona &c.

XI. Versu CCCLXIIX. bis, ter interpolatus.

de vno enim Milone sermo est. Versu 368.

Hic atrox virtus (nec enim occuluisse probatū
Spectatum vel in hoste decus) clamore feroci
Taurea, tunc, inquit, ferro spoliabis inultus
Te maiorem animam, & iusso lictore recisa
Ignauos cadet ante pedes fortissima ceruix?
Haud vmquam hoc nobis dederit deus.

concludo epistolam, Metelle, aioque venustius esse in membranaceis scidis:

Hic atrox virtus (nec enim occuluisse probarim
Spectatum vel in hoste decus) clamore feroci
Taurea, tunc, inquit, ferro spoliabis inultus
Te maiorem animam, & iusso lictore recisa
Ignauos cadet ante pedes fortissima ceruix?
Haud vmquam hoc vobis dederit deus. Vale.

EPIST. LXIII.

Franc. Modius. Gregorio Bersmanno. S.

VIrgilium & Ouidium poetarū facile principes à te nuper, Bersmanne eruditissime, editos, nō tantum cum voluptate, sed etiā quod sentio, & lubenter profiteor, non sine fructu aliquo percurri. facerēt dij vt multæ variorum scriptorum editiones, quę nunc certatim prodeunt, nouas subinde emēdationes, animaduersiones, recognitiones, recensiones, explicationes, illustrationes, & quid nō titulis & frōtispicio mentientes, aliquid saltem simile haberent; eorumq; auctores in tuis vestigijs pedē fixissent: plus haud dubiè sanguinis & succi haberent. neque ieiunis qui-

quibuſdã ſæpè etiã in triuio natis notationibus, & ipſos ſeſe multi, & totum hoc commentandi genus traducerẽt. de quo quidam ita ſentire ſolent, nihil eſſe eo inanius, nullumq; omnino ſtudium inueniri, in quo ſe ingenia hominũ exerceant, ex quo pauciores ad vitam communẽ fructus perueniant. & eſt prope, vt illis aſſentiam, quotiens oſtentatorum quorumdam omnia ad ambitionem ſuam, nihil ad reip. litterariæ vtilitatem referentium perſonatas nugas inſpicio: verũ ſimul ab ijs ad paucos quidem, ſed tamen non omnino nullos, in quibus & tu, Berſmanne, oculos animumq; cõuerti, longe alia mihi mens eſt. eſſet & illis opinor criticis noſtris, de quibus modo dixi, niſi cum forte in ventoſos quoſdam nugiuendulos incidiſſent, damnato protinus toto hoc ſcriptionis genere, deinceps à ſimilibus libris abſtinendum ſibi ſtatuiſſent; atq; ita bonos malosq; iuxta abhorrentes, quicquid correctionem aliquã præ ſe ferret, etiam ſi ceteroqui vtiliſſimum, ſæpè etiã ad pleniorem aut linguæ Latinæ, aut certè rerum, diſciplinarumq; cognitionem neceſſariũ, longe à ſeſe ſegregaſſent. de quo ipſi viderint; ego ad te redeo; cui hac epiſtola pauca ſs omnino (vt enim plures nõ poſſim tua induſtria factum eſt) in Ouidij Faſtorum libros notas, easq; leuiuſculas. ſed tamen de quibus ſilendum mihi non exiſtimarem, communicare decreui. Lib. II. verſu 215.

Campus erat: campi claudebant vltima colles:
Siluaq; montanas occulere apta feras.

I. Ouidius Faſtorũ lib. II. verſu CCXV. notatus.

referunt membranæ collegij Laurentiani apud Agrippinates:

Siluaque montanas occulere alta feras.

& probo. sequitur enim:

Cætera virgultis abdita turba latèt.

certo vt constet, de cædua poëtam loqui, quæ in eam altitudinem excrescere solet; quæ tegendis insidijs satis quidem sit, non tamen ad eam accedat, quæ in inciduis conspicitur. talis est & ille apud Sallustium bello Iugurthino locus: *Cum interim Metellus ignarus hostium monte digrediens cum exercitu conspicatur; primo dubius quidnam insolita facies ostenderet, (nam inter virgulta equi, Numidæq; considerant, neq; planè occultati humilitate arborum, & tamen, quidnam essent incerti, cum natura loci, tum dolo ipsi, atq; signa militaria obscurati) dein breui cognitis insidijs, paulisper agmen stitit.* Versu 395. de Romulo & Remo exponi iussis:

II. Versu CCCXCV.

Ah quã sunt similes! ah quã formosus vterq;!
Plus tamen ex istis iste vigoris habet.
Si genus arguitur vultu; nisi fallit imago,
Nescio quem è vobis suspicor esse deum.

non putabam spernendam lectionẽ codicis Laurentiani: *Plus tamen ex illis iste vigoris habet.* & rursum: *Nescio quem in vobis suspicor esse Deum.* vt sit phrasis germana isti Belgicæ nostræ *da er stickt een man in*; qua vtimur quotiens significare volumus puerum aliquem virum magnum & cordatum aliquando daturum. Lib. 1. (saltuatim enim nunc hæc nunc illa carpo, prout sub

III. Lib. 1. versu CCCXLV.

manum

manum mihi veniunt) versu 345.

Si quis erat factis prati de flore coronis
Qui posset violas addere, diues erat.

m. ff. referunt partim *fractis* partim *flexis*. vnde suspicabar an forte legendũ *flexis* aut potius *plexis*, de quo coronarũ genere Plinius, alij. Eodem lib. versu 395. IV. Versu CCCXCV.

Dij quoque cultores in idem venere Lycæi:
Et quicumque loci non alienus erat.

notasti tu haberi in alijs libris, Bersmanne, *iõci* pro *loci*. ego moneo in Laurentiano alia syntaxi, & sententia legi:

Et quicũq; mero nõ alienus erat. Cicero de diuinatione: *Nec hoc dij alienũ ducũt maiestate sua.* In eodẽ Laurentiano erat versu ab hoc octauo: V. Versu CCCCIII.

Miscendas parcè riuus agebat aquas.

non, *largè*. & videtur sanè illud tum vinosissimis dijs, semideisq;, tum Bacchi festo, tum deniq; ipsi riuo non malè conuenire. sed & versu rursus ab hoc quinto est in nostro: VI. Versu CCCCIX.

——— vestem trahit illa per herbas.

non *vestes* quod nescio quomodo minus placet. Redeo ad lib. II. versu 291: VII. Rursus lib. II. versu CCXCI.

Vita feris similis nullos agitata per usus;
Artis adhuc expers & rude vulgus erat.

quid si Colonienses mẽbranas secuti; *Vita ferè similis nullos agitata per vsus, Artis adhuc expers & rude vulgus erat* legamus, Bersmanne? mihi sanè nõ parum venustius hoc videtur, & ad sententiam aptius. Quin versu 339. malim: IIX. Versu CCCXXXIX.

Cauſſa repertori vitis pia ſacra parabant:

cum ſcripto codice, quam cum editis; *quia ſacra parabant.* Verſu 471.

IX. Verſu CCCCLXXI.

Nec mora proſiluit: piſces ſubiere gemelli:
Pro quo nunc cernis ſidera numen habent.

legis tu, Berſmanne:

Pro quo nunc cernis ſidera nomen habent: aut:

Pro quo quæ cernis ſidera nomen habent.

& optimè quidem, non diſſimulabo tamẽ noſtri libri lectionem, quæ eſt:

Pro quo nunc dignum ſidera munus habent.

vt alia ſententia dicantur piſces hi gemelli facto ſuo inter ſidera collocari meruiſſe. Verſu 585.

X. Verſu IↃXXCV.

Iuppiter inmodico Iuturna captus amore &c.

magis impenſè placet, quod repræſentant veteres membranæ:

Iuppiter indomito Iuturna captus amore.

ſic enim apud Plautum memini aliquotiens hãc vocem poſitam. Verſu 739.

XI. Verſu IↃCCXXXIX.

Ecce nurum regis fuſis per colla coronis
Inueniunt poſito peruigilare mero.

nihil cauſſæ dico, cur nõ illud *coronis* & probum ſit, & quale eſt, habeatur. tantum aio non minus conuenienter fortaſſe eſſe in Colonienſi libro: *fuſis per colla capillis.* morem enim hũc video ex Apuleio obſeruaſſe, vt in vino mulieres comas ſoluerent. de qua re alibi. Verſu 801.

XII. Verſu IↃCCCI.

Quid faciat? pugnet? vincetur femina pugnãs.
Clamet? at in dextra, qui vetet, enſis erat.
Effugiat? poſitis vrgentur pectora palmis &c.

ego exiſtimabam non negligendum, quod in libro noſtro manu exarato erat:

Quid

Quid faciat? pugnet? vincetur femina pugna.
Clamet? at in dextra, qui vetat, ensis adest
Effugiat? positis vrgetur pectora palmis &c.

probo etiam statim. *Eripiam dixit per crimina vitam*, quomodo & tu, Bersmanne, testaris in libris tuis legi & nostri referūt. mors enim castissimum pectus non mouisset, nisi infamiā ex falsi sceleris insimulatione, quam Tarquinius minabatur, comitē habitura fuisset. Versu vltimo etiā huius libri vt cum eo aliquando epistolam concludam, Malim: XIII. Versu 1000000VII.

Nauiget hic alia iam mihi linter aqua. XIV. Versu vltimo.

quam vulgatum illud:

Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua.

quod mihi ab ijs videtur, qui lintrem fæmineam tantum vocem malè crediderunt, cum masculini etiam generis Propertius & Tibullus auctoritate sua eam faciāt, quos sequutus, vt in multis alijs, Ouidius. Vale.

EPIST. LXIV.

Franc. Modius Suffrido Petro J.C. S. Coloniam Agrippinam.

PEramāter facis, Suffride optime, quod ea facilitate, qua pauci alioqui solent, codicē Plinianū, qui per manus eruditissimi Cornelij Valerij à magno illo Nannio ad te testamento peruenit, nobiscum cōmunicas. itaq; vicissim à nobis opera dabitur, quod poterit, sedulo suo loco, ne grati hominis officio vlla in parte defuisse videamur. &, cum multum nos doctissimorum virorum Nannij & Valerij obseruationibus in Pli-

niana recognitione adiutum iri ſperemus, candidè vbiq; eum, per quem didicerimus ac profecerimus, ac fide planè Romana etiam profitebimur. quare & tibi nil gratius, & mihi nihil conuenientius poſſe fieri iudico. hodie eram in his Silij locis notandis:

I. Silius lib. XI. verſu CCCCXL. ſublato verſu vno in primum reſtituto.

Atque hæc è multis carpſit molliſſima menſæ
Facta antiqua virûm; placidas quîs mulceat au
Argolicis quondã populis mirabile &c. (res

illegitimus eſt haud dubiè verſus medius. quoq; magis credas, in membranis nullus cõparet. putabat ſciolus, qui illũ huc intruſit, deeſſe aliquid ad ſenſum. ſed fruſtra eſt. Poſt multa:

II. Verſu' IOXXIX.

Ægathis, ille & ſeruilia fœdera larga
Vltus cade dies, non plus optaſſe liberet
Quantum conceſſit dexter deus, altera iam lux
Si redeat, populis; certe ſis omnibus vna
Tum Carthago caput.

legere malim cum m.ſ.

——— non plus optaſſe liberet
Quam tum conceſſit dexter deus, altera iã lux
Si talis redeat, populis ſis omnibus vna
Tum Carthago caput.

certè illud mirarer, vnde huc irrepſerit, niſi temeritatẽ correctorũ notã nimis haberẽ. ſequitur:

III. Verſu IOXLVII. & deinceps ter, quater interpolatus.

Iamq; tibi dextras, inceptaq; noſtra probamus,
Iam fas Dardanio me non ſeruire colono,
Anne iterũ Hannibalẽ dedi placet? atra veneno
Inuidia, nigroque vndantia pectora felle
Tandem tot titulis totque exornata trophæis
Infelix muta: dextra hæc, en, dextera, quam tu

Æneæ-

Æneadis lacerare dabas, & litora & amnes
Et ſtagna & latos impleuit ſanguine campos.
Hæc Mago; atq; animos fauor haud obſcurus
habebat,
Cui ſimul inuidia atq; ira ſtimulãtibus Hanno;
Talia væſani iuuenis conuicia miror
Haud equidem, tumet ingenio, fraternaq; corda
Non tardè agnoſcas, & virus futile linguæ.
Qui ne mutatum vanis abſiſtere credas,
Nunc pacem orandam, nunc &c.

non commendabo emendationẽ huius loci verbis, tantũ aio totũ eum ex mẽbranis ita legendũ:

Iamne tibi dextras, inceptaq; noſtra probamus,
Iam fas Dardanio me non ſeruire Colono,
Anne iterũ Hannibalẽ dedi placet? atra veneno
Inuidia, nigroque vndantia pectora felle
Tandem tot titulis, totque exorata trophæis
Infelix muta: dextra en, dextera quam tu
Æneadis lacerare dabas, & litora, & amnes
Et ſtagna & latos impleuit ſanguine campos.
Hæc Mago. atque animos fauor haud obſcurus
habebat.
Cui ſimul inuidia atq; ira ſtimulãtibus Hanno;
Talia væſani iuuenis conuicia miror
Haud equidem tumet ingenio, fraternaq; corda
Non tardè agnoſcas, & virus futile linguæ.
Qui ne mutatum vanis abſiſtere credat
Nunc pacem orandum, nunc &c.

cur quæq; mutauerim, ita in aperto eſt, vt ſi pluribus eorũ rationem reddere tentẽ, nugas agam, meoq; ocio, & tua, Suffride, aç à te aliorũ patiẽtia

abuti voluiſſe, merito in ſuſpicionem venire poſſim, potius iſta videbo in oratione Hannibalis, militem ſuum iam Campanis deliciis eneruatum, obiurgantis,

IV. Lib. XII. verſu LXXV. ſemel & iterũ emaculatus.

——non ibis, & arduus arma
Meducente feres? tenet heu Cumanus hiantem
Agger adhuc, murusq; tenet Gracchũq; moueri
Non auſum portis, paruo in diſcrimine cerno.
A vobis gentes quæcumq; labore paraſtis
Caſu geſta putent? vos per Tyrrhena fauẽtũ &c.

verior, & venuſtior longè hæc lectio eſt:

——non ibis & arduus arma
Me ducente feres? tene heu Cumanus hiantem
Agger adhuc murusq; tenet, Gracchũq; moueri
Non auſum portis, paruo in diſcrimine cerno?
An vobis gentes, quæcumq; labore paraſtis,
Caſu geſta putent? per vos Tyrrhena &c.

V. Verſu XXCIX. legendum & mox de Dædalo:

——cum regna timeret Dictæi regis:

non vt vulgo male eſt:

——cum regna teneret D.r.

VI. Verſu CXIIX. & iterum mox:

——qua diſcidit æquor
Amphitryoniades armenti victor Iberi: non
——qua diſpulit æquor
Amphitryoniades armenti vector Iberi:

VII. Verſu CXXCI. Ac rurſum mox:

Inſonuere tubæ paſſim, clamorq; virorum,
Hinnitusq;, ſimul litui, raucoq; tumultu Cornua: non:
Tinnitusq; ſimul, litui raucoq; &c.

quod

quod passim nō rectè hactenus obtinet. sed iam Suffride, vale; charta me deficit.

EPIST. LXV.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

VSus sum his diebus à Weidnero nostro Lucani manu exarato codice, nō illo antiquissimo quidem & optimæ omnino notæ, sed tamē nec planè etiam recētis scripturæ, aut nullius bonitatis & ætatem quidem suam, quod raro solent membranacei libri, disertè ipse loquebatur, qua parte sub finem narrabat extremam sibi manum impositam anno CIↃ. CC. XVII. bonitatem ex eo cognoscas, quod præter emendationes Pulmannianas quas plærasque referebat, nouas insuper quasdam mihi suppeditauit, ex quibus pauculas has tibi impensas habeto. Lib. III. Versu 52 de Cæsare: I. Lucanus lib. III. versu LII correctus.

——tum pectore curas
Expulit armorum, pacisq; intentus agebat;
Quoq; modo vanos populi conciret amores
Gnarus, & irarum causſas, & ſumma fauoris
Annona momenta trahi. namq; asſerit vrbes
Sola fames &c. planè lego:
Quoq; modo varios populi conciret amores.

qui enim bello vani populi amores, quos deditiones oppidorum & gentium ferè subsequuntur? varij autem tum alias cū Virgilio, Horatioq;, tum hic inprimis rectè dicētur; quod Cæsar animos hominum à Pompeio in se transferri posse speraret, si quos idem Pompeius deseruisset, &

tantum nõ inopes prodidiſſet, hoſtiq; obieciſſet, ipſe commeatu, cuius cauſſa cũ Romæ, tum alibi graues in populo motus ſæpè fuere, affatim inſtruxiſſet. porro: *ſumma fauoris Annona momenta trahi.* ita dixit, quemadmodum verſu 338. *Non ponderare rerum: non momenta ſumus,* ex perſona Maſſilienſium. id eſt, non in nobis vertitur cardo rerum. Demoſthenes dixerat τὰ παράγματα τῶν Ἑλλήνων quod Cicero vertit, fortunæ Græciæ. Iſocrates autem cum dicere vellet non in his poſitũ eſt rerum momẽtum ὃ παρὰ ταῦτ' ἐστὶν dixit in Nicocle. ſed ad verſum Lucani 101. de Cæſare vrbem ingrediente:

II. Verſu ci.

——non omnia feſta,
Non fictas lato voces ſimulare tumultu:
Vix odiſſe vacat.

fortaſſe, inquit optimus Pulmannus; *non omnia fauſta.* & fortaſſe ita legendum. ſed vellem addidiſſet omnino; *omina* pro *omnia* reponendum. accipiendumque de acclamationibus vulgi, quibus boni ominis reducem Imperatorẽ excipiebat. quales ſunt illæ, quibus vita diuturna, & de hoſtibus victoria, nouaq; ad vetera & parta iam belli decora acceſſio optari cõſueuit. Verſu 181.

III. Verſu cxxci.

Iam dilecta Ioui centenis venit in arma
Creta vetus populis, Cnoſſasq; agitare pharetras
Docta, nec Eois peior Gortyna ſagittis.

cõcinnior videtur lectio Weidneriana; *Gnoſſoſq; agitare pharetras Docta.* vt de centum vrbibus principes duæ, Gnoſſos, & Gortyna nominatim hic recenſeantur. Verſu 227.

IV. Verſu ccxxiiix.

Mallos,

Mallos, & externæ reſonant naualibus Ægæ.
amo Weidnerianam ſcripturam; *& extremæ reſonant naualibus Ægæ.* ſunt plura huius nominis oppida; ſed eſt hoc, quo de hic agitur, in Cilicia in margine Pyrami amnis. videatur Plinius Nat. hiſt. lib. v. cap. xxvii. alij alibi. Verſu 277. V. Verſu CCLXXVII.

Quaq; fretum terrens Mæotidos egerit vndas
Pōtus, & Herculeis aufertur gloria metis. lego:
Quaq; fretum torrens Mæotidas egerit vndas
Pontus. quo enim anguſtius fretum, eo maiore impetu indignata ſe ſe cohiberi torrētis inſtar vnda ruit. agit autem hic de Cymmerio Boſphoro, cuius iterum lib. v. verſu 436. ſed glacie adſtricti ita meminit: (*das,*

Sic ſtat iners Scythicas adſtringēs Boſphorus vn-
Cum glacie, retinente fretum non impulit Iſter,
Immenſumque gelu tegitur mare &c.

Verſu 301. VI. Verſu CCCI.

Phocais in dubijs auſa eſt ſeruare iuuentus
Non Graia leuitate fidem, ſignataq; iura,
Et cauſſas, non fata ſequi.

malo cum membranis noſtris; *ſacrataque iura* quam, *ſignataq; iura.* & cur malim facit alter Silij locus in hæc verba: *Sacrata gens clara fide, quam ritè fatentur Marte ſatam populi ferro parere ſubacti.* arbitror enim ad hos Lucani verſus reſpexiſſe Silium. Verſu 406. VII. Verſu CCCCVI.

Si qua fidem meruit ſuperos mirata vetuſtas,
Illic & volucres metuunt inſiſtere ramis,
Et luſtris recubare feræ.

pusillum est hoc, sed tamen rectius legetur:

Illis & volucres metuunt insistere ramis,
Et lustris recubare feræ.

EPIST. LXVI.

Franc. Modius Remberto Dodonæo nobili Med. S.

IActuram grauissimam fecerũt litteræ. decessit Andreas Papius, & quidem, quod dolorem meum duplicat, morte violenta. quæ vtpote non ex natura luctuosissima meritò habetur. in ijs enim qui morbo aliquo tentati moriuntur, magnum ex necessitate ipsa solatium est. at in illis, quos inopinus casus aufert, hinc crescit dolor, quod potuisse diu viuere existimãtur. Et Papium quidem natatu se exercentem Mosa fluuius absorpsit: ingressum iam annum ætatis suæ tricesimum; cum paullo ante suos de Musica libellos Plantino nostro excudendos typis misisset. qui, miram fati potentiam vide, eandẽ mox impressi, quam Papius ipse fortunam passi sunt; Rheno, dum Francofurtum mittuntur, mersi, & ex magna parte planè corrupti aquis. Fateor, mouit me huius iuuenis æqualis mei mors nouo quodam more. amisi enim in eo studiorum meorum socium, rectorem, magistrum. viximus & dedimus simul Iurisprudẽtiæ operam ante annos ferè xi. Duaci; ac postea Louanij; ac nunc nuper etiam in Vbijs per aliquam multas dierum hebdomadas, dum vtriq; per aulica negocia licuit, assiduè vna fuimus. & parabat tũ iter ille in Hispanias, quod

mihi

mihi longinquum videbatur. cogita quomodo me affecerit nuntius de obitu eius, cuius desiderium ad tempus vix mihi laturus videbar. & adhibe amabo solatia; sed magna, sed noua, sed inaudita. ipse interea ab hac cogitatione me abducam, & ista notabo: versus Italici sunt:

I. Silius lib. IV. versu XIII. semel & iterū interpolatus.

Pila nouant, ac deterſa rubigine ſæuus
Induitur ferro ſplendor, iuuenumq; repoſtæ
Inſtaurant galeæ coni decus, haſtaq; iuuatur
Amento, renouantq; noua fornace bipennes.

sed qui ita scribendi, si quidem recte scribantur:

Pila nouant, ac deterſa rubigine ſæuus
Induitur ferro ſplendor, niueumq; repoſtæ
Inſtaurant galeæ coni decus, haſtaq; iuuatur
Amento, reuocantq; noua fornace bipennes.

Corrigenda & illa:

II. Versu XXXV. Virg. *In manibus Mars ipſe viri.* & Cæsar nescio quo loco.

At patres quamquam exterrent immania cœpta,
Inq; ſinu bellum, atq; Alpes & peruia ſaxa
Accepere, tamen crudam cõtra aſperamentem
Et magnos tollunt animos.

corrigenda inquam & hæc, scribendumq;:

——— Alpes & peruia ſaxa
Decepere &c.

Virg. *Ante domandum Ingẽtes tollunt animos.*

in eo enim frustra fuerunt Romani, quod numquam putabant fore, vt Hannibal tam celeriter Alpes superaret. Sequitur:

III. Versu XXCIIX.

Iamq; ſub extremum noctis fulgentibus vmbris
Lux aderat &c.

lego: *fugientibus vmbris*. tale est Ouidij illud:

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo,
Aut vbi nox abijt, nec tamen orta dies.

IV. Verſu CXXXVII. Pergit Silius: *Illa* (haſta puta) *volans patuli longè per inania campi,*
Letum perdiderat ſpatio.
videtur reponendum:
V. Verſu CLXXIV. *Ictum perdiderat ſpatio.* Vt & ibi:
At ſonus extremo morientis fuſus ab ore
Feſſa pererrauit mutis iam cornua labris.
flexa pro *feſſa*, ſi quid libris ſcriptis credimus. qui iubent mox etiam inter iſtos verſus:
VI. Verſu CCLXXVII. verſu auctus. *Quantus Phlegræis telluris alumnus in aruis,*
Tantus ſemifero Chryxus ſub pectore murmur
Torquet. &c. hoc modo alium etiã inſerere:
Quantus Phlegræis Telluris alumnus in aruis
Mouit ſigna Mimas, calumq; exterruit armis;
Tantus ſemifero &c.
de eodem Mimante mox idem Silius:
Apparet Prochyte ſæuum ſortita Mimanta. &c.
mitto enim te Dodonæe & valere iubeo.

EPIST. LXVII.

Franc. Modius Godeſchalco Steuuechio S. Coloniam Agrippinam.

TEnuia pleraque omnia ſunt, quæ his libris perſequimur, Steuuechi; & quæ indigna adeò videri poſſint, quibus ego ſcribẽdis, legendis alij tempus terant. fateor, ſi aut ipſe grauioribus rebus ita diſtringar, vt mihi huc deſcendere fas non ſit; aut illi, quibus hæc à me ſcribuntur, non exiſtimarent optimè tum ſe tempus collocare,

care, cum in ſimili genere ipſi quoq; aſſiduè aliquid legendo aut ſcribendo vitā tranſigunt. Nūc uero cum & Iuriſprudentiæ ſtudia remiſſa non nihil, quod hac fatali Belgicæ conuerſione, vbi tuto & cum dignitate ſua exerceantur, vix inueniant: & ampliſſimi viri D. Eraſmi Neuſtetteri patroni mei liberalitas otium mihi ad hæc faciat; illique quos hæc lecturos (ſi qui tamen legent) confidimus, ita ſoleant ſtatuere; nihil in claſſicis illis, & quaſi maiorum gentium ſcriptoribus tam exile poſſe occurrere, quod non cum cura à nobis conſiderari mereatur; futurum ſpero, vt, quam quiſque eorum gratiam ſibi in hoc genere fieri poſtulat, eam mihi quoque viciſſim, vt iuris eſt, facere non grauetur. eaque ſpe fretus, mitto ad te, mi Godeſchalce, hæc etiam cæteris ſimilia: hoc eſt, non magnæ rei, ſed tamen vt arbitror non omnino contemnenda; niſi ſi cui forte totum hoc commentandi genus contemnendum videatur. Apud Cenſorinum eſt: *Quare cum dona pretioſa neque tibi per animi virtutem deſint, nec mihi per rei tenuitatem ſuperſint; quodcumque hoc libri eſt, meis opibus comparatum, Natalitij titulo tibi miſi: in quo, non, vt plæriſque mos eſt, aut hic apertæ philoſophiæ præcepta ad beatè viuendum, quæ tibi ſcriberem mutuatus ſum* &c. In quibus, quæ eſt tandem illa, aperta philoſophia aut à quo omnino? emendandum videtur ex corrupta membranarum ſcriptura quæ eſt: *in quo, non vt plæriſq; mos eſt aut exhica parte* &c. omnino, inquam, hinc legendum videtur: *in quo,*

I. Cenſorinus de die Natali cap. I. emaculatus.

non vt plariſq; mos eſt, aut ex Ethica parte philoſophiæ præcepta ad beatè viuendū quæ tibi ſcriberem, mutuatus ſum: ſcribo etiam ſtatim iuſſu m. ſſ. librorum: *quæ vel ſapienter monentur, vel facundè prædicantur.* non vt vulgo eſt; *vel familiariter prædicantur.* ſed puſillum hoc. illud momenti maioris, quod mox, vbi in editionibus exſtat: *At quoniam ætas à die natali initium ſumit, ſuntque ante hunc diem multa, quæ ad hominum pertinent originem, non alienum videtur de his dicere prius quæ ſunt naturæ propriora.* legendum planè eſt ex membranarum auctoritate: *nō alienum videtur de his prius dicere, quæ ſunt naturā priora.* Sequitur: *alij homines ſemper fuiſſe, nec vmquam niſi ex hominibus natos, atq; eorum gratia caput exordiumq; nullū extitiſſe, arbitrati ſunt: alij vero* &c. vbi corrige meo periculo, ſed fide veterum librorum: *atq; eorum generi caput exordiumque nullum extitiſſe.* Poſt pauca: *Nam vt omittam, quod fabulares poëtarum hiſtoriæ ferunt, homines primos aut Promethei molli luto eſſe formatos, aut Deucalionis Pyrrhaque duris lapidibus eſſe natos: Virg.*

Hinc lapides Pyrrhæ iactos Saturnia regna;

& alibi, Quo tēpore primum Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem, Vnde homines nati durum genus. Quidam ex ipſis ſapientiæ profeſſoribus neſcio an magis monſtroſas &c. legendū omiſſis verſib. medijs, qui nō à Cēſorino, ſed à gloſſatore aliquo in margine libri primū adſcripti, in cōtextum poſtea à negligētibus librarijs recepti ſunt;

II. Ibidem.

III. Cap. II.

IV. Cap. III.

V. Eod. Cap.

Nam vt omittam, quod fabulares poëtarum historiæ ferunt, homines primos aut Promethei molli luto esse formatos, aut Deucalionis Pyrrhæq; duris lapidibus esse natos: quidam ex ipsis sapientiæ professoribus nescio an magis monstrosas, certè non minus incredibiles rationum suarum proferunt opiniones. Iterum post pauca: *Empedocles autem egregio suo carmine, quod huiusmodi prædicat esse Lucretius, vt vix humana videatur stirpe creatus, tale quiddam confirmat; primo membra singula ex terra quasi pragnante passim edita, deinde coijsse, & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & huiusmodi permixtam.* quibus postremis nihil est, si ita legantur, vt modo illa posui, ineptius; nihil, si vt iam ponam, elegantius: *Primo membra singula ex terra quasi prægnãte passim edita, deinde coijsse & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & humori permixtam.* Sed iam vale, amicissime Godeschalce. hæc enim, si bona sunt, satis esse arbitror multa: si mala, nimia etiã.

VI. Adhuc capit. III.

EPIST. LXIIX.

Franc. Modius Arnoldo Manlio M. S.

FRequens fuit his diebus nobis tui mentio; & credo omnino aures tibi tinnijsse. multũ enim & diu disputatum inter nos est de terræ Lemniæ, & quam sigillatam vocant, natura, ac viribus. in quibus hæc cum illa conueniat, in quibus dissimilis sit. qua de re tu olim Constantinopoli dum ibidem cum Rimio Cæs. Mai. le-

gato verſareris diligentiſſimè & exactiſſimè ſcripſiſſe dicebaris ad Cratonem, qui eam Epiſtolam cum multis nobiliſſimis medicis, & in ijs Ioachimo I. F. Camerario poſtea communicauit: confirmante mihi non ſemel eodem Camerario, nihil ſe in hoc genere maiore cura & ſtudio ſcriptũ vidiſſe. magna ſanè cum voluptate mea, qui iſta audiens, non minus lætabar, pro ea quæ mihi tecum eſt amicitia, laudari te à tam laudatis, & toto terrarum orbe celebribus viris, quam ſi ad me ea res pertinuiſſet. Nunc digreſſo Camerario, alijsq;, qui iucundiſſimè hebdomadas fermè tres nobiſcum hic verſati ſunt, redij ad nugas meas, de quibus tibi iſta mitto. Martiæ Reguli lib. vi. Silij Italici ad Marum viri quondam in expeditionibus bellicis comitem, nunc filium eius poſt Hannibalis ad Thraſimenum contra Romanos victoriam grauiter læſum reducentem, hæc verba ſunt:

I. Silius lib. vi. Ver. IDLXXIX ſemel & iterum interpolatus.

——Fidei comes inclyte magnæ
Nunc certè mihi reddis, ait, leue vulnus, an altè
Vſq; ad noſtra ferus penetrauit viſcera mucro?
Quicquid adeſt dũ nõ vinctũ Carthago cathenis
Abripiat, panaq; inſtauret monſtra paterna
Gratum eſt, ô Superi, &c.

quæ ſublatis duobus vitijs ita emendari, & priſtino reddi poterunt:

—— Fidei comes inclyte magnæ;
Hunc certè mihi reddis, ait; leue vulnus, an altè
Vſq; ad noſtra ferus penetrauit viſcera mucro?
Quid-

Quidquid id est dũ nõ vinctũ Carthago cathenis
Abripiat, pœnaq; instauret monstra paternæ
Gratum est, ô Superi, &c.

hunc autem dicit propter maritum cui Marus Carthaginem ad supplicium redeunti cum comes fuisset, solus inde exstincto eo iam per inauditos cruciatus, Romam redijt. *Quidquid id est*, ea forma ponitur, qua Virgilius ait: *Quidquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.* imitatusq; hoc loquendi genus postea deprehenderetur Calpurnius Siculus meus in bucolicis, Ecloga quarta; nisi & ibi corruptè legeretur:

II. Calpurnius Siculus Eclo. IV. emendatus.

Quidquid adest siluestre licet videatur acutis
Auribus, & nostro tantum memorabile pago;
Dum mea rusticitas si non valet arte polita
Carminis, at certè valeat pietate probari.

cum & hic emendata & vera scriptura sit. *Quidquid id est siluestre licet*, &c. Sed redeamus ad Italicum:

III. Iterum Silius lib. VI. Versu 1ocxxc.

Nec non (inqt) *proiectũ puppi, frustraq; vocãtẽ*
Numina, Amyclæum mergebat perfida ponto
Xantippum manus, & seras tibi Regule pœnas
Xantippus digni pendebat in æquora leti.

ingrata auribus eiusdem nominis repetitio; & scripsit haud dubiè Silius:

Nec non proiectum puppi, frustraq; vocantem
Numina, Amyclæum mergebat perfida ponto
Rectorem manus, & seras tibi Regule pœnas

Xantippus digni pendebat in æquore leti

nempè à glossographis erat vulgata lectio, quorum emblematis sæpius quam expedit boni auctores interpolati deprehenduntur. Mox est:

IV. Versu IDCCX.

Hæc mitte in populos, & adhuc maiora dabũtur.
Flagrantem effingens facibus Carthago Libyssis
Romam, &c.

pro, *effingens* habebant membranæ, *effugies*, ex quo faciebam *effinges*, nec tu opinor, Manli, si locum consideraueris, aliter eum constituendum iudicabis. Sequitur sequenti libro

V. Lib. VII. Versu CV. bis, ter emaculatis.

——— *Quodcumq; videtis*
Hoc reliquũ est, primo damnatũ, & inutile bello.
Heu vbi nunc Gracchi, aut vbi sunt nunc fulmina gentis
Scipiadæ? pulsi Ausonia non ante pauentes
Dimisere fugam, quam terror ad vltima mundi
Oceanumq; tulit profugos, nunc errat vterq;
Nomina nostra tremens.

corrupta hæc scriptura Marsum in eum errorem induxit, vt sententiam menti poëtæ, & huic loco alieniſſimam ex his versibus eliceret, quibus nihil clarius esse poterit si isto modo corrigant:

——— *Quodcumq; videtis,*
Hoc reliquũ est primo damnatũ vt inutile bello,
En, vbi nunc Gracchi, atq; vbi nunc sunt fulmina gentis
Scipiadæ? pulsi Ausonia non ante pauentem
Dimisere fugam, quam terror ad vltima mũdi
Oceanumq; tulit profugus, nunc errat vterq;
Nomina nostra tremens.

EPIST.

EPIST. LXIX.

Franc. Modius Iano Lernutio S. Brugas Flandrorum.

ITane, Lernuti, verum est vos, te, Giselinum, Goltzium dico, nihil ad litteras meas, nihil ad id, quod in ijs quærebam, respondere. atqui interierat mea id & primo quoq; tempore, & diligentissimè, ac cum cura fieri. sed iam suspicione assecutus mihi videor, quid caussæ sit, quod hactenus litteris vestris careo. nimirum dum Cl. V. Marcum Laurinum Goltzius de quo fortasse ipsi parum liquet, consulit, eunt dies. audio, & accipio excusationem; amo etiam Goltzij officiosam, & planè ciui Romano antiquæ probitatis ac fidei dignam ingenuitatem: vos tamen nolim ad hoc exemplum sæpè tacere; dum non potestis id scribere, quod vultis, aliquid saltem scribite, ne litterarum vestrarum desiderio planè contabescam, atq; vt promtius faciatis, eiq; rei argumentum habeatis; mitto ecce quæ his diebus è Ciceronis oratione pro lege Manilia enotabam; sperans fore, vt super ijs iudicium mihi tuum, sed ex animo, & pro familiaritate nostra statim perscribas. Ait Cicero: *Vnde illam tantam celeritatem & tam incredibilem cursum initũ putatis? legitur*, inquit Lambin⁹, *mendosè in omnibus vulgatis aut initũ aut inuentũ (quod proximũ etiam in vno m. ſ. reperi) ego tamen, vtroq; damnato, natum reposui.* ita quidem Lambinus. sed mihi non potest probari tamen, vt contra libros aliquid recipiatur: cum illud *inuentum*, quod no- I. Cicero pro L. Manilia notatus.

ſtri etiam libri veteres agnoſcunt, nullum incommodum ſenſum eijciat: magisq; propriè hoc modo, quam quo vult Lambinus, loquamur; & tantum non probent ſequentia inueniendi verbum hic adeo magis conuenire, dum dicunt, non nouè aliquod excogitatum artificium Pompeium in vltimas terras tam celeriter
II. pertuliſſe, ſed ea quæ ibi legere eſt. Præcedit: *Age vero cæteris in rebus quali ſit temperantia conſiderate.* membranæ pro, *quali*, *qua* repræſentabant: hinc arbitrabar legendum: *qua ſit*
III. *temperantia conſiderate.* Statim: *Iam quantum conſilio, quantum dicendi grauitate, & copia valeat. in quo ipſo ineſt quædam dignitas imperatoria, vos Quirites hoc ipſo in loco ſæpe cognoſtis.* p, *Quirites* habent membranæ *quoq;* quod probo: atq; ita ex ijs lego: *vos quoq; hoc ipſo ex loco ſæpè cognoſtis.* aut certè, quia prolapſio facilis fuit vnam q litteram omittere librario, quæ vocem *Quirites* denotaret; *vos quoque Quirites ſæpè ex hoc loco cognoſtis.* omnino quoque ad ſententiam neceſſarium eſt. dicere enim vult Cicero; non tantum ad exercitum notam Pompeij eloquentiam, ſed etiam Romæ in concionibus.
IIII. Sequitur: *Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit, qui ad omnia veſtra memoria bella conficienda diuino quadam conſilio natus eſſe videatur?* membranæ: *Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc permittendum ſit, qui ad omnia memoria noſtra*

ſtræ bella, &c. quod propter Fulnium Vrſinũ poſui, q̃ amici ſui coniecturam *committendum* reponentis, non recipiebat; quod, vt aiebat, de felicitate hic, non de fide imperatoris agatur. ego vero, cum tota hæc oratio in eo verſetur, vt probetur ſolus Pompeius is eſſe, qui huic tanto bello præfici mereatur, arbitror non incommodè hic etiam *committendum* legi potuiſſe, ſiquidem ita libri paterentur; atque nunc illis iubentibus verbum *permittendi* rectè locum hic habere poſſe exiſtimo. Poſt pauca: VI.

Tanta repentè vilitas annonæ ex ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt, vnius ſpe, & nomine, quantam vix ex ſumma vbertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet. videntur non paullo elegantius ſcribere membranæ:

Tanta repentè vilitas ex ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt vnius hominis ſpe, ac nomine; quantam vix in ſumma vbertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet.

Dixi m. f. lectionem meliorem videri & rectè ni fallor, dixi. nam & illud *annonæ* abeſſe poteſt: & illud *hominis* vix poteſt. ad hoc haud dubiè rectius eſt, vt, *in ſumma vbertate* quam, *ex ſumma vbertate* ſcribatur. Quarto ab his VI. verſu: *Iam vero acceptâ in ponto calamitate, ex eo prælio, de quo vos paullo ante inuitus admonui, cum ſocij pertimuiſſent, hoſtium opes, animiq̃ creuiſſent, cum ſatis firmum præſidium*

prouincia non haberet, amisissetis Asiam, Quirites, nisi id ipsum eius temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones Fortuna populi Romani attulisset. lego hic, inquit Lambinus; *nisi ad id ipsum temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones Fortuna pop. Rom. attulisset.* & aliquid ille dicit; sed nos totum locum ex membranis ita scribendum didicimus: *Iam, accepta in ponto calamitate, ex eo prœlio, de quo vos paullo ante inuitus admonui, cum socij pertimuissent, hostium opes animiq; creuissent, satis firmum præsidium prouincia non haberet; amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum discrimen eius temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna pop. Rom. attulisset.* vox *discrimen* à negligentibus alijs librarijs omissa, loco vitiando fuit. Vale.

EPIST. LXX.

Franc. Modius Victori Giselino M. S.

NOuantiquas meas à multis auide expeti ita audio, amicissime Giseline, vt nihilo magis in eis conficiendis instem. interea ipse mihi qui memini naturam ideo diem ac noctem fecisse, vt & agendi & quiescendi essent tempora, recteq; apud Senecam à nescio quo Pomponio dici arbitror miscenda ista inter se esse; vtq; quiescenti agendum, ita agenti quiescendum, hocq; quod ille ita dixit, vt ad eos maximè pertinere voluerit, qui magistratus, honores, consimiliaq; aut impotentius appetunt, aut studiosius fugiunt, rectè tamen ad nostra hæc quoq; litterarum

rarum ſtudia transferri poſſe ſtatuo. Exerceri vult ingenium, non onerari. & ſcis ipſe nimiam legendi ſcribendiq;, atq; habitandi in libris aſſiduitatem, cum vita etiam tractandi litteras vlterius multis eripuiſſe facultatem. vt durem igitur, & diu quod facio, faciam; lucubrationes nocturnas & intempeſtas fugioq;, credoq; dicentibus, alacriorem ad ſtudia rediturum, qui ea aliquando etiam intermiſerit. verumq; adeo id eſſe nũc quoque re ipſa comperior, quo tempore iſta accuratiſſimi tui iudicij facere impetus me cepit.

I. Seneca Epiſtol. xxx. notatus.

Senecæ Philoſophi Epiſt. xxx. hæc verba leguntur: *Baſſus tamen noſter alacer animo eſt: hoc Philoſophia præſtat, in quocumq; corporis habitu fortem, in conſpectu mortis hilarem, latumq;, nec deficientem, quamuis deficiat.* proba quidem illa in ſpeciem magis, quam re, ſi libris ſcriptis credimus. in quibus, *quamuis deficiatur*, conſtanter legitur. de cuius verbi probitate alibi pluribus.

II. Ibidem.

Eadem Epiſt. *Baſſus noſter videbatur mihi proſequi ſe, & componere; & viuere tanquam ſuperſtes ſibi, & ſapienter ferre decidium ſui.* conſentiunt membranæ in elegantiſſimam lectionem margini quoque excuſi anno CIↃ.IↃ.LXXXI. Pariſijs à neſcio quo adiectam; *& ſapienter ferre deſiderium ſui.*

III. Ead. Epiſt.

Eadem adhuc Epiſt. *Venit aliquis ad mortem iratus: mortem venientẽ nemo hilaris excipit, niſi qui ſe ad illam diu compoſuerat.* Notant alij in alijs libris exſtare: *Venit aliquis iratus morti: venientem nemo hilaris excipit.* ego profiteor rectum ex noſtris libris: *Venit aliquis ad mortem*

iratus morti: venientem nemo hilaris excipit, &c.

IV. Epiſt. xxxi. *Submitti te ac deprimi veto: laborem*
Epiſt. xxxi. *ſi non recuſes, parum eſt poſſe.* ridicula lectio. emendandum videlicet: *laborem ſi non recuſes, parum eſt: poſce.* Eadem Epiſt. *Non per Apenninum Graiumúe montem, nec per deſerta Candauiæ, nec Syrtes tibi, nec Scylla, aut Charybdis adeundæ ſunt.* membranæ: *Non per Peninum Graiumúe montem.* nempe, *Pœninum* ſcribendum: accipiendũq; de Pœninis Alpibus, quemadmodum per Graium quoq; montem Alpes Graias

VI. ſignificari conſtat. Eadem iterum Epiſt. *Deus*
Eod. Epiſt. *ille maximus potentiſſimusq; ipſe vehit omnia,* concinnior ſcripta lectio: *Deum ille maximus,* &c.

VII. Adhuc eadem Epiſt. *Quærendum eſt ergo quod*
Adhuc ead. *non fiet in dies deterius, cui non poſſit obſtari, quo nõ melius poſſit optari.* neſcio quid ſit quod membranæ, quas vidi, hæc; *quo non melius poſſit optari,* non agnoſcunt, ſuſpicorq; aliquid latere vitij,

IIX. quod te, Giſeline, eruere velim. Epiſt. xxxiiv.
Epiſt. xxxiii. *Non habemus itaq; iſta odorifera, nec emtorem decipimus, nihil inuenturum cum intrauerit, præter illa quæ in fronte ſuſpenſa ſunt.* emendat eruditiſſimus, & amiciſſimus Lipſius in lectiſſimis Electorum libellis: *Non habemus itaq; iſta oculifera.* & abſit vt à tam caro capite diſſentiam ego; qui etſi huc inducí poſſem, numquam tamen tibi ſat ſcio, mi Victor, contra illum talem virum quidquam probare poſſem. vtar tamen libertate his ſtudijs, ſi quibus alijs, propria; & monebo obiter ne noſtrum qudem *ochſferia* ex membranarum

rum penu depromptum, quasi à feriendis oculis dictum, quod sit, omnino reijciendum videri. Ipsumq; adeo Lipsium huius lectionis arbitrum capio. Eadem Epist. *Multum inquit, viua vox facit. Non quidem hæc quæ alienis verbis commendatur, & actuarij vice fungitur.* Propriũ magis hic verbum membranaceum: *quæ alienis verbis commodatur.* Epist.xxxvii. *Hos tam graues dominos, interdum alternis vicibus imperantes, interdum pariter,* &c. in m. ſſ. illud *vicibus* nullum est, neq; quidq̃ eo opus. Virgilius etiam dixit: *Alternis dicetis, amãt alterna Camœnæ.* Epist.xxxiix. *Seminis modo spargenda sunt: quod quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, vires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur.* scribo emendatione euidenti, & certa: *& ex minimo in maximos auctus diffunditur.* Epist. xxxix. *Commentarios quos desideras diligenter ornatos, & in angustum coactos ego vero componam.* Verum est: *cõmentarios q. d. diligenter ordinatos.* &c. sequitur statim: *Inter multos habes, quorum scripta nescio an satis ordinent.* & sequẽti xl. Epist. *Nihil autem ordinatum est, quod præcipitatur & properat.* Eadẽ Epist. xl. *Quid ergo? non aliquando & insurget? Quidni? sed salua dignitate morum, quam violenta ista & nimia vis exuit.* libri scripti pertinaciter; *quam violenta ista & inimica vis exuit.* consídera, sodes Giseline. Epist. xli. *Aliter leo aurata iubanitet, dum contrectatur, & ad patientiã recipiendi ornamenta cogitur fatigatus, aliter incultus, integri spiritus.* illud *nitet* ab Erasmi cõiectura est. qui & ipse fatetur in omnib⁹ alioqui

IX. Ibidem.

X. Epist. xxxvii

XI. Epist. xxxiix

XII. Epist. xxxix.

XIII. Epist. xl.

XIV. Epist. xli.

libris aut *innititur* aut *dimittitur* reperiri, quo magis inclino vt veram, aut pro vera habeam lectionem noſtrarum membranarũ, quæ omnes *mittitur* præferunt, non ignotũ theatris & venationib⁹ vocabulũ. & de quo vt ſperoLipſius nos docebit in libris, quos de hac re Saturnaliũ priorum titulo & exemplo cõfectos habet. forſq; an iam vulgauit. Epiſt. XLII. *At odit eos qui ſubita & magna potẽtia inſolenter vtuntur.* recta lectio, ſed quam tamen etiam venuſtiorẽ fore exiſtimẽ, ſi ex membranarum auctoritate reponat: *At odit eos qui ſubita & magna potentia impotenter vtuntur.* ſed iam vale mi Victor; qui.n. poſſum credere eum libenter longiores meas litteras lecturũ, q tanto tempore tam nihil ipſe ad me ſcribit?

XV. Epiſt. XLII.

EPIST. LXXI.

Franc. Modius Andreæ Schotto S.

Vliſſiponam.

NVnciatum mihi eſt Theodorum Pulmannum deceſſiſſe; qui nuncius ſanè grauiter me percuſſit. primum, quod amaui hominem propter ſummam humanitatem, & ſtudium erga litteras ſingulare, vt fratrem; & reueritus ſum eundem, propter canos & ſenium, vt parentem; deinde, quod opera eius vti ſoleo in conferendis & anquirendis libris manu exaratis, quorum illi prima ſemper cura fuit; etiam ætate iam vergente. quam ille ætatem ad vltimum ita tulit, vt cum ſuperiore æſtate Antuerpiæ agerem, conuiuamq; eum ſæpius domum abducerem, annũ iam agens LXXV. ijs potiſſimum veſceretur, qui-

bus

bus ipſe ego valetudinis cauſſa, vt crudioribus abſtinebam; negans vlli ſe tantum natu ſtomachi dolori obnoxium. nec minus ſanè viridi, & cuilibet labori pari animo deceſſit, quam corpore: ſolitus, cum munere quo publicè fungebatur, perfunctus eſſet; auidiſſimè manu deſcriptos libros ad editos iam ante comparare, & incredibili diligentia minima etiam quæq; enotare. in qua eum re deditum, & Cæſaris commentarios edere molientem, mors occupauit; non immatura illa quidem ſi annos eius ſpectes; nobis tamen intempeſtiua, & litteris; quod hæ priuatæ ſint ſui ſtudioſiſſimo homine, quiq; non pauciores ex bonis ſcriptoribus maculas eluerit, poſtq̃ libros tractare cœpit, quam quondam dum fulloniam exercuit in pannis vitia emendarit; nos, amico planè antiquæ probitatis ac fidei. vtriſq; tamen ferendum quod factum mutari non poteſt. nobisq; quibus hoc, pro ſuo in ſtudia amore, teſtamento legauit, eo gnauius etiam quod facimus faciundum, quo de natis ſimilibus viris, pauciores relinquuntur, quibus iſta qualicumq; tandem nomine ea appellare libet, curæ ſunt. in quo vt eſſe me ſcias, vide pauca quæ ſequuntur: Ait Silius:

I. Silius lib. VI. Ver. CCXLVII emaculatus.

——Interritus haſtam
Fulmineo volucrem torquet, primamq; lacerto
Venit in aduerſam non vano turbine frontem
Cuſpis, &c.

quæ ita ſcribenda, & diſtinguenda membranæ teſtantur:

——*Interritus haſtam*
Fulmineo volucrem torquet per inane lacerto:
Venit in aduerſam non vano turbine frontem
Cuſpis, &c. Paullo poſt eſt:
At fraudem nectens, ſocios vbi concaua ſaxa
Claudebant linquens, ſubito in certamine gyris
Vertit equum ſimulatq; fugam grauiore ruina.

II. Ver. ccxxvi egregia duorum carminum interpolatio.

cui loco mire à ſciolis interpolato, vt medicina fiat, repone:

At fraudem nectens, ſocios vbi concaua ſaxa
Claudebant, vertit ſubito certamine gyros,
Et dat terga celer ficta formidine ductor.

quomodo eſt in m.ſſ. excepto eo, q̃ *facta* p̃ *ficta* habebat: vnde tamen hoc eſſe faciendũ, nondifficilis fuit coniecturæ, ſanè quæ hic *concaua ſaxa*, mox à poëta, *ſaxoſæ latebræ* dicuntur. Iterum paullo poſt:

III. Verſu ccclxxiv.

Et certare malis vrgentibus hoſte putabam
Deuicto maius. emendetur:
Et certare malis vrgentibus, hoſte putabat
Deuicto maius.

non enim de Maro hoc intelligendum, vt malè vulgo fit, ſed de Regulo. Statim:

IV. Verſu cccxciv.

——*Togaq;*
Abdebatur honos, ſtetit illacrimante ſenatu &c.

planè legendum.

——*Togaq; Addebatur honos:*

hoc enim dicit; ſenatum quamuis captiuo Regulo habitum ſenatorium honoris eius cauſſa indulſiſſe, quo tamen ille vti renuit, ne polluereturab eo, qui adhuc in hoſtium poteſtate eſſet:

ſet. Modico interuallo: V.

Hos inter fletus iunctus veſtigia pœnis Ver. cccci.
Limine ſe duxit Tyrio, queſtusq; reliquit.

& hic emendandū: *Limine ſe cluſit Tyrio.* litterarum *c* & *l.* in *d.* vt ſæpè alias, coaleſcentia erroris fuit occaſio. Poſt aliquammulta: VI.

Ac legimus pontum, pinuq; iuuante cauata Ver. ıɔxxıı.
Æquor, & immẽſas curua trabe findim⁹ vndas.

repone:

——*Pinuq; inmane cauata*
Æquor, & immẽſas curua trabe findim⁹ vndas.

inſerendus etiam verſus ibi: VII.

——*Vis aſpera ponti* Ver. ıɔxxıv.
Obrueret, ſcopulisq; ratem furor improb⁹ Eurı Verſ. auctus.
Frangeret optabam, moderato flamine lenes
Vexerunt Zephyri, &c. legendumq;:

——*Vis aſpera ponti*
Obrueret. ſcopulisq; ratem furor improbus Eurı
Frangeret optabam, letum id commune fuiſſet;
Sed nos ad pœnam moderato flamine lenes
Vexerunt Zephyri, &c. Vale.

EPIST. LXXII.

Franc. Modius Fuluio Vrſino S.

Romam.

Q. Curtium Rufum ſcriptorem rerum à Magno Alexandro Macedone geſtarum, qui ἀκέφαλος, vt ſcis, Vrſine eruditiſſime, & ἀπλῆς nullis paſſim lacunis fatiſcit, vt vulgo circūfert, & in noſtratib⁹ bibliothecis, cęteroq; ſatis antiqs epit; integrū apud vos, certe in Italia exſtare fa-

——*Interritus haſtam*
Fulmineo volucrem torquet per inane lacerto:
Venit in aduerſam non vano turbine frontem
Cuſpis, &c. Paullo poſt eſt:

II. Ver. cccxxvi egregia duorum carminum interpolatio.

At fraudem nectens, ſocios vbi concaua ſaxa
Claudebant linquens, ſubito in certamine gyris
Vertit equum ſimulatq; fugam grauiore ruina.

cui loco mire à ſciolis interpolato, vt medicina fiat, repone:

At fraudem nectens, ſocios vbi concaua ſaxa
Claudebant, vertit ſubito certamine gyros,
Et dat terga celer ficta formidine dućtor.

quomodo eſt in m. ſſ. excepto eo, ℔ *facta* ℔ *ficta* habebat: vnde tamen hoc eſſe faciendũ, nondifficilis fuit coniecturæ, ſanè quæ hic *concaua ſaxa*, mox à poëta, *ſaxoſæ latebræ* dicuntur. Ite-

III. Verſu cccLxxiv.

rum paullo poſt:

Et certare malis vrgentibus hoſte putabam
Deuicto maius. emendetur:
Et certare malis vrgentibus, hoſte putabat
Deuicto maius.

non enim de Maro hoc intelligendum, vt malè vulgo fit, ſed de Regulo. Statim:

IV. Verſu cccxciv.

——*Togæq;*
Abdebatur honos, ſtetit illacrimante ſenatu &c. planè legendum.
——*Togæq; Addebatur honos:*

hoc enim dicit; ſenatum quamuis captiuo Regulo habitum ſenatorium honoris eius cauſſa indulſiſſe, quo tamen ille vti renuit, ne polluereturab eo, qui adhuc in hoſtium poteſtate eſſet.

ſet. Modico interuallo: V.

Hos inter fletus iunctus veſtigia pœnis Ver. CCCCL.

Limine ſe duxit Tyrio, queſtusq; reliquit.

& hic emendandũ: *Limine ſe cluſit Tyrio.* litterarum *c* & *l.* in *d.* vt ſæpè alias, coaleſcentia erroris fuit occaſio. Poſt aliquam multa: VI. Ver. IↃXXII.

Ac legimus pontum, pinuq; iuuante cauata

Æquor, & immẽſas curua trabe findim⁹ vndas.

repone:

——Pinuq; inmane cauata

Æquor, & immẽſas curua trabe findim⁹ vndas.

inſerendus etiam verſus ibi: VII. Ver. IↃXXIV. Verſ. auctus.

——Vis aſpera ponti

Obrueret, ſcopulisq; ratem furor improb⁹ Euri

Frangeret optabam, moderato flamine lenes

Vexerunt Zephyri, &c. legendumq́;:

——Vis aſpera ponti

Obrueret. ſcopulisq; ratem furor improbus Euri

Frangeret optabam, letum id commune fuiſſet,

Sed nos ad pœnam moderato flamine lenes

Vexerunt Zephyri, &c. Vale.

EPIST. LXXII.

Franc. Modius Fuluio Vrſino S.
Romam.

Q. Curtium Rufum ſcriptorem rerum à Magno Alexandro Macedone geſtarum, qui ἀκέφαλος, vt ſcis, Vrſine eruditiſſime, & ἀτελὴς multis paſſim lacunis fatiſcit, vt vulgo circũfert, & in noſtratib⁹ bibliothecis, cęteroq; ſatis antiqs repit; integrũ apud vos, certe in Italia exſtare fãa

huc allatum est. nec fama tantum, sed & auctore Ioanne Metello Sequano I.C. qui cum Antonio Augustino, multisque dignitate & eruditione præstantibus istic viris familiariter olim vixit, tibiq; ipsi, vt opinor, ignotus non est; hoc inquam etiã viro in Vbijs nuper mihi iniuria nulla, multis officijs cognito, indicium faciente cognoui, eius, quem dixi, scriptoris exemplar integrum apud integerrimũ & eruditissimum Petrum Victorium Florentinum asseruari. Igitur nõ semel impetus fuit, de hac re ad senem illum præter canitiem, virtutis & doctrinæ quoq; nomine venerabilem, litteras dare: sed repressit hactenus hoc consilium meum, tum quod ignotus & inuisus tanto viro litterarum mearum infantia molestus esse erubescerem; tum quod suspicarer, cũ nihil his aliquot annis de eo hic sanè auditum sit, fortasse, quam audieram hominis esse ætatem, terras eum iam reliquisse, & ad superos abijsse. quod proximum igitur tandem visum est, te potissimum de hac re, cuius eruditionem pariter & humanitatem ex scriptis hausissem, mihi compellandum existimaui, vt quem confiderem, vel communium studiorum causa, vel tuendæ eius, quam dixi, humanitatis suæ in ea mihi velle satisfacere; posse autem vnum maxime ex omnibus ideo, quod tibi Victorium familiariter notum arbitrarer; sciremque ex multorum sermonibus & litteris, non Vrbis tantum te bibliothecas, sed & Italiæ totius plerasq; omnes, vel per te ipsum, vel per amicos diligenter excussisse. quod maiorem

rem in modum te oro obteſtorque, Fului eruditiſſime, vt ſi quid hic habes certi, illud diutius nos latere ne patiaris. meus labor, ſiue otium potius nunc leuibus his & friuolis conteritur. Locus I. Macrobius lib. 1. in Scipionis ſomnium correctus. eſt libro Macrobij in Scipionis ſomnium priore de generatione hominis in hæc verba: *Verum ſemine ſemel intra formandi hominis monetam locato, hoc primum artifex natura molitur, vt die ſeptimo folliculum genitiuum circumdet humori, ex membrana tam tenui qualis in ouo ab exteriore teſta clauditur, & intra ſe claudit liquorem.* in quo quidem loco ſubeſſe latens vitium vt non omnibus liquere certum eſt; ita te, pro iſta tua & ingenij ſagacitate, & iudicij ſoliditate, clam eſſe non poteſt. illud fortaſſe quæ tua eſt in tractandis veterum ſcriptis relligio, quæres potius, quo pacto ei medicina fieri poſſit non violenta modo. & quod quæris ecce tibi membranæ noſtræ ſuggerunt, in quibus diſertè legitur: *Verum ſemine ſemel intra formandi hominis monetam locato, hoc primum artifex natura molitur, vt die ſeptimo folliculo genuino circumdetur ex membrana tam tenui* &c. quæ genuina haud dubiè Macrobij ſcriptura eſt. quam ſi tibi probare pluribus laborē, nugas egero; ſi vero *humori* illud vulgatum quomodo huc irrepſerit te docere etiam cōtendam, tum vero, vt quidam loquitur, *magis maiores nugas egero:* ſequitur paullo poſt in Macrobio. II. *Poſt autem bis ſeptem ipſa ætas neceſſitate pubeſcit. Tunc enim moueri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio faminarum: Ideo & tutela pue-*

ris quaſi virile iam robur abſoluitur, de qua tamen fœmina propter votorum feſtinationem maturius biennio legibus liberantur. puſillum & puerile eſt, ſed verũ tamen, quod membranæ referunt. *Poſt autẽ bis ſeptem ipſa ætatis neceſſitate pubeſcit. T. e. m. i. v. g. i. m. & p. f. Ideo & tutela pueri quaſi virile iã robur abſoluitur* &c. poſt aliquammulta.

III. *Et hic certæ quidẽ denunciationis eſt, quod de Scipionis fine prædicitur, ſed gratia concilianda obſcuritatis, inſerta dubitatio, dicto tamen quod indicio ſomnij continetur, abſoluitur.* non, *indicio ſomnij* ſed, *initio* legendum ſcripti libri teſtantur, & verba illa, quæ ex initio ſomnij hic repetit, à me autem hoc loco breuitatis cauſſa prætereuntur.

IV. Poſt multa. *Has erraticas cum luminibus duobus, aut infixas cælo, vt alia ſidera nullum ſui motũ noſtris oculis indicare: ſed ferri mundanæ confuſionis impetu, aut moueri ſua quoque acceſſione dicemus.* quæ eſt iſta, mi Fului, mundana confuſio, aut cui de ea fando auditum? cõtra certè omnes omniũ mathematicorum ſectæ, contra omnium philoſophorum ſcholæ, qui ratum adeo ordinem cœlo tribuunt, vt hinc ſuauiſſima longe harmonia oriatur: de qua paſſim Plato, & Platonem ſecutus Cicero. omnino reponendum ex membra-

V. nis; *ſed ferri mundanæ cõuerſionis impetu.* Rurſum poſt aliquammulta: *Hæc* (Luna) *licet & ipſa finis ſit, ſed liquidiſſimæ lucis & ignis ætherei; ideo quamuis denſius corpus ſit, quam cetera cæleſtia, vt multo tamen terreno purius, fit accepta luci penetrabile, adeo, vt eã de ſe rurſus emittat.* manifeſtus

vitij

vitij locus, quod ex eo ita tolletur: *ideo quamuis densius corpus sit, quam cetera cælestia, multo tamen terreno purius, sit accepta luce penetrabilis adeo, vt eam deserursus emittat.* Sub finem, vt cum libro epistola claudatur: *Nec in recessum aut accessum moueri eam* (terram puta) *patitur, vel vis circumuallantis & ex omni parte vigore simili librantis aura; vel ipsa sphæralis extremitas, quæ si paullulum à medio declinauerit, sit cuicumq; vertici proprior: & imum relinquit.* reponendū pro; *declinauerit* probum & antiquæ notæ verbum, sed ijs, qui hinc illud male exterminarunt, ignotum, *deuiauerit.* VI.

EPIST. LXXIII.

Franc. Modius Euchario Seefrid Med. S.

QVod te nuper insalutato Comburgo discedere coactus sum, nollem factum, Eucharii amicissime; præsertim, cum essent quædam ad valetudinis meæ, qua tum sanè non nimis firma vtebar, rationem pertinentia, de quibus pluribus à te docericuperem. sed tulit ita res, vt neq; istic diutius subsistendi tum quidem, neque tui cum tam subitaria profectio esset, euocandi fieret copia. Verum pensabimus hoc quidquid est siue iacturæ, siue frustrationis potius, proximo quoq; congressu. Interea vtar præceptis tuis, ac subinde litteris meis te compellans, de his atque his consimilibus arbitrarijs iudicijs meis quid iudi-

ces percontabor. puto non vacare menda iſta ex Hygini aſtronomicon poëticon ſiue de ſignis cœleſtibus libro III. *Hic quidem cum Tauro & Geminis & Cancro & Leone occidit, ideo ſero occidere dicitur, magis & quod actus à pedibus peruenit ad terrã.* quid enim eſt illud, *magis* &, *quod actus?* omnino interpolandũ ex membranaceo theſauro: *quod magis erectus à pedibus peruenit ad terram.* qua lectione vt nihil elegantius, ita nihil verius. Statim: *Habet autem in ſiniſtra manu ſtellas quatuor, quæ occidere numquam videntur. In capite ſtellam vnam. In vtroque humero ſingulas, in vtraq; manu ſingulas, ſed clariorem dextrã, & ſub ea alteram obſcuram* &c. nihili lectio, & prodigioſè corrupta; ecce dicit Booten in ſiniſtra manu habere ſtellas quatuor. mox, tanquam eius, quod ſtatim dixerat, oblitus ſubdit in vtraq; manu habere ſingulas, quod cũ veritate pugnat, & eo indigniſſimum ſit, qui alijs cæli vias præire poſtulet. quomodo igitur extricamus nos ex his ſalebris, & Hyginum à tam proiecta ignorantia vindicamus? facillimè. reſtituendo illi ex membranis ſuam ſcripturam, quæ eſt: *Habet autem in ſiniſtra manu ſtellas quattuor; quæ occidere numquam dicuntur. In capite ſtellam vnam. In vtroq; humero ſingulas; in vtraq; mamma ſingulas.* &c. Videatur commentator in Germanicum. De Lyra: *Summum autem cacumen ad polum Notium contendere videtur. hac Lyra Virgine exoriente occidere videtur, & cum Sagittario exoriri perſpicitur.* Legendum omiſſo altero illo *videtur*

I. Hyginus Aſtronomicõ lib. III. Boote ſemel & iterum interpolatus.

II. Eodem.

III. Lyra.

tur & coniunctiua vocula *&*: *hæc Lyra Virgine exoriente occidere, cum ſagittario exoriri perſpicitur.* aut potius omiſſo etiam *τῆ Lyra*: *Hæc virgine exoriente occidere* &c. De Cepheo: *Hic totus omnino ſtellarum numerus* XIX. emendetur: *Hic totus omnino eſt ſtellarum* XIX. neque hic tantum ita emendetur, ſed & in Andromeda, Perſeo, Auriga, Ophiucho, Delphine, Pegaſo, Ariete, Cancro, Leone, Virgine, Capricorno, Eridano, Procyone, Centauro; in his, inquam, omnibus hæc phraſis à ſciolis fœde contaminata reſtituatur. IV. Cepheo. & alijs XIII. XIV locis.

De Andromeda: *Habet in capite ſtellam clarè lucentem vnam, in vtroq; humero vnã, in cubito dextro vnam, in ipſa manu vnam, in ſiniſtro cubito vel brachio vnã. In manu altera vnam, in zona tres* &c. diligentem Aſtronomum qui in cubito, an in brachio ſiniſtro ſtellam habeat Andromeda diſcernere non potuerit; deinde, quid eſt illud: *In manu altera vnam*, præcedẽte, *in ſiniſtro cubito vel brachio?* an dextram ſignari dicemus? at de illa ibi dixit: *in cubito dextro vnam, in ipſa manu vnam.* omnino neque Hyginum nota, neque locum menda liberare poſſumus, niſi legamus cum m.ſ. codice: *In ſiniſtro cubito vnam, in brachio vnam, in manu alteram, in zona* &c. quod à veritate ipſa, & Germanici commentatore cõfirmatur. V. Andromeda.

De Perſeo: *Hunc Aratus cum diceret inter ſidera* κεχονισμένον *figuratum, acceperunt complures eum puluerulentum dicere, quod minimè conuenit, poſſe inter ſidera etiam puluerulentum accipere. Quod ſi eſſet, dignior erat Orion,* VI. Perſeo.

cui idem adscriberetur; primum quod assiduè est venatus, & semper in terra fuit. Deniq; adhuc inter sidera venari videtur. nõ agam verbosius dico in summa, vt hic locus integer sit, illud, *accipere* in *apparere* &, *denique* in *deinde quod* mutanda

VII. Sagitta. videri; atq; ita habere veteres membranas. De sagitta: *Huius cacumen ad equipedum regionem spectat, altera pars ad humeros Ophiuchi tendit.* nemo non cũ cura hæc legẽs videat ex re, emendandum: *Huius acumen ad equipedum* &c. de amento enim sagittæ loquitur, alibiq; de Scorpione eadem locutione dicit; *in cauda quinque* (puta stellas habet) *in acumine ipso, quo percutere existimatur, duas.* sic Ouidius lib. VIII. Metamorphoseon ait:

——ferrumq; Diana volanti
Abstulerat iaculo; lignũ sine acumine venit.

IIX. Delphine. De Delphine: *Delphin non longè ab Aquilæ signo figuratur, in curuatione caudæ nouissimæ æquinoctialis circuli circumductione tangit, capite prope contingens equi Pegasi rostrum.* corrigendũ: *Delphin non longè ab Aquilæ signo figuratus, incuruatione caudæ nouissimæ æquinoctialis circuli circũ-*

IX. Geminis. bis interpolatus. *ductionem tangit* &c. De Geminis: *in vtrisque manibus singulas, in dextro genu vnam, in sinistro genu alteram, in pedibus vtrisq; singulas; & infra sinistrum pedem vnam, quæ propus appellatur.* scribatur iterum: *in vtrisq; mammis singulas:* & mox: *& infra sinistrum pedẽ vnam, quæ tropus appellatur.*

X. Pistrice. De Pistrice: *hæc cadit exorto Sacro & Leone, exoritur autẽ cum Centauro & Geminis.* m. ſſ.

hæc

hæc occidit exorto Cancro, & Leone: exoritur antè eum Tauro & Geminis. Valere te, & benè rẽgerere, Euchari consultissime, iubeo. Wirzeburgo prid. KL. Quinctiles CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPIST. LXXIV.

Franc. Modius M. Antonio Mureto S. Romam.

SIlium Italicum belli Punici secundi scriptorẽ sunt qui postremum bonorum poëtarum, ac ne poëtam quidẽ esse statuant: inuenias alios, qui Virgilio illũ, non dico proximum, sed iam parem planè faciant. quam litem te velim, Murete eruditissime, pro ista tua doctrinæ copia, & iudicij soliditate arbitrari: habet haud dubiè vtraq; pars quod pro se dicat, magnorumq; se in literis virorum auctoritate tueri potest. illa Plinij Secundi Nepotis, qui Siliũ maiore labore quã ingenio carmina scriptitare solitũ fatetur: ista, quem idẽ Plinius propter ingenium mirabatur, Martialis, qui tanti poëtam Italicũ semper fecit, quãti scripta de eo ad perpetuã illius famã epigrammata hodieq, testantur. atq; ita quidẽ auctoritate pugnabitur; à qua si ad argumenta ventũ fuerit, valdè vereor, cogor enim quod res est fateri, vt qui Virgilio Silium comparare solent, subsistere, & sustinere causſam suam possint. sunt quidem in eius libris multi luculenti versus, nõ pauca melioris doctrinæ passim sparsa semina, similitudines rei, qua de agitur, congruentes; temporum, locorũ, circumstantiarum omniũ descriptiones satis graphicæ; sed, vt ego existimabã, nihil hæc omnia ad diuina

Virgilij oracula; qui quantus quantus eſt, nil niſi iugis omnis antiquitatis, omnium diſciplinarũ, artium & doctrinarũ theſaurus eſt. nec ipſe ſcio adeo Silius, qua coluit viuus Mantuanum vatem obſeruantia, imo qua veneratione, ſua ad illius ſcripta comparari æquo vmquã animo pati poſſit; eoque ipſo veram laudem mereri cenſendus eſt, quod falſam non affectet. & habet alioqui etiam virtutes ſuas, ſed quas correctorum audacia, & typographorum indiligẽtia ita infuſcauit, vt in cuſis libris nullæ ferè appareant; ſed in ſolis tinearum domibus, mẽbranis veteribus, vt ſub altis tenebris deliteſcant. vnde nunc iam quoq; quaſdam in dias luminis oras protrahere, & iudicij tui, Murete, facere, conſiliũ eſt: verba poëtæ ſunt vt circumferuntur quidem:

I. Lib. XVI. verſu CXXX. bis, ter interpolatus.

Hic tibi regna dabit regnis maiora paternis
Ignis, & adiunget Latijs tua nomina fatis.
Sic vates; iuuenisq; animũ tam clara mouebant
Monſtra, nec à Pœnis vlli virtutis honores.
Annibal ipſe etiam iam iamq; modeſtior armis
Ire videbatur, Martisq; liqueſcere famam.
Aurora obſcuri tergebat nubila cœli,
Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora ſuorum;
Tendit ad Auſonios &c.

temeritatẽ ſciolorum, quibus non ſatis eſſet hos verſus duobus locis indigniſſimè tractare, interpolando: *Latijs tua nomina fatis*, quod rectum erat: *Latijs tua nomina faſtis*. & rurſum: *Vixque Atlantiadum rubefecerat ora ſuorum*: veram ſcripturam: *Vixque Atlantiadum rubefecerat ora ſororum.*

rorum. quibus, inquam, hæc non ſatis hic peccare eſſet, niſi etiam Silij ſtellis nubila ſua immiſcerent, aſſuto illi verſu iſto: *Ire videbatur Martisq; liqueſcere famam*. quo nihil hic opus eſt. vbi illud dicitur: Maſaniſſam præter monſtra, de quibus agitur, illud etiam mouiſſe, vt partes Romanorũ ſequeretur; quod neq; Pœni vllo ipſum honore dignum habuiſſent, & ad hoc vergere Hannibalis res in deteriora quodammodo cœpiſſent.

Verſu 179. de Scipione poſtea Africano: II. Verſu CLXXIX.

——dare vela per altum
Imperat, atq; animo iã tum fera bella capeſſit.

oportunè monent membranæ noſtræ Agrippinenſes, pro, *fera bella*, planè ſcribendum:

——iam tũ Africa bella capeſſit. Mox: III. Verſu CCIX.

Quare age lætus habe noſtros intrare penates,
Ac mea quãdo habuit Libycũ fortuna per vn-
Ductorem &c. (*das*

ſunt verba Syphacis ad Scipionẽ, cum forte eodem tempore & ipſe, & Aſdrubal ad eum, ſuæ quiſq; rei cauſſa, veniſſent. ſed quæ ita emendanda membranæ, quas modo dixi, clamant:

Quare age lætus habe noſtros intrare penates:
Ac mea quãdo affert Libycũ fortuna per vndas
Ductorem &c. Verſu 354. IV. Verſu CCCLIV. verſu auctus & bis, ter correctus.

Creſcere ſublimem atq; augeri mẽbra putares,
Cinyphio rector radiabat fronte Peloro.
Camphaſus ipſe, aſper nec qui ceruicis amaret
Applauſæ blandos ſonitus, clauſumq; cruento.
Spumans admorſu gauderet mandere ferrum,
At docilis freni & melior parere Pelorus

Non vnquam effusum sinuabat deuius axem;
Sed læuo interior stringebat tramite metam.
Insignis multa ceruice & plurimus idem
Ludentis per colla iubæ (mirabile dictu)
Vnus erat leuis vt Zephyri noua flamina cãpis
Vectonum eductum genetrix effuderat Harpe.
Nobilis hũc Duri⁹ stimulabat in æquore currũ;
Camphasus antiquo fidebat Atlante magistro.

insignis, si quis alius, locus & virtutibus suis, & vitijs alienis: quoq; non alius fere in Silio corruptior, vt ostendet vera eius lectio, quæ versũ auctior, & aliquoties notata talis esse debebat:

Crescere sublimẽ atq; augeri membra putares.
Cinyphio rector cocco radiabat Iberus.
Tertius æquata currebat fronte Peloro
Caucasus; ipse asper, nec qui ceruicis amaret
Applausæ blandos sonitus, clausumq; cruento
Spumeus admorsu gauderet mandere ferrum.
At docilis freni, & melior parere Pelorus,
Non vnquam effusum sinuabat deuius axem;
Sed læuo interior stringebat tramite metam:
Insignis multa ceruice, & plurimus idem
Ludentis per colla iubæ; (mirabile dictu)
Null⁹ erat pater; ad Zephyri noua flamina cãpis
Vectonum eductum genetrix effuderat Harpe.
Nobilis hũc Duri⁹ stimulabat in æquore currũ
Caucasus antiquo fidebat Atlante Magistro.

ita inquam planè legendus, emaculandus, atque supplẽdus hic locus. cuius mutilata, & vitiata scriptura in quos errores, aut potius in quos nõ traxit doctissimos ceteroqui viros? exprimit Silius

vt

vt equorum, ita rectorum vbique nomina. primumq; & ante alios euolãtem Callaicum Lampon, quem Cyrnus regeret: ſecundum inducit Panchaten, quem Iberus moderabatur: tertios ait cucuriſſe pari ſpatio Pelorũ, cui præerat Durius, & Caucaſum, cui Atlas. hunc ex equis Diomedæis, illum zephyro prognatũ. quod fictum Iuſtinus exiſtimat, propter ſummam equorum in ijs Hiſpaniæ locis velocitatem. quidquid huius eſt, Virgilius certè, Ariſtoteles, Varro, Plinius, quarũ vẽto concipiendiũ meminerũt: Virg. ita,

——illæ
Ore omnes verſæ in Zephyrum, ſtãt rupibus altis
Exceptantq; leues auras: & ſæpè ſine vllis
Coniugijs vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & ſcopulos & depreſſas conualles
Diffugiunt;

reliquos videat, qui volet. hæc enim eo adduxi, quod ex ijs verſus Siliani pro parte expreſſi videri poſſint: alioqui, poterãt & ipſa apud auctorem ſuum legi. Vale.

EPIST. LXXV.

Franc. Modius Ioanni Weidnero ſuo S.

NE ſolus expers ſis, amiciſſime Weidnere, eorum, quæ ex libro tuo ſcripto in Martiale profeci; certè proficere viſus ſum: hæc lege, & cum leges, memineris facito noſtra fere eſſe talia, qualia idem epigrammatographus deſcribit, cum dicit;

Sunt mala, sunt mediocria, sunt bona plura.
aut, vt alij inuertunt:
Sunt bona, sunt mediocria, sunt mala plura.

I. Martialis lib. III. Epgir. XXVI. notatus.

Lib. III. Epigr. XXVI.
Prædia solus habes, & solus, Candide, nummos:
Aurea solus habes, myrrhina solus habes:
Massica solus habes, & Opimi Cæcuba solus:
Et cor solus habes, solus & ingenium.
Omnia solus habes: hoc me puto velle negare:
Vxorem sed habes, Candide cum populo.
liber tuus, qui nuper munere tuo meus esse cœpit, refert:
Omnia solus habes; hoc nec puto posse negare:
quod probum puto vt tantum leuiter τὸ negare littera à fine mutata, & tertia vocali pro secunda substituta trãsformetur in, negari. Ep. XXXIX.

II. Epigr. XXXIX.

Iliaco similem puerum, Faustine, magistro
Lusca Lycoris amat. quam bene lusca videt!
nemo eripiet mihi quin germanum & verum sit quod repperi itidem in eodem m. s. cod.
Iliaco similem puerum, Faustine, ministro.
quid enim certius, quã de Ganymede Iouis pocillatore sermonẽ esse? nihil etiam verius quã epigramma XLVII. quod vulgo sic habet:

III. Epigr. XLVII.

Romam petebat Bassus: imo rus ibat.
ex scripto libro ita claudendum.
Vrbem petebat Rufus: imo rus ibat.
certe enim *Romam* illud glossema eius est, qui meminerat Vrbis appellatione Romã, vt poetæ Virgilium notari. & elegantissime inuicem vrbs ruri opponitur; sic Horatius:

Vrbis

Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus
Ruris amatores.

vrbanitas autem epigrammatis in eo eſt, quod ait Baſſum inſtructiſſimũ omnibus beati ruris copijs ſic porta Capena rheda profectũ, vt qui apparatum conſideraret, credere poſſet non rus eũ ex vrbe, ſed contra ruri in vrbem concedere.

Epigr. XLIX. IV.

Hæc tibi non alia eſt ad cœnam cauſſa vocandi, Epigr. XLIX.
Verſiculos recites vt, Ligurine, tuos.
Depoſui ſoleas. affertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumque liber.
Alter perlegitur, dũ fercula prima morantur.
Tertius eſt, nec adhuc menſa ſecunda venit.

m. ſ. *Alter porrigitur.* quod mihi quidem parum abeſt quin præ vulgato ꝓbetur, vt varietur quod præceſſit: *affertur protinus* &c. Epigr. LXVII. V.

Huc eſt vſque tibi ſcriptus matrona libellus. Epigr. LXVII.
Cui ſint ſcripta rogas interiora? mihi.
Gymnaſiũ, therma, ſtadiũ eſt hac parte: recede.
Exuimur, nudos parce videre viros.
Hinc iam depoſito poſt vina, roſaſque pudore,
Quid dicas neſcit ſaucia terpſichore.

peccatum haud dubiè operarum; quis enim non videt manifeſtè *dicat* pro *dicas* vltimo hoc verſu legendum? Epigr. XCIV. VI.

Ore legor multo, notumque per oppida nomen Epigr. XCIV.
Non exſpectato dat mihi fama rogo.
Eſt & in hoc aliquid: vidit me Roma tribunum,
Et ſedeo qua te ſuſcitat Oceanus.

ſitne ſatis latina hæc locutio: *Eſt & in hoc aliquid:*

equidē ἐπέχω. quare auſcultandū cenſeo lectionem manu expreſſam: *Eſſet & hoc aliquid.* quo more ſolentes poetæ loquuntur. & ſenſus eſt; ſi quid hoc etiam ad rem faceret. ſimile eſt illud: *quidquid id eſt*, Virgilio & optimo cuiq; vſitatū. qui etiam libenter πῆ ſi ſupprimunt; vt exēpla paſſim obuia teſtantur. Epigr. XIV.

VII. Epigr. XIV. lib. IV.

Sili Caſtalidum decus ſororum,
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidoſque
Faſtus Hannibalis, leueſque Pœnos
Magnis cedere cogis Africanis.

oportunè vt ego quidem exiſtimabam ſuggerit ſcriptus liber *Aſtus Hannibalis*, qui illi Pœno adeo proprij, vt pleni ſint de ijs omnes omnium veterum libri. Epig. XLV.

IIX. Epigr. XLV.

Hæc tibi pro nato plena dat latus acerra
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.
Vt qui prima nouo ſignat quinquennia luſtro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas.
Fac rata vota patris: ſic te tua diligat vxor,
Gaudeat & certa virginitate ſoror.

multas pro vxore ſæpe habuit Phœbus; vxorem certam, quod ſciam, nullam. quare non aſpernabar quod in ſcripto codice exſtare deprehendebam: *ſic te tua diligat arbos.* quæ cui de poetis tantum tam Græcis quam Latinis non dicta eſt? Epigr. LIII.

IX. Epigr. LIII.

Hunc quem ſæpe vides inter penetralia noſtræ
Pallados, & templi lumina, Coſme, noui
Cum baculo peragi ſenem: cui cana putriſq;

Stat

Stat coma, & in pectus ſordida barba cadit.
Cerea quem nudum tegit vxor abolla grabati,
Cui quedatis latrat obuia turba cibis.
Eſſe putas Cynicum deceptus imagine falſa,
Nõ eſt hic Cynicus, Coſme, quid ergo? canis.

refert exaratus manu liber; *deceptus imagine picta* ita vt fortaſſe *imagine ficta* legi poſſit. de quo tamen non laboro, dum modo ex eodem vetere libro recipiatur verſu proxime præcedenti: *Cui dat latratos obuia turba cibos.* Cynici non aliter atq; canes latratu, ab obuijs conuitio ſtipem exigebant; quod hic tangit Martialis, & alibi Diogenes ſcito quodam dicto teſtatus eſt, ſe dantes aliquid allatrare; dare recuſantes etiam admordere. Epigr. LXVI.

X.

Epigr. LXVI.

Egiſti vitam ſemper Line municipalem:
Qua nihil omnino dulcius eſſe poteſt.

ſcio paſſim à ſcriptoribus laudari vitam municipalem, ruſticanamq; & in ijs maxime ab eo, quẽ in manibus hic habemus, lõgeq; vrbanæ præferri. facit tamẽ epigrammatis huius argumentum, quod in eo verſatur, cõſumiturq; vt dicat poeta; Linum rem omnino difficilẽ feciſſe, qui abiectã, parcam, ruſticanam vitam cũ ſemper duriter vixerit, decies tamẽ comederit. facit, inquam, hoc, vt non ſilendum mihi hic exiſtimauerim de ſcripta lectione quæ diſerte refert:

Egiſti vitam ſemper Line municipalem:
Qua nihil omnino vilius eſſe poteſt.

quod te, Weidnere, & à te alios cõſiderare intentiore cura velim. Vale.

EPIST. LXXVI.

Franc. Modius Martino Cruſio S.
Tubingam.

MAgna eſt exſpectatio, vir clariſſime, Turcogræciæ veſtræ. quo magis tibi maturãdum exiſtimo, vt ea primo quoq; tempore in lucem prodeat; niſi tu forte duplici nos voluptate cumulare ſtudes, idq; adeo agis, & operam das; vt ſpe primum hac quaſi promulſide nos ad huius tui apparatus hiſtorici ſolidiores delicias inuites, dicam an inrites? In quo tamen ipſo modum eum te tenere velim, quem ſolent iſti menſarum artifices, qui cum famem hominibus cient antecœnulis ſuis, quo deinde cœna ipſa gratior ſit, nõ ſolent exſpectare dum illa, vt fit, nimia mora ſe remittat, ſed in eo ipſo temporis articulo, quo iam ſatis prouocatam exiſtimant, quod habent præcipuum, apponunt. idem, inquam, iſtuc tibi quoq; faciendum exiſtimem, ſi mei conſilij res ſit. ſed tu pro tua prudentia & iſta melius videris, & mihi, vt ſpero, quid de ſequentibus notis ſentias, reſcribere non grauaberis. Silius ſtatim in principio lib. II. ſic ait:

I. Silij verſus XXVI lib. II inſignitè interpolatus.

Hic alto Pœnus fundentem vela carinam
Inſequitur, verbis acuens trepidantia caſtra:
Noſtrũ ferre caput parat illa per æquora puppis.

in quibus verſibus, quin medius ille ſpurius eſſet, & ſuppoſititius, nunquam dubitaui; præſertim cum & à libris alijs abeſſe eum viderem, & cur trepidare debuerit inſolentiſſimus Hannibalis exer-

exercitus deceſſu legationis Romanæ non viderem; tandē incidi in membranas, in quibus pro illo, alius hic exſtaret, hoc modo:

Hic alto Pœnus fundentem vela carinam
Inceſſens dextra, noſtrum, pro Iuppiter, inquit,
Noſtrū ferre caput parat illa per æquora puppis.

qua ſcriptione nihil melius excogitari poteſt.

Mox: ——— *Rhœteiusimo* II. Verſu LL.
Imperet æternum, & populis, ſedisq; propaget
Signa ferox &c.

quo loco videntur, vt ſæpè alias, in bonis auctoribus, *c* & *l*, duæ litteræ in vnam *d*, coaluiſſe. dubitari enim non poteſt, quin *ſecliſque* pro, *ſediſque* reponendum ſit; vt *populis*, quod præceſſit, ad dilatationem imperij, hoc poſterius ad diuturnitatem eius pertineat. Paullo poſt: III. Verſu CXXVI.

——— *iunctis iam cornibus arcus*
Et ducti ſpatium nerui complente ſagitta &c.

omitto reliqua breuitatis cauſſa, dicoq; adeo pro, *Et ducti* vna voce, *Eductі* legendum. nec tu ſcio, Cruſi, locum modo vide, aliter ſtatues; quare ad hoc: IV. Verſu CCXXV.

Auxilium (inquit poëta) *clamant portis, atq; aggere tuto*
Erupiſſe gemunt, retinet vix agmina Teron.

de quo cum membranas conſulerem, aduerti, damnata hac ſuppoſititia lectione, ex ijs reponendum:

Conſilium damnant, portiſq; atq; aggere tuto
Erupiſſe gemunt &c.

optimè, & aptiſſimè præceſſit:

Iam noua molitus ſtimulato milite, Teron
Alcidæ templi cuſtos, aræq; ſacerdos,
Non exſpectatum Tyrijs effuderat agmen,
Et fera miſcebat reſerata prœlia porta.

V. Verſu cccl. Sequitur ex perſona Hannonis Barſinæ factioni contrarij:

——nec miſceat vrbis
Facta ſuis, inquam, hoc nunc, inquam, tempore muros
Oppugnat, Carthago, tuos. &c.

qui locus tranſpoſitione turbatus, leui mutatione ita ſcribendus videtur:

——nec miſceat vrbis
Fata ſuis: nunc hoc, hoc, inquam, tempore muros
Oppugnat, Carthago, tuos &c.

VI. Verſu cccxi. verſu auctus. In eiuſdem adhuc oratione:

Quo ruis? & patriæ exitio tibi nomina quæris?
Subſident Alpes; ſubſidet mole niuali
Alpibus æquatum attollens caput Appenninus?

qui verſus quanto elegantiores erunt, ſi vno ex libr. m ſſ. auctiores ita legantur?

Quo ruis, & patriæ exitio tibi nomina quæris?
Scilicet, inmenſæ viſis iuuenilibus armis
Subſident Alpes; ſubſidet mole niuali
Alpibus æquatum attollens caput Appenninus.

VII. Verſu cccl. verſu inducto emendatus & alias interpolatus. ſed vt hic ex auctoritate membranarū verſus inſerēdus fuit, qui vulgo deerat, ita vice verſa mox ijſdem auctoribus inducendus eſt quidā, qui ſuperſit vulgo inter iſtos:

——ac flammis vrere gentem (uebat.
Iurabat Phrygiā, atq; animo patria arma mo-

Vter

Vltor erit cædis, iam te ſpectante propinquæ
Proinde polo creſcant Alpes, altusq; coruſcos
Appenninus agat ſcopulos &c.

inducendus hic, inquam, ille ſurreptitius, vt nebulonis alicuius, & falſarij commentum:

Vltor erit cædis iam te ſpectante propinquæ.

vtpote qui nec cœlum, nec terrā hic tangat; corrigendusq; eo, qui iſtum ſequebatur:

——— *aſtrisque coruſcos*
Appenninus agat ſcopulos &c.

rationem ſi dicam, noto prædicē: quare vale potius mi Cruſi.

EPIST. LXXVII.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio I.C. S.

QVod poſthuma Palmerij noſtri ſcripta anquiris, cl. Berchemi, in eo non rectè tantū, & amicè, verum etiā piè facis. neq; eſt ſanè quiſquam alius vſquā magis ad hanc rē vnicus: quippe ad quem doctiſſimus ille amicus noſter non tantū facta dictaq; ſua, verum etiā conſilia referre ſolebat. de me, nihil habeo præter hendecaſyllabos quoſdā, quos his verſibus mihi ex indignatione & dolore de ipſius morte natis ſubiunxiſſem, ſi ad manum fuiſſent. nunc autem mittentur illi alias, & tu interea noſtra hæc videbis.

Verſus Epitaphij in obitū Iani Palmerij Melleri:

Tu quoque, Iane, iaces igitur, viridique ſub æuo
Vatum Piereis iungeris vmbra choris?
Sic iuuenem rapuit mors immatura Tibullum,
Ante diem ad plures ſic ijt ipſe Maro;

Quis tu nunc frueris, quorũ nunc mellea dicta
MELLERE, *attonitis adhibis auriculis*
Circumstant reliqui, & vultu gratantur amico
Aduentum hunc, auidas inijciuntq; manus.
Complexuq; ligant; nostro gaudentq; dolore:
Mirantur plectris aquaque plectra suis.
Certatim grato grates Lucretius ore,
Romani grates Callimachi vmbra canit.
Plautinique sales, lecto & sermone Terenti
Scena prior, Latia ac primus in historia.
Æmula quos docti à fato quoque cura Catulli
Pro vate ipsa etiam est officiosa suo.
Vitam sponte sua quinis debere fatentur,
Sertaque de lauro virgine persoluunt.
Nec desunt meliore sui parte obruta, quamuis
Nocte sua, varijs sparsaque membra locis,
Ennius arte rudis; balbi Lucillius oris,
Accius incomtus, Paccuiusque senex;
Naeuius, & Nouius, Varro, Pomponius, & cum
Turpilio Afrani, Cacilijque lepos;
Cuique suum fecit nomen quadriga, cuique
Labi, aui vates simplicioris adhuc:
Deque grege historico sacli monimenta prioris,
Et veteris Romæ facta Sisenna canens:
Inquirensque Italûm instirpes ab origine prima
Vrbisque, ipse sua primus in vrbe Cato:
Mutila Penthei discerptaque corporis instar
Membra, salutifera sæpè leuata manu,
Quorum Palmerl, priscæque aptata figuræ
Quod pote, & in sedes quaque reducta suas:
Nec desunt omnes, dico, hi gratantibus illum

Ferre

Ferre ſua, atque vltra ſubuehere aſtra ſonis.
Et memores memori voces memorare, receptis
Pro tam propenſi muneris officijs.
Qua tu tantorum quamquam pietate moueris,
Conſpectuque oculos paſcere, Iane, virûm;
Credibile eſt tamen in viuentes quæ tua amicos
Viuentis nobis cognita rara fides,
Et functum vita ad nos te, MELLERE, relictos
Reſpicere, & madidis quærere ſæpè genis,
Nunc pluſquam patrio tibi dedita ſemper amore,
A quo te captus cepit vterque die,
Berchem I, Camp Iq; ebori certantia & auro
Pectora, & ex æquo mutuum amata tibi:
Fraterno affectu dilecti nunc GVLIELMI
Iudicio totiens ora diſerta tuo.
Interdumq; etiam fors nos quoque Iane requiris,
Quæque tui nobis, hæc tibi cura mei eſt.
Sitque precor, Batauis primum coniunctus in oris
Vt mihi tecum omni tempore duret amor.
Hoſpes Lugduni per agratis orbe Britannis
Diuiſis noſtro dictus adeſſe mihi es;
Hoſpes Lugduni, quo tempore & ipſe profectus
Laudata mores viſere gentis eram:
Nec mora, cognoui noſtro Duza indice primum,
(Quo facile hac nemo plus quoque parte ſapit)
Quanta tibi docto dicendi gratia in ore,
Eſſet in ingenio quanta repoſita tuo
Vis doctrinarum; ſolers cenſentis acumen
Et quam iudicij copia certa foret.
Verſibus vt totum ſe largiretur Apollo,
Seu citharæ malles ludere, ſiue lyra.

Iamdudum ergo auidum tali tibi iungere dextram
Me petis, & firmas quæ modo dicta mihi.
Dignarisq; tuo, mihi quod Palmarium, amore,
Cura mea curæ mutua & esse petis.
Quod tibi per manes iuro, MELLERE, *fuisti*
Care tuos sacris numina certa meis,
Esque etiam nunc cura mea vel maxima cure,
Post semel obstrictam hanc in Batauâ vrbe fidē,
In patriā mox vnde ego te, MELLERE, *reuersum,*
Agrippinus vbi regna colonus habet:
Ex patria ipse mea & fato, & sponte secutus,
Et colui alterno & cultus amore fui.
Nec quisquam memini, nondū illo tempore Ianus
Nobis, noster amor post ea, notus erat:
Nec quisquam ex multis, qui te coluêre sodales,
Est animi visus pars magis esse tui.
Mecum partiri ioca, seria vtroque solebas
Tempore, læua tibi, siue secunda forent.
Nec timidus segnisq; (ipsum te, & lumina testor,
Audaci nimium tum tibi clausa manu)
Accessi fatisque tuis, certisque periclis,
Vrbem quo latè tempore adorta lues,
Innumeris miseram viduauit ciuibus, & te
Terruit, ac Stygiam ingessit in ora facem.
Hospitijque tibi tres iunctos fœdere ademit,
Audax quorum animam tu pietate legis.
Et longè attonito absistente hærede propinquo,
Extremo externus prosequere officio.
Nec reputās quam sit saltē hac temeraria virtus,
Omnia amicitiæ post sacra iura putas.
Dum tibi mox vacuum compositis fecit amicis

Mune-

Munere abunde ſuo functa timere fides.
Tum vero inmerito haud laxantur frena timori,
Et Stygio viſus amne bibiſſe tibi es.
Præſertim, occurſuque tuo vt pallere ſodales,
Nec ſolito dextras iungere more vides.
Sed mœſtos, & ament quãuis, prope adire timentes,
Dicere Iane data vixque ſalute vale.
Vtque notas vitare ſacrum te ceu caput omnes
Orco, aut, qui mos hic ſæpè, notaſſe putas.
Tum demũ ante oculos nigris loca opaca tenebris,
Viſa tibi & picei de Phlegetonte lacus.
Optabasque mori, & ſemel hunc finire dolorem.
Pro votoque fuit poſſe vouere nihil.
Ægrũ animi modo cũ nũc his te hortatibus, et nũc
His rurſum, morbi pro ratione tui,
Solorque aſſiduè, vinoque has pellere curas
Inuito, & latis condere amara iocis.
Et mea nunc triſti non triſtia carmina ridens
Verſu materia conueniente lego.
Exigo & inde legas modo facta mihi ipſe viciſſim
Iane tua, alterno vt carmine ſurgat opus.
Nunc veterum ſimul eruimus ſenſa aurea vatum,
Deque tuo accenſum lumine lumen amo.
Admirorque ſimul, tacitè gaudens etiam illud
Cumque metu & curis dum legis ire dies.
Donec paullatim nullo iam à peſte periclo,
Redditus es populo, redditus ille tibi eſt.
Tum nullo reliquo tibi dico à peſte periclo,
Quo repetenda heu cum verba dolore mihi!
Credebam fatis defunctum hac parte, nec vmquã
Sperabam paria his, aut grauiora malis.

Namq; lui huic qui deuotum ſponte ante ſacraſſet
Tantum non temere ſeque ſuumque caput;
Tantillum interea nec læſus abiſſet ab illa,
Non fore tutũ ab ea hunc tẽpus in omne putei?
Certe ego ſic mecum nequicquam at ſæpè putabam,
Gratabar duplici & nomine, Iane, tibi:
Quodque fores functus tum tam præſente periclo,
Quodque tibi in reliquum nil foret inde metus.
Ergo & vota ſide Germana debita ſoluo,
Adijciens votis plurima muneribus.
Et veneror quantũ celebre eſt medica arte deorũ,
Sit licet in ſacris prima Hygeia meis.
Damnatuſque reuſque audire atq; eſſe triumpho,
Dulcius alterutra hac vox mihi nulla ſonat.
Iamque epulis etiam vacuum fit adeſſe vocatis,
Cum Iano eſſe hilari iam mihi dulce meo eſt.
Accediſque nouus priſcis, Iane alter, amicis,
Theſea vtrique ô cognite Iane fide.
MELLEROQVE *diu felix, dum me mea verſat,*
Felicemque etiam dum vetat eſſe diu,
Atque alia ex alijs diuerſis quærere terris
Votis fors ſubigit fata aliena meis;
Mellero frueris felix, vtinamque fruare
Nunc quoq; me miſerũ hic littera noſtra labat.
Cum deſiderium cuius vix poſſe videbar
Ferre mihi, hinc demto ſine carendus abis.
Ha pereant titulique & inania nomina lauri;
Nil ex his tanti debuit eſſe tibi,
Palmeri, procul externa vt tellure iaceres,
Quæ tibi quo pacto non grauis eſſe poteſt?
Eheu cur aliquis peregrè fugientia captat,

Cui

Cui ſolida atque animi ſunt bona certa domi?
Hunc quoque ſecli huius vitio inſanire furorem
Cogimur Aonijs turba operata ſacris:
Splendida vt in ſpeciem captemus nomina, vt auro
Contra etiam hæc doctis ſint redimenda viris.
Vſque adeo Elyſio vt remeet licet ipſe parumper
Huc Labeo, & cingat laurea nulla caput;
Cum Labeone ſibi ſchola rei nil eſſe loquetur;
Nil ſibi rei dicet cum Labeone forum.
Legum ſex ſeptem capita vno promere raptim
Spiritu, & ad nullum voluere verba modum.
Verba & felle lita, & taxi mage noxia ſuccis,
Quæque queant nocuis inficere aſtra ſonis;
Barbariem in ſumma colere, & venerãda crepare
Carmina, quæ Thrax rex, pontifeſq; canunt:
Hoc doctrinæ arcem eſt, & regna beata tenere;
Hoc ſummum eſt patrũ, & plebis in ore ſophos.
In cunis blando vouet hæc nutricula alumno;
Hac timidè nato mater amica ſuo.
Inſeruiſſe caput cælo, & commercia diuûm
Quæ fas eſt licitis appetiiſſe vijs,
Excoluiſſe animum dignis homine artibus, & ſe
Vera animi quæ ſunt condecoraſſe bonis;
Seclo prô pudor hoc furere, inſanire vocatur:
Tantillum his ſi quem deditum & eſſe vident;
Omnibus Anticyris properant purgare propinqui,
Mentiſq; hunc iurant haud dominum eſſe ſuæ.
Sed iam noſtra ſuos prærecta eſt pagina gyros,
Conuenient alio cetera, Muſa, loco.
Nec iuſtis quamuis dudum bacchere querelis,
Perſta, ſpiſsè etiam iuſta querela placet.

Etsi te in nostri prouectam longius æui
Mores, quis vitijs quod libet omne licet,
Excusset cari immaturum funus amici,
Cui soli hi mores caussa fuere mori.
Nam si virtuti sua doctrinæue fuisset
Laus nudæ, & prisco tempore qualis erat.
Nec, quæ ventoso popularis nomina curru
Vana vehit laxos gloria fluxa sinus,
Stultorum magis auriculas, oculosq; tenerent,
Et caperent pompæ quemque nitore suæ;
Nunc etiam meus ille meus dum fata sinebant,
Vtque nec illa sinant tempus in omne meus,
Vitales etiam nunc Ianus carperet auras,
Ætatis princeps gloria vt ante suæ.
Festiuoque suo nos oblectaret amicos
Ingenio, atque hausstis ex Charitum ore iocis.
Antiquis certans versu & quocumque poëtis,
Dum caneret priscis inuidiosa modis;
Æquaret culti terssissima scripta Tibulli,
Impleret numeros & Venusine, tuos.
Postq; tubam magni inflatam simili ore Maronis,
Arpino mallet verba vibrare foro.
Quodque solens solet affectis scriptoribus olim
Iam cœptæ cum DIs pergeret artis opem.
Scriptorumq; notas criticas alio vngue notaret,
Et legeret flauis spica Latina comis.
Qualia nimirum Romanis legit in aruis
Plurima, cum messes sedulus ante duas,
Omne simul Latium peragrans tot nostra maniplis
Horrea, & in varijs condita structa locis,
Ausoniæ extendunt qua se pomeria linguæ, &

Ingenij

Ingenij impleuit fertilitate ſui.
His, inquam, paria è fœcundi pectoris aruo
Eruta nunc etiam, vel potiora dares,
Iane mihi vita, quid enim me vera vetabit
Sæpè iterare? olim plus mihi amate mea.
Cum miſer æui huius vitio patruæque coactus
Aſſiduis linguæ cedere verberibus;
Copia quodque aliter faciendi non foret illi,
Cui vitæ ratio certa ineunda foret:
Augendus titulis, æquaque inſignia honoro
Vt geſtaturus vertice honora deæ:
Argentoratum fatalem deuenis vrbem,
Vixque benè ingreſſum te rapit atra lues.
Atra, inquam; nec parte vlla aſſimilata ſorori,
Tam doctum verita eſt quæ temerare caput,
Elapſa Agrippæ trieteride ciuibus vrbem,
Agricolis miſeros cum viduaret agros.
Nimirum obſtupuiſſe illam conſtantia amoris,
Quæ tunc in ſocios, & pietate fuit.
Mellifluisq; ſonis flexam, iam in morte natantum
Quis confirmabat fortiter ille fidem.
Auium vt à vero taceã nec & hoc quoq;, quod dũ
Letanda afflatu corpora in vrbe legit;
Capta huius grauitate viri ac ſermone diſerto,
Ludentis roſeo & plurimi in ore dei;
Capta quod his, inquam, cunctis metuenda virago,
Noluerit leto nobilitare manus:
Plurima quo virtus, quo digni principe mores,
Et bona erant vno tot peritura die.
Omnia inhumanæ nimium quæ ignota ſorori,
Argentinenſes quæ populatur agros;

Quod Stygis & Lethes non expiet omnibus vndis,
Crudele audendi causſa fuere ſcelus.
Vt tamen ô diras inter diriſſima peſtes,
Nulla foret tanti dos tibi nota viri,
Non poterat comis ſaltem te gratia vultus,
Non habitans poterat flectere in ore lepos?
Ha poterat; facinuſq; tuum damnaſſe ferunt te,
Et doluiſſe tuas hoc potuiſſe manus,
Cum vix conſpecti, afflatique vnaque necati
Forma viri eſt oculis ſic quoque viſa tuis.
Sed ſera illa fuit miſero miſeratio, & it nunc
Inmatura nigras non minus vmbra domos.
Quæ me vtinam potius, viuo potirentur amico,
Tango oculos, pro te mors mihi grata foret;
Quondam docte meæ moderator Iane iuuentæ,
Et bone in Aonium duxque comeſque nemus.
Improba ſed vetat hoc nigri regina tyranni,
Nec retro inferna nauigat vllus aqua.
Quare quod reliquum eſt ſancti ſancte incola luci,
In memori MODIO *pectore ſemper eris.*
Semper in ore; dies nec te mihi proſpera ſeu, ſeu
Aduerſa ex animo diluet vlla meo.
Vſque ſed aſſiduis ſocium viduata querelis
Te ſuperos poſcet noſtra iuuenta ſuum.
Rurſum dum tibi (quod longum vt non afore credam,
Sæpè mihi ante oculos mors manifeſta facit)
Dum tibi, Iane, iterum iungar, qua lata piorum
Gaudia, & æterni tempora Veris eunt.
Hic ego tecum, hic tu mecum meliore frueris
Sole, vale exiguo tempore, Iane, vale.

II.

E tenebris, pedore, situq; antiqua reperta,
Asseris in priscum dum Pylio ore decus;
Et nunc de rerum natura pangere carmina,
& ex atomis cuncta creare suis;
Nunc Plauti Plauto reddis numerosque iocosq;
Tam bene & Augustæ consulis historiæ:
Ante exspectatum medio in molimine rerum
Rupit fila tibi de tribus una soror.
Nimirum quæ, Iane, alta cum mente putabas,
Conari esse hominis; perficere esse Dei.

III.

Huc ades, atq; animo quæ dicam inscribe viator,
Non erit à rebus res aliena tuis.
Ille ego sum toto notus Palmerius orbe,
Cuius scripta etiam liuida Roma legit.
Antiquis priscæ renouaui frontis honorem,
Multa in quis studio sunt meliora meo.
Iamque ibi eram, vt finem huic facerem, prôfata labori,
Præproperam iniecit cũ mihi Parca manum.
Stare diu summis nimirum à Forte negatum,
Quo monitus, quisque es, quod mediocre, pete.

IIII.

Hunc tibi ego hic tumulum pono pellucidus vdo
Frãcica Mœnus amat stringere vbi arua pede,
Quem mala Rhenanis pestis malè perdidit oris,
Vt campos ires ante diem Elysios.
Teque pij rogo ne spernas monimenta sodalis,
Ponebat tumulum sic quoq; Creta Ioui.

V.

Eois ego ſum notus Mellerus in oris,
Oris Mellerus notus in Heſperijs;
Curis non curis florentem nobilis otij,
Peſtis quem afflatu perculit atra ſuo.
Quod mihi poſt obitum quoq; dulcem ante omnia Phœbum
Inque ſacro iuro præſidem amore deum;
Non cauſſa periſſe mea me triſtor, amicis
Gaudia verum obitu hoc tot periſſe meo.

VI.

Hæc tibi, Iane, tuus poſuit monumenta ſodalis;
Parua, ſed ingentis quondam teſtamen amoris:
Teque ſui rogat vt ne mutua cura relinquat.
Quidquid id eſt, fugias inimica flumine Lethes
Proluere ora; hauſto hoc Piladen neſciuit Oreſtes.

VII.

Clauditur hoc, Mellere, tui mortale ſepulchro
Quidquid erat, modica & cõtumulatur humo;
Sed mens quæ cœlo, quæ terris fama vagatur,
Carmine nec claudi, nec pote ſunt tumulo.

VIII.

Mentem animi indiderat naſcenti Iuppiter, oris
A Iunone tibi, & Cypride luxit honos;
Ingenium Phœbus; Genium tibi cæſia Pallas;
Mercurius dederat dulce decensque loqui:
In labris Peitho ſibi fixerat vtraque ſedem;
In verbis Siren Græca Latina tuis.
Mores ipſe tibi dederas; tot dotibus auctо
Cum ſubitam properant inuida fata necem.

Inuida

Inuida fata quidem, ſed non & gnara perinde,
Quod benè qui vixit, vixit & ille diu.

IX.

Mellero moriente pyra ſua plectra Camœna,
Contulit & lauros mœſtus Apollo ſuas.
Cõtulit alma Venus myrtos, Veneriſq; pharetram,
Cum pharetraq; arcum, atq; altera tela puer.
Mercurius virgam, ac oleam dat cæſia Pallas;
Hiſq; iubent tanti membra cremare viri.
Exuſti cineres Charitum pars condidit vrna,
Quam circum molles implicuere roſæ.
Pars violis terram veſtit; marceſcere fors quæ
Ne poſſint, lacrimis irrigat vſque ſuis,
Suada potens Graia & quot ſunt in gente lepores,
Romanis quot ſunt apta theatra iocis.

X.

Mel, Mellere, merum, mea dudum certa voluptas,
Nunc dolor; vt fato ſors mea verſa tuo eſt!
Hoc illud fuit obſcenæ quod mane volucres,
Quod ſeri cecinit veſperis omen auis.
Hoc fuit in ſomnis tua quod mihi pallida imago
Multa deũm viſa eſt de feritate queri;
Cuncta mihi fruſtra viui quæ fluminis vnda,
Fruſtra ſunt magicis cuncta piata focis.
Inuitis nil fas diuis ſperare, nec hilum
Contra Perſephonen carmina noſtra valent.
Carmina nil valuiſſe parum eſt; at gramina ſaltem
Debebant vitæ conſuluiſſe tuæ;
O mihi vita ipſa, donec mihi vita manebit,
Carior, atque oculis, quos tago, Iane, meis.

Sed neq; Phœbus habet medicas in gramina vires,
Toto opifer dici nec meret orbe deus.
In Phœbi inuidiam, ast in nostrum, Iane, dolorem,
In damnum ante diem Palladiæ artis abis.
Nec mihi, quæ misero solatia magna fuissent,
Saltem illud licuit dicere triste Vale.
Nec bibere aure auida extremas, aut reddere vo- (ces,
Condere nec mœsta lumina cara manu.
Externis, miserande, iaces tumulatus in oris,
Fas patria vt fuerit nec mori in vrbe tibi.
Nescia mens fati pugnatæ præmia pugnæ
Dum petit, & meritis vilia serta suis.
Pro lauro feralem eheu vtridante cupressum
Fert capite, & Stygias vmbra coronat aquas.
Sic aliquis stadio victor cum staret aperto
Implicitus flauas frondis honore comas;
Inter laudantum voces, plaususque repente
Non exspectato funere mersus obit.

XI.

In primæ quotiens extingui flore iuuentæ,
Transcribique nigris & sine sole locis
Nunc hos, nunc illos video, vt quisq; optimus, vtq;
Proluerit sacris plenius ora vadis;
Cum fox cum vulgus fruges consumere natum,
Auersoq; audens carmina turba dei,
Nestoreos [illegible] in honori, in gloria in annos,
Carpantur longo vixq; etiam a senio:
Imaginor totiens, & magnus pectora motus
[illegible] in lacrimas lumina euntq; suas
[illegible] deos, [illegible] deorum
[illegible] voce voco superos.

Cum

Cùm Ratio; quid ſtulte deos, quidúe aſtra fatigas
Queſtibus? inſanis litora bobus aras.
Non tibi naſcenti vita eſt data mancupio; vſu
Si pudor eſt, illam ſit ſatis eſſe tuam.
Reddere depoſitum iuſſus veſane recuſas,
Quæq; accepiſti ponere dona negas?
Non, inquis, mouet hoc, quod mors ſua cuiq; luenda eſt,
Sed properatâ rapit quod bona quæq; dies:
Aonias febres Tithoni more ſenectus
Vix minuat ſæclis cum maleſana tribus.
Audio; & eſt aliquid quod dicis; ſcire ſed euge
Admonitu debes hoc fieri omne meo.
Nimirum, indocti tardè moriuntur: at vno hoc
Penſanda æternum his mors ſubeunda fuit.
Docti præpropero rapiuntur funere. nempe
Doctis victuri ſemper in ore viris.
Indocti ex ſolido vitam lucemq; relinquunt;
Docti parte modo deteriore ſui.
Talibus atq; alijs Ratio; noua cura recurſet
Neſcio quo pacto hæc cum tamen vſq; mihi.
Vtq; alias numquam, nunc me verſatq;, coquitq;
Et multa miſerum complet amaritie;
Dimidio denato animi, MELLERE, mei te,
Quo leuius ſaluo damna priora tuli.
Noram quippe amplas fœcundi pectoris artes,
Ingenij noram dona beata tui.
Expectabamq; illi ſimiles ex ordine fratres,
Quem tibi ſacra olim ſuppoſuere deæ:
A Mœno egreſſus dominam qui vectus ad vrbem,
Et mox Hadriacis qua moderatur aquis:

Parrhisiosq; dehinc, & noſtratum vrbium ocellum,
Creditur a miſſa quæ indigetata manu.
Tibridis inuidiam Mœno, Eridaniq; creauit,
Sequanicisq; grauis, & tibi, Scaldi fuit.
Huic expectabam ſimiles, dico, omnia fratres,
Cum breuibus perfert pagina puncta notis:
Vixit MELLERVS, *ſubieci ego; viximus ergo*
Nos quoq;. grata veni mors mihi, vita vale.
Dixi; cum circum ruere omnia viſa repente,
Et patefacta oculis Tartara ad ima meis,
Spem mortis fecere quidem; interfecta ſit vt mox
Illa ſed inuitas imbre rigante genas;
Ex oculis vndans iam cæcis agmen aquarum
Quippe adeo miſero vi violente ruit;
Vt ſpem ſubmergens conceptam, vno impete clau-
Longo laxaret tempore vocis iter: (ſum
Multa querens quã dum laſſo aſtra, deosq; peroſus,
Hos iterum Ratio rettulit ore ſonos:
Quo tantum diuerſus abis mihi; fræna dolori
Inijce, & inmites parce vocare deos.
Diuorum hic nulla inſidiæ; vixit tuus ignis,
Tempora quid numeras, non numeranda, diu?
Emeritusq; iacet quamuis ætate iuuenta;
Et plus ſors hominum quam capit ille tulit.
Circuitu quid opus, longus quid gloriam in annis
Sectari, facilis quæ tibi ſponte venit?
Errat qui ſpatio vitam metitur? ab vſu
Vita omnis ſolo longa, breuiſue ſuo eſt.
At fruſtra ris in hoc, docti monumenta ſodalis
Quod dum plura optas, interea ille cadit.

De-

Demens; nequiquam quis te ſperare coegit
Tale quid? anne prius dum dedit auctor opus?
Principio, nil ille niſi hac promittere quidquam
Vel ſibi, vel potuit conditione tibi;
Otia ſi diui, vitam ſi fila ſororum,
Fataq; dIs magnis non temeranda darent.
Nec tibi ſperatam ſpem vanis ille fefellit
Pollicitis, faciet res tibi vt ipſa fidem.
Poſthuma cum dias Palmerl in luminis oras;
Inq; ſuum exibunt aurea ſcripta diem.
Quod quanto ſatius fuerat te vrgere, querelis
Quam vanis animi prodere ſigna tui.
Hoc pietatis opus, lacrimas profundere inane eſt.
Dum fugienda facis, quid facienda fugis?
Finierat Ratio. cui ne parere recuſem,
Cruda nimis iubeat quamlibet, ipſa facit.
Et nunc, vos moneo, per ſancti quicquid vbiq; eſt,
Et per ſi quis adhuc faſq; piumq; colit.
Ad quoſcumq; mei venient monumenta ſodalis,
Romana in vulgus edite cuncta fide.
Neu plagio fœdate manus: qui fecerit, ille
DIs ſuperis, medijs, atq; Erebi hoſtis erit;
Et longe à Muſis diris aget omnibus vnus
Denotum ſacris carminibusq; caput.

XII.

Quære alium vatem doctarum turba dearum;
Quære alium doctis præſes Apollo deis.
Non ego vos ſolito poſthac venerabor honore;
Vllaue conſueto carmina more canam.
Scilicet in tenui teneros re inglorius annos
Exigam, & à populo prætereunte noter.

Dein peream ante diem; fasso mihi parcite diui,
Parcite, non tanti audire poeta mihi est:
Dum vestri extendit Ianus pomeria regni,
Praq3 bono magnas carmine temnit opes:
Flos veluti prima interceptus vere iuuenta,
Flebilis ah doctis vatibus ille iacet.
Et post hac aliquid de te sperare poetas
Phœbe, aliquid de te Calliopea iubes?
Nempe quia à vobis princeps tam certa poeta
Auxilia, & votæ præmia mentis habet.
Sic ego: cum mea sic rursum ad conuitia Phœbus,
Sic infit socio Calliopea sono:
Obijcis inuidiæ immeritos, nam sidera testes,
Flebilior nulli ac Ianus vtriq3 fuit.
Sed nostros etiam mors abstulit improba natos,
Et Linon aula feri ac Orphea Ditis habet.

XIII.

Externa patriam repetens tumularis harena,
A caris longè numinibusq3 tuis.
Nec tibi mors dulces properata reuisere amicos,
Extremum úe dedit dicere posse Vale.
Nomine & in luctu hoc omnes, MELLERE, (iacemus,
Et te flebilibus poscimus astra sonis.
Funeris absentiq3 tibi inst auramus honores,
Ac vacuum pateram vergimus ad tumulum.
Aggerimusq3 rosas; & totum veris honorem,
Lustrantes salsis singula lacrimulis.
Tristibus & numeris pro se tibi quisq3 parentat,
In nulla cessat nostraq3 parte fides.

Omnia

Omnia ſed poſtquam curatè fecimus; æquè
Externa properum funus in vrbe iaces.
Nec patriam repetes, optataq; mœnia cernes,
Aut reditu poteris illa beare tuo.
Parca vetat, ſciſſæq; coli, ſed quid facit ad rem hoc,
Pro patria, patria ſi meliore cares?
Dum repetis patriam, in patrium tranſlatus Olympum es.
Hoc mutare aureis ferrea ſecla fuit.

XIV.

Non tam diuidia, PALMERI, aut cordolio hoc eſt,
Quamquam diuidiæ eſt cordolioq; mihi:
Quod ſubito ante diem præreptus funere nobis,
Meſſoris veluti lilia falce cadis:
Scimus in arbitrio hoc, quos plus fas poſſe, deorum,
Ordine quo captam quiſq; relinquat humum:
Nec cana cenſeri homines ætate, vel annis;
Sed iuſſum incertas quemq; ſubire vices:
Hoc mage diuidiæ, PALMERI, cordolio hoc eſt;
Si quid & à fatis credis amice mihi:
Quod patria longè fido alloquioq; tuorum,
Ignota, miſerum me, regione iaces.
Nullus vbi, media qui lumina morte grauata
Clauderet, & legeret ſpiritum amicus erat.
Nullus vbi, qui defuncti lecto q; locaret,
Funereo, & mœſtis traderet oſſa rogis;
Augeretq; ſacro paſcentes corpore flamas,
Ingereret totam & funditus Arabiam.
Nullus vbi, digna qui te componeret vrna;
Diceret & cineri; ſit tibi terra leuis.

Hoc queror, hoc mecum fidi lacrimantur amici;
Inuidiam fati & prægrauat ipse locus:
Vltima, PALMERI, *nobis mandata dedisses;*
Quæque solent summum verba præire diem;
In nostris animam alasses complexibus; esset,
Laxare infelix posset vbi, arma dolor.
At tu plebeio aut tumulatus funere, fors aut,
(Iratis nolim quod licuisse deis)
Frausus honore rogi, subita malè tectus harena
Iane iaces, nuda vix benè sparsus humo.
Quid tamen hoc refert, si rem ratione putemus;
Num minus & cœli arx inde petita tibi est?
Sic est: hæc miseri nos consolemur amici;
Tellure hæc spatio distat vbiq; pari.

XV.

Si vitam vita redimi fata atra sinant, sit
Vita tibi vita, Iane, redempta mea.

EPIST. LXXIIX.

Franc. Modius Abrahamo Ortelio Geog. R. S. Antuerpiam.

SYnonymia tua nominum propriorum, Orteli clarissi. quantum alijs aut placuerit, aut profuerit, nescio; illud scio, mihi eam & impensè iam ab initio placere, & non rarò, in Silio meo præsertim, magno fuisse adiumento, vt tum testabor, cum Poëtam hunc mox cum Homero, & Virgilio inprimis, cum cura collatum, & locis innumeris emendatum, vulgo vulgabo. in quo nunc sat erit mihi hic, vt alibi ad alios sæpè feci, ne tum omnia monere necesse habeam, pauca notare, quæ iudicij tui facere libuit. Lib. XIII. versu 553.

I. Silius emēdat' lib. XIII. Ver. IOLIII.

Verum

Verum vltra Oceanum ſacro certamine fonti
Lethæos potat latices obliuia mentis.

videor reperiſſe mihi veram lectionem; eamq; eſſe: *ſacro contermina fonti. certamine* certe illud hic planè otioſum eſt, aut potius, ne ſit, turbandæ ſententiæ Silianæ. Statim poſt:

II. Ver. 1010 LXXIII bis, ter interpolatus.

Hanc optat ſaniem non vno Cerberus ore:
Hæc & Theſiphones ſunt pocula, & atra Megæra
Hic ſitit, ac nullo rabies exſtinguitur hauſtu: &c

Dico breuiter totum hunc locum ex membranis ita in integrum reſtituendum videri:

Hanc potat ſaniem nou vno Cerberus ore:
Hæc & Teſiphones ſunt pocula, & atra Megæra
Hinc ſitit, ac nullo rabies reſtinguitur hauſtu.

III. Verſ. 1000 CVI

Ver. 706. *Lux Italûm, cui ſpectaui Martia facta*
Multum vno maiora viro; deſcendere nunc te
Atq; habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?
Quem contra tales effundit Scipio voces.

lego, quidquid delirent quidam nugiuenduli:

Lux Italûm, cuius ſpectaui Martia facta
Multum vno maiora viro; deſcendere noctι
Atq; habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?
Cui contra tales, &c. *deſcendere noctι*,

dixit pro, ad noctem; id eſt, ad tenebroſa tartari loca, ſic apud Virgilium legitur: *it clamor cælo:* & Ouidium: *Præcipitatur aquis.* Verſu 762.

IV. Verſu 1000 CCLXII. ter, quater correctus.

Poſthæc oſtendens inueni, ſic virgo profatur:
Hic ille eſt tellure vagus, qui victor in omni
Curſu ſigna tulit, cui pernia Bactra, Dacæq;
Qui Gangen bibit, & Pelæo ponte Nyphaten
Adſtrinxit, cui ſtant ſacro ſua mœnia Nilo.
Incipit Æneades Libyci certiſſima proles

Ammonis, quanto exuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces? similiq; cupidine rerum
Pectora nostra calent, quæ te via scire superbum
Ad decus, & summas laudum perduxerit artes.

Variè interpolatus, ac mirè corruptus locus; sed quem ita sibi, ita nobis restitui posse sperem:

Post hæc ostendens iuuenem, sic virgo profatur:
Hic ille est tellure vagus qui victor in omni
Cursim signa tulit, cui peruia Bactra, Dahæq;
Qui Gangen bibit, & Peleæo ponte Niphaten
Adstrinxit: cui stant sacro sua mœnia Nilo.
Incipit Aeneades: Libyci certissima proles
Hammonis; quando exsuperat tua gloria cũctos
Indubitata duces, similiq; cupidine rerum
Pectora nostra calent; quæ te via, fare, superbũ
Ad decus, & summas laudũ perduxerit arces.

Singularum emendationum rationem si reddere pluribus laborem, nugas agam; ipsæ se produnt, & posset alioqui pro ratione esse, membranarum longè optimarum Agrippinensium auctoritas: in quibus differte hoc modo, quo posterius dixi, omnia leguntur: nisi quod *Dahaq;* & *cursim* à mea coniectura sunt, vt interpungẽdi modus à iudicio, vt autem hic *summæ laudum arces*, ita, nescio qui, *doctrinæ arcem* dixit. Vale Orteli.

EPIST. LXXIX.

Franc. Modius Henrico Stephano S.

PLinij Secundi epistolas à te nuper editas, vir clarissime, non minus auidè quam diligenter euolui, cum summa admiratione ingenij tui tam

tam diffusi, & varij, vt cum propria quædam habeas studia, & planè tua; in alijs tamen etiam non minus excellat, & vbiq; quasi in tua palæstra exerceri videatur. Quid quæris? effecisti vt & ipse Plinium si qua possem adiuuandum, & emaculandum mihi exemplo tuo existimarem; collato in eam rem cum vestra editione scripto codice Pliniano, Rodolphi Agricolæ manu olim, vt titulus loquebatur, exarato; qua ex contentione quid profecerim, alias iudicij tui, & totius collegij Musici faciam. nunc te arbitrari velim de pauculis notis in panegyricos, quos Plinio tuo subiunxisti, quæ mihi inter legendum sub manu natæ sunt. leues illæ quidem, & quas tu, si hic fuisses, aut non potius operæ tibi, vt fit, sæpè minus paruissent, longe & acutius peruidisses, & melius fortasse constituisses; sed tamen quas non omnino silentio præteriri eorum maximè interesse existimo, qui loquendi genus hoc peculiare, quo vsi de industria, aut quia sic illa tempora ferebãt, panegyricorum auctores videntur, etiam si nihil in se habeat vitij, vix tamen sic quoq; assequuntur. Lat. Pac. Drepanus in panegyrico quẽ Theodosio Aug. dixit, inter cætera ita ait: *Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis aut de fluminum glareis quæsitor Bessus, scrutator Callaicus eruisset: illud purius splendidiusq; credebat, quod dedissent dolentes, quod hominum lachrimæ non animum æquè abluissent, nec è terrenis specubus egestum, sed è ceruicibus iugulisq; cæsorum esset effossum.* in quib⁹ quid est quod

I. Drepani Panegyricus Theodosio dictus notatus.

Sed neq; Phœbus habet medicas in gramina vires,
Toto opifer dici nec meret orbe deus.
In Phœbi inuidiam, ast in nostrum, Iane, dolorem,
In damnum ante diem Palladiæ artis abis.
Nec mihi, quæ misero solatia magna fuissent,
Saltem illud licuit dicere triste Vale. (cei,
Nec bibere aure auida extremas, aut reddere vo-
Condere nec mœsta lumina cara manu.
Externis, miserande, iaces tumulatus in oris,
Fas patria vt fueris nec mori in vrbe tibi.
Nescia mens fati pugnatæ præmia pugnæ
Dum petit, & meritis vilia serta suis.
Pro lauro feralem heu viridante cupressum
Fert capite, & Stygias vmbra coronat aquas.
Sic aliquis stadio victor cum staret aperto
Implicitus flauas frondis honore comas;
Inter laudantum voces, plaususque repente
Non exspectato funere mersus obit.

XI.

In primæ quotiens extingui flore iuuentæ,
Transcribique nigris & sine sole locis
Nunc hos, nunc illos video, vt quisq; optimus, vitæ
Proluerit sacris plenius ora vadis;
Cum fex, cum vulgus fruges consumere natum,
Auersoq; audens carmina turba deo,
Nestoreos viuant inhonori, inglorij in annos,
Carpantur longo vixq; etiam à senio:
Indignor totiens, & magnus pectora motus
Concutit, in lacrimas lumina cuntq; suas
Iniustosq; deos, iniustaq; fata deorum
Incusans, sæuos voce voco superos.

Cum

Cùm Ratio; quid ſtulte deos, quidúe aſtra fatigas
Queſtibus? inſanis litora bobus aras.
Non tibi naſcenti vita eſt data mancupio; vſu
Si pudor eſt, illam ſit ſatis eſſe tuam.
Reddere depoſitum iuſſus veſane recuſas,
Quæq; accepiſti ponere dona negas?
Non, inquis, mouet hoc, quod mors ſua cuiq; luenda eſt,
Sed properatâ rapit quod bona quæq; dies:
Aonias febres Tithoni more ſenectus
Vix minuat ſæclis cum maleſana tribus.
Audio; & eſt aliquid quod dicis; ſcire ſed euge
Admonitu debes hoc fieri omne meo.
Nimirum, indocti tardè moriuntur. at vno hoc
Penſanda æternum his mors ſubeunda fuit.
Docti prapropero rapiuntur funere. nempe
Doctis victuri ſemper in ore viris.
Indocti ex ſolido vitam lucemq; relinquunt;
Docti parte modo deteriore ſui.
Talibus atq; alijs Ratio; noua cura recurſet
Neſcio quo pacto hæc cum tamen vſq; mihi.
Vtq; alias numquam, nunc me verſatq; coquitq;
Et multa miſerum complet amaritie;
Dimidio denato animi, MELLERE, mei te,
Quo leuius ſaluo damna priora tuli.
Noram quippe amplas fœcundi pectoris artes,
Ingenij noram dona beata tui.
Expectabamq; illi ſimiles ex ordine fratres,
Quem tibi ſacra olim ſuppoſuere dea:
A Mœno egreſſus dominam qui vectus ad vrbem,
Et mox Hadriacis qua moderatur aquis:

Parrhisiosq́ deinc, & noſtratum vrbium ocellum,
Creditur à miſſa quæ indigetata manu.
Tibridis inuidiam Mœno, Eridaniq́ creauit,
Sequaniciſq́ graue, & tibi, Scaldi fuit.
Huic expectabam ſimiles, dico, omnia fratres,
Cum breuibus perfert pagina puncta notis:
Vixit MELLERVS, *ſubiecit ego; viximus ergo*
Nos quoq́, grata veni mors mihi, vita vale.
Dixi; cum circum ruere omnia viſa repente,
Et patefacta oculis Tartara ad ima meis,
Spem mortis fecere quidem; interfecta ſit vt mox
Illa ſed inuitas imbre rigante genas;
Ex oculis vndans iam cæcis agmen aquarum
Quippe adeo miſero vi violente ruit;
Vt ſpem ſubmergens conceptam, vno impete clau-
Longo laxaret tempore vocis iter: (ſum
Multa querens quã dum laſſo aſtra, deosq́ peroſus,
Hos iterum Ratio rettulit ore ſonos:
Quo tantum diuerſus abis mihi; fræna dolori
Injce, & inmites parce vocare deos.
Diuorum hic nulla inſidiæ; vixit tuus ignis,
Tempora quid numeras, non numeranda, diu?
Emeritusq́ iacet quamuis ætate iuuenta;
Et plus ſors hominum quam capit ille tulit.
Circuitu quid opus, longis quid gloriam in annis
Sectari, facilis quæ tibi ſponte venit?
Errat qui ſpatio vitam metitur? ab vſu
Vita omnis ſolo longa, breuiſue ſuo eſt.
At fruſtraris in hoc, docti monumenta ſodalis
Quod dum plura optas, interea ille cadit.

De-

Demens; nequiquam quis te sperare coegit
Tale quid? anne prius dum dedit auctor opus?
Principio, nil ille nisi hac promittere quidquam
Vel sibi, vel potuit conditione tibi;
Otia si diui, vitam si fila sororum,
Fataq; dIs magnis non temeranda darent.
Nec tibi speratam spem vanis ille fefellit
Pollicitis, faciet res tibi vt ipsa fidem.
Posthuma cum dias Palmerl in luminis oras;
Ingq; suum exibunt aurea scripta diem.
Quod quanto satius fuerat te vrgere, querelis
Quam vanis animi prodere signa tui.
Hoc pietatis opus, lacrimas profundere inane est.
Dum fugienda facis, quid facienda fugis?
Finierat Ratio. cui ne parere recusem,
Cruda nimis iubeat quamlibet, ipsa facit.
Et nunc, vos moneo, per sancti quicquid vbiq; est;
Et per si quis adhuc fasq; piumq; colit.
Ad quoscumq; mei venient monumenta sodalis;
Romana in vulgus edite cuncta fide.
Neu plagio fœdate manus: qui fecerit; ille
DIs superis, medijs, atq; Erebi hostis erit;
Et longe a Musis diris aget omnibus vnus
Deuotum sacris carminibusq; caput.

XII.

Quære alium vatem doctarum turba dearum;
Quære alium doctis præses Apollo deis.
Non ego vos solito posthac venerabor honore;
Vllaue consueto carmina more canam.
Scilicet in tenui teneros re inglorius annos
Exigam, & à populo prætereunte noter.

Dein peream ante diem; fasso mihi parcite diui,
Parcite, non tanti audire poeta mihi est:
Dum vestri extendit Ianus pomeria regni,
Praq; bono magnas carmine temnit opes:
Flos veluti primæ interceptus vere iuuentæ,
Flebilis ah doctis vatibus ille iacet.
Et posthac aliquid de te sperare poetas
Phœbe, aliquid de te Calliopea iubes?
Nempe quia à vobis princeps tam certa poetæ
Auxilia, & votæ præmia mentis habet.
Sic ego: cum mea sic rursum ad conuitia Phœbus,
Sic infit socio Calliopea sono:
Obijcis inuidiæ immeritos, nam sidera testes,
Flebilior nulli ac Ianus vtriq; fuit.
Sed nostros etiam mors abstulit improba natos,
Et Linon aula feri ac Orphea Ditis habet.

XIII.

Externa patriam repetens tumularis harena,
A caris longè numinibusq; tuis.
Nec tibi mors dulces properatà reuisere amicos,
Extremumue dedit dicere posse Vale.
Nomine & in luctu hoc omnes, MELLERE, iacemus,
Et te flebilibus poscimus astra sonis.
Funeris absentiq; tibi instauramus honores,
Ac vacuum pateram vergimus ad tumulum.
Aggerimusq; rosas; & totum veris honorem,
Lustrantes salsis singula lacrimulis.
Tristibus & numeris pro se tibi quisq; parentat,
In nulla cessat nostraq; parte fides.

Omnia

Omnia ſed poſtquam curatè fecimus, æquè
Externa properum funus in vrbe iaces.
Nec patriam repetes, optataq; mœnia cernes,
Aut reditu poteris illa beare tuo.
Parca vetat, ſciſſæq; coli, ſed quid facit ad rem hoc,
Pro patria, patria ſi meliore cares?
Dum repetis patriam, in patrium tranſlatus Olympum es.
Hoc mutare aureis ferrea ſecla fuit.

XIV.

Non tam diuidiæ, PALMERI, aut cordolio hoc eſt,
Quamquam diuidiæ eſt cordolioq; mihi:
Quod ſubito ante diem præreptus funere nobis,
Meſſoris veluti lilia falce cadis:
Scimus in arbitrio hoc, quos plus fas poſſe, deorum,
Ordine quo captam quiſq; relinquat humum:
Nec cana cenſeri homines ætate, vel annis;
Sed iuſſum incertas quemq; ſubire vices:
Hoc mage diuidiæ, PALMERI, cordolio hoc eſt;
Si quid & à fatis credis amice mihi:
Quod patria longè fido alloquioq; tuorum,
Ignota, miſerum me, regione iaces.
Nullus vbi, media qui lumina morte grauata
Clauderet, & legeret ſpiritum amicus erat.
Nullus vbi, qui defuncti lectoq; locaret,
Funereo, & mœſtis traderet oſſa rogis;
Augeretq; ſacro paſcentes corpore flamas,
Ingereret totam & funditus Arabiam.
Nullus vbi, digna qui te componeret vrna;
Diceret & cineri; ſit tibi terra leuis.

Hoc queror, hoc mecum fidi lacrimantur amici;
Inuidiam fati & pregrauat ipse locus:
Vltima, PALMERI, nobis mandata dedisses;
Quæque solent summum verba præire diem;
In nostris animam alasses complexibus; esset,
Laxare infelix posset vbi, arma dolor.
At tu plebeio aut tumulatus funere, fors aut,
(Iratis nolim quod licuisse deis)
Fraussus honore rogi, subita male tectus harena
Iane iaces, nuda vix benè sparsus humo.
Quid tamen hoc refert, si rem ratione putemus,
Num minus & cœli arx inde petita tibi est?
Sic est: hoc miseri nos consolemur amici;
Tellure hæc spatio distat vbiq; pari.

XV.

Si vitam vita redimi fata atra sinant, sit
Vita tibi vita, Iane, redempta mea.

EPIST. LXXIIX.

Franc. Modius Abrahamo Ortelio Geog.
R. S. Antuerpiam.

SYnonymia tua nominum propriorum, O
teli clarissi. quantum alijs aut placuerit, a
profuerit, nescio; illud scio, mihi eam & imper
iam ab initio placere, & non rarò, in Silio m
præsertim, magno fuisse adiumento, vt tum
or, cum Poetam hunc mox cum Homero
lio inprimis, cum cura collatum, & lo
metis emendatum, vulgo vulgabo. in c
c sat erit mihi hic, vt alibi ad alios sæpè feci
n omnia monere necesse habeam, pauca
re, quæ iudicij tui facere libuit. Lib. XIII.
su 553.

Ve

Verum vltra Oceanum sacro certamine fonti
Lethæos potat latices obliuia mentis.

videor reperisse mihi veram lectionem; eamq; esse: *sacro contermina fonti. certamine* certe illud hic planè otiosum est, aut potius, ne sit, turbandæ sententiæ Silianæ. Statim post:

II. Ver. IƆLXXIII bis, ter interpolatus.

Hanc optat saniem non vno Cerberus ore:
Hæc & Thesiphones sunt pocula, & atra Megæra
Hic sitit, ac nullo rabies exstinguitur haustu: &c

Dico breuiter totum hunc locum ex membranis ita in integrum restituendum videri:

Hanc potat saniem nou vno Cerberus ore:
Hæc & Tesiphones sunt pocula, & atra Megæra
Hinc sitit, ac nullo rabies restinguitur haustu.

III. Vers. IƆCCVII

Ver. 706. *Lux Italûm, cui⁹ spectaui Martia facta*
Multum vno maiora viro; descendere nunc te
Atq; habitanda semel subigit quis visere regna?
Quem contra tales effundit Scipio voces.

lego, quidquid delirent quidam nugiuenduli:

Lux Italûm, cuius spectaui Martia facta
Multum vno maiora viro; descendere nocti
Atq; habitanda semel subigit quis visere regna?
Cui contra tales, &c. *descendere nocti,*

dixit pro, ad noctem; id est, ad tenebrosa tartari loca, sic apud Virgilium legitur: *it clamor cælo:* & Ouidium: *Præcipitatur aquis.* Versu 762.

IV. Versu IƆCCLXII. ter, quater correctus.

Posthæc ostendens iuueni, sic virgo profatur:
Hic ille est tellure vagus, qui victor in omni
Cursu signa tulit, cui peruia Bactra, Dacæq;
Qui Gangen bibit, & Pelæo ponte Nyphaten
Adstrinxit, cui stant sacro sua mœnia Nilo.
Incipit Æneades Libyci certissima proles

Ammonis, quanto exuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces? similiq; cupidine rerum
Pectora noſtra calent, quæ te via ſcire ſuperbum
Ad decus, & ſummas laudum perduxerit artes.

Variè interpolatus, ac mirè corruptus locus; ſed quem ita ſibi, ita nobis reſtitui poſſe ſperem:

Poſt hæc oſtendens iuuenem, ſic virgo profatur:
Hic ille eſt tellure vagus qui victor in omni
Curſim ſigna tulit, cui peruia Bactra, Dahæq;
Qui Gangen bibit, & Peleæo ponte Niphaten
Adſtrinxit: cui ſtant ſacro ſua mœnia Nilo.
Incipit Aeneades: Libyci certiſſima proles
Hammonis; quando exſuperat tua gloria cũctos
Indubitata duces, ſimiliq; cupidine rerum
Pectora noſtra calent; quæ tè via, fare, ſuperbũ
Ad decus, & ſummas laudũ perduxerit arces.

Singularum emendationum rationem ſi reddere pluribus laborem, nugas agam; ipſæ ſe produnt, & poſſet alioqui pro ratione eſſe, membranarum longè optimarum Agrippinenſium auctoritas: in quibus diſerte hoc modo, quo poſterius dixi, omnia leguntur: niſi quod *Dahæq;* & *curſim* à mea coniectura ſunt, vt interpungẽdi modus à iudicio, vt autem hic *ſummæ laudum arces*, ita, neſcio qui, *doctrinæ arcem* dixit. Vale Orteli.

EPIST. LXXIX.

Franc. Modius Henrico Stephano S.

PLinij Secundi epiſtolas à te nuper editas, vir clariſſime, non minus auidè quam diligenter euolui, cum ſumma admiratione ingenij tui tam

ram diffusi, & varij, vt cum propria quædam habeas studia, & planè sua; in alijs tamen etiam non minus excellat, & vbiq; quasi in sua palæstra exerceri videatur. Quid quæris? effecisti vt & ipse Plinium si qua possem adiuuandum, & emaculandum mihi exemplo tuo existimarem; collato in eam rem cum vestra editione scripto codice Pliniano, Rodolphi Agricolæ manu olim, vt titulus loquebatur, exarato; qua ex contentione quid profecerim, alias iudicij tui, & totius collegij Musici faciam. nunc te arbitrari velim de pauculis notis in panegyricos, quos Plinio tuo subiunxisti, quæ mihi inter legendum sub manu natæ sunt. leues illæ quidem, & quas tu, si hic fuisses, aut non potius operæ tibi, vt fit, sæpè minus paruissent, longe & acutius peruidisses, & melius fortasse constituisses; sed tamen quas non omnino silentio præteriri eorum maximè interesse existimo, qui loquendi genus hoc peculiare, quo vsi de industria, aut quia sic illa tempora ferebāt, panegyricorum auctores videntur, etiam si nihil in se habeat vitij, vix tamen sic quoq; assequuntur. Lat. Pac. Drepanus in panegyrico quē Theodosio Aug. dixit, inter cætera ita ait: *Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis aut de fluminum glareis quæsitor Bessus, scrutator Callaicus eruisset: illud purius splendidiusq; credebat, quod dedissent dolentes, quod hominum lachrimæ non animum æquè abluissent, nec è terrenis specubus egestum, sed è ceruicibus iugulisq; cæsorum esset effossum.* in quib⁹ quid est quod

I. Drepani Panegyricus Theodosio dictus notatus.

ait; *quod hominum lachrimæ non animum æque abluissent?* an non ænigma hoc? planissimè. sed benè quod sphyngem, & quidem Hortensiana illa meliorem domi habemus. scribendum haud dubiè: *quod hominum lacrimæ, non amnium aquæ abluissent.* elegantissima, & maxime perspicua lectione. Statim: *De virorum mortibus loquor? cum descensum recorder ad sanguinem fœminarum & in sexum cui bella parcunt non parcè sæuitum?* Nihil mihi posthac, Henrice, credas velim, nisi scripserat Pacatus: *& in sexum cui bella parcunt pace sæuitum?* erat nimirum ab oscitante librario, qui modo *parcunt* exarauerat *parce* pro, *pace* scriptum; quod cum contra mentem Pacati esse viderent correctores, ad negatiuam, vt ad sacram anchoram confugerunt. sed monendi hi mihi sunt, etiam atque etiam considerandum locum, & ante, omnia tentandum, quam eo descendatur, vt aliquid bonis scriptoribus de nostro assuamus. Si enim huiusmodi particulas temerè inserere, vel subtrahere licet, quid erit quod modo paullo latinius, elegantius, eruditius dictum sit, à sciolorum audacia satis tutum? sed ad panegyricum in quo iterum statim sequitur: *An sustinere te coram, & solum oculorum tuorum ferre coniectum ille quondam domus tuæ negligentissimus vernula mensularumq; seruilium statarius lixa potuisset?* scribo euidenti satis coniectu-

II.

III.

lectura, nisi sciens fallor: *ille quondam domus tuæ neglectissimus vernula.* affinitas quæ est inter *c.* & *g.* litteras, qua sæpè altera alterius vices fungitur errori occasionem dedit. Post pauca: *At vbi impulsa acies, fronsq; laxata, & fiducia in pedes versa est, ire præcipites gloriando fugere, & se inuicem festinando tardare: armati, inermes, integri, saucij, primi postremiq; misceri, miles vrgere eminus, cominus gladijs, hastis punctim, cæsim ferire: alij populi tibi imminere: alij terga configere, aut quos cursu non poterant continere, iaculis occupare, arma telaq; homines vita peremta, prona supinaq; corpora passim vel in aceruo iacere.* IV. Ter, quater interpolatus planè insignitè.

Elegans & coloribus suis insignite descriptus fugiens re perdita fususq; exercitus; sed ita contaminatus, vt multum genuinæ eius venustati scripturæ vitia detrahant. quæ est enim in fuga gloria, aut quis gloriando fugit? dein, quale est illud, *alij populi tibi imminere*, aut quem sensum commodum eijcit? denique, quis est ordo in illis verbis; *miles vrgere eminus, cominus gladijs, hastis punctim cæsim*, &c. equidem, vt in pauca dicta conferam, arbitror ex ductu litterarum & sententiæ postulatis ita totum locum legendum: *At v. i. a. f. l. e. & f. t. p. v. e. i. p. glomerando fugere, & s. i. f. t. a. i. i. s. p. p. m. miles vrgere, cominus gladijs, eminus hastis, punctim, cæsim ferire: alij poplitibus imminere, alij terga configere, aut quos cursu non poterant continere, iaculis occupare*, &c. Eo- V.

Dein peream ante diem; fasso mihi parcite diui,
Parcite, non tanti audire poeta mihi est:
Dum vestri extendit Ianus pomeria regni,
Praq́ bono magnas carmine temnit opes:
Flos veluti primo interceptus vere iuuenta,
Flebilis ah doctis vatibus ille iacet.
Et post hac aliquid de te sperare poetas
Phœbe, aliquid de te Calliopea iubes?
Nempe quia à vobis princeps tam certa poeta
Auxilia, & votæ præmia mentis habet.
Sic ego: cum mea sic rursum ad conuitia Phœbus,
Sic infit socio (alliopea sono:
Obijcis inuidiæ immeritos, nam sidera testes,
Flebilior nulli ac Ianus vtriq; fuit.
Sed nostros etiam mors abstulit improba natos,
Et Linon aula feri ac Orphea Ditis habet.

XIII.

Externa patriam repetens tumularis harena,
A caris longè numinibusq; tuis.
Nec tibi mors dulces properata reuisere amicos,
Extremumúe dedit dicere posse Vale.
Nomine & in luctu hoc omnes, MELLERE, (iacemus,
Et te flebilibus poscimus astra sonis.
Funeru absentiq; tibi instauramus honores,
Ac vacuum pateram vergimus ad tumulum.
Aggerimusq; rosas; & totum veris honorem,
Lustrantes salsis singula lacrimulis.
Tristibus & numeris pro se tibi quisq; parentat,
In nulla cessat nostraq; parte fides.

Omnia

Omnia ſed poſtquam curatè fecimus, æquè
Externa properum funus in vrbe iaces.
Nec patriam repetes, optataq; mœnia cernes,
Aut reditu poteris illa beare tuo.
Parca vetat, ſciſſaq; coli, ſed quid facit ad rem hoc,
Pro patria, patria ſi meliore cares?
Dum repetis patriam, in patrium tranſlatus Olympum es.
Hoc mutare aureis ferrea ſecla fuit.

XIV.

Non tam diuidiæ, PALMERI, aut cordolio hoc eſt,
Quamquam diuidiæ eſt cordolioq; mihi:
Quod ſubito ante diem præreptus funere nobis,
Meſſoris veluti lilia falce cadis:
Scimus in arbitrio hoc, quos plus fas poſſe, deorum,
Ordine quæ captam quiſq; relinquat humum:
Nec cana cenſeri homines ætate, vel annis;
Sed iuſſum incertas quemq; ſubire vices:
Hoc mage diuidiæ, PALMERI, cordolio hoc eſt;
Si quid & à fatis credis amice mihi:
Quod patria longè fido alloquioq; tuorum,
Ignota, miſerum me, regione iaces.
Nullus vbi, media qui lumina morte grauata
Clauderet, & legeret ſpiritum amicus erat.
Nullus vbi, qui defuncti lectoq; locaret,
Funereo, & mœſtis traderet oſſa rogis;
Augeretq; ſacro paſcentes corpore flamas,
Ingereret totam & funditus Arabiam.
Nullus vbi, digna quite componeret vrna;
Diceret & cineri; ſit tibi terra leuis.

Hoc queror, hoc mecum fidi lacrimantur amici;
Inuidiam fati & prægrauat ipse locus:
Vltima, PALMERI, *nobis mandata dedisses;*
Quæque solent summum verba præire diem;
In nostris animam alasses complexibus; esset,
Laxare infelix posset vbi, arma dolor.
At tu plebeio aut tumulatus funere, fors aut,
(Iratis nolim quod licuisse deis)
Frausus honore rogi, subita malè tectus harena
Iane iaces, nuda vix benè sparsus humo.
Quid tamen hoc refert, si rem ratione putemus;
Num minus & cœli arx inde petita tibi est?
Sic est: hæc miseri nos consolemur amici;
Tellure hæc spatio distat vbiq; pari.

XV.

Si vitam vita redimi fata atra sinant, sit
Vita tibi vita, Iane, redempta mea.

EPIST. LXXIIX.

Franc. Modius Abrahamo Ortelio Geog. R. S. Antuerpiam.

SYnonymia tua nominum propriorum, Orteli clarissi. quantum alijs aut placuerit, aut profuerit, nescio; illud scio, mihi eam & impensè iam ab initio placere, & non rarò, in Silio meo præsertim, magno fuisse adiumento, vt tum testabor, cum Poetam hunc mox cum Homero, & Virgilio inprimis, cum cura collatum, & locis innumeris emendatum, vulgo vulgabo. in quo nunc sat erit mihi hic, vt alibi ad alios sæpè feci, ne tum omnia monere necesse habeam, pauca notare, quæ iudicij tui facere libuit. Lib. XIII. versu 553.

I. Silius emẽdat' lib. XIII. Ver. IOLIII.

Verum

Verum vltra Oceanum ſacro certamine fonti
Lethæos potat latices obliuia mentis.

videor reperiſſe mihi veram lectionem; eamq; eſſe: *ſacro contermina fonti. certamine* certe illud hic planè otioſum eſt, aut potius, ne ſit, turbandæ ſententiæ Silianæ. Statim poſt:

II. Ver. CLXXIII bis, ter interpolatus.

Hanc optat ſaniem non vno Cerberus ore:
Hæc & Theſiphones ſunt pocula, & atra Megæra
Hic ſitit, ac nullo rabies exſtinguitur hauſtu: &c

Dico breuiter totum hunc locum ex membranis ita in integrum reſtituendum videri:

Hanc potat ſaniem non vno Cerberus ore:
Hæc & Teſiphones ſunt pocula, & atra Megæra
Hinc ſitit, ac nullo rabies reſtinguitur hauſtu.

III. Verſ. DCCVI

Ver. 706. *Lux Italûm, cui ſpectaui Martia facta*
Multum vno maiora viro; deſcendere nunc te
Atq; habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?
Quem contra tales effundit Scipio voces.

lego, quidquid delirent quidam nugiuenduli:

Lux Italûm, cuius ſpectaui Martia facta
Multum vno maiora viro; deſcendere noctι
Atq; habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?
Cui contra tales, &c. *deſcendere noctι*,

dixit pro, ad noctem; id eſt, ad tenebroſa tartari loca, ſic apud Virgilium legitur: *it clamor cælo:* & Ouidium: *Præcipitatur aquis.* Verſu 762.

IV. Verſu DCCLXII. ter, quater correctus.

Poſt hæc oſtendens inueni, ſic virgo profatur:
Hic ille eſt tellure vagus, qui victor in omni
Curſu ſigna tulit, cui peruia Bactra, Dacæq;
Qui Gangen bibit, & Pelæo ponte Nyphaten
Adſtrinxit, cui ſtant ſacro ſua mœnia Nilo.
Incipit Æneades Libyci certiſſima proles

Ammonis, quanto exuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces? similiq; cupidine rerum
Pectora nostra calent, qua te via scire superbum
Ad decus, & summas laudum perduxerit artes.

Variè interpolatus, ac mirè corruptus locus; sed quem ita sibi, ita nobis restitui posse sperem:

Post hac ostendens iuuenem, sic virgo profatur:
Hic ille est tellure vagus qui victor in omni
Cursim signa tulit; cui peruia Bactra, Dahaq;
Qui Gangen bibit, & Peleao ponte Niphaten
Adstrinxit: cui stant sacro sua mœnia Nilo.
Incipit Aeneades: Libyci certissima proles
Hammonis; quando exsuperat tua gloria cũctos
Indubitata duces. similiq; cupidine rerum
Pectora nostra calent; qua te via, fare, superbũ
Ad decus, & summas laudũ perduxerit arces.

Singularum emendationum rationem si reddere pluribus laborem, nugas agam; ipsæ se produnt, & posset alioqui pro ratione esse, membranarum longè optimarum Agrippinensium auctoritas: in quibus diserte hoc modo, quo posterius dixi, omnia leguntur; nisi quod *Dahaq;* & *cursim* à mea coniectura sunt, vt interpungẽdi modus à iudicio, vt autem hic *summæ laudum arces*, ita, nescio qui, *doctrinæ arcem* dixit. Vale Orteli.

EPIST. LXXIX.

Franc. Modius Henrico Stephano S.

PLinij Secundi epistolas à te nuper editas, vir clarissime, non minus auidè quam diligenter euolui, cum summa admiratione ingenij tui tam

tam diffusi, & varij, vt cum propria quædam habeas studia, & planè sua; in alijs tamen etiam non minus excellat, & vbiq; quasi in sua palæstra exerceri videatur. Quid quæris? effecisti vt & ipse Plinium si qua possem adiuuandum, & emaculandum mihi exemplo tuo existimarem; collato in eam rem cum vestra editione scripto codice Pliniano, Rodolphi Agricolæ manu olim, vt titulus loquebatur, exarato; qua ex contentione quid profecerim, alias iudicij tui, & totius collegij Musici faciam. nunc te arbitrari velim de pauculis notis in panegyricos, quos Plinio tuo subiunxisti, quæ mihi inter legendum sub manu natæ sunt. leues illæ quidem, & quas tu, si hic fuisses, aut non potius operæ tibi, vt fit, sæpè minus paruissent, longe & acutius peruidisses, & melius fortasse constituisses; sed tamen quas non omnino silentio præteriri eorum maximè interesse existimo, qui loquendi genus hoc peculiare, quo vsi de industria, aut quia sic illa tempora ferebãt, panegyricorum auctores videntur, etiam si nihil in se habeat vitij, vix tamen sic quoq; assequuntur. Lat. Pac. Drepanus in panegyrico quẽ Theodosio Aug. dixit, inter cætera ita ait: *Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis aut de fluminum glareis quæsitor Bessus, scrutator Callaicus eruisset: illud purius splendidiusq; credebat, quod dedissent dolentes, quod hominum lachrimæ non animum æquè abluissent, nec è terrenis specubus egestum, sed è cerui cibus iugulisq; cæsorum esset effossum.* in quib⁹ quid est quod

I. Drepani Panegyricus Theodosio dictus notatus.

ait; *quod hominum lachrimæ non animum æque abluiſſent?* an non ænigma hoc? planiſſimè. ſed benè quod ſphyngem, & quidem Hortenſiana illa meliorem domi habemus. ſcribendum haud dubiè: *quod hominum lacrimæ, non amnium aquæ abluiſſent.* elegantiſſima, & maxime perſpicua lectione. Statim: *De virorum mortibus loquor? cum deſcenſum recorder ad ſanguinem faminarum & in ſexum cui bella parcunt non parcè ſæuitum?* Nihil mihi poſthac, Henrice, credas velim, niſi ſcripſerat Pacatus: *& in ſexum cui bella parcunt pace ſæuitum?* erat nimirum ab oſcitante librario, qui modo *parcunt* exarauerat *parce* pro, *pace* ſcriptum; quod cum contra mentem Pacati eſſe viderent correctores, ad negatiuam, vt ad ſacram anchoram confugerunt. ſed monendi hi mihi ſunt, etiam atque etiam conſiderandum locum, & ante, omnia tentandum, quam eo deſcendatur, vt aliquid bonis ſcriptoribus de noſtro aſſuamus. Si enim huiuſmodi particulas temerè inſerere, vel ſubtrahere licet, quid erit quod modo paullo latinius, elegantius, eruditius dictum ſit, à ſciolorum audacia ſatis tutum? ſed ad panegyricum in quo iterum ſtatim ſequitur: *An ſuſtinere te coram, & ſolum oculorum tuorum ferre coniectum ille quondam domus tuæ negligentiſſimus vernula menſularumq; ſeruilium ſtatarius lixa potuiſſet?* ſcribo euidenti ſatis coniectu-

II.

III.

lectura, niſi ſciens fallor: *ille quondam domus tuæ neglectiſſimus vernula.* affinitas quæ eſt inter *c.* & *g.* litteras, qua ſæpè altera alterius vices fungitur errori occaſionem dedit. Poſt pauca: *At vbi impulſa acies, fronſq; laxata, & fiducia in pedes verſa eſt, ire præcipites gloriando fugere, & ſe inuicem feſtinando tardare: armati, inermes, integri, ſaucij, primi poſtremiq; miſceri, miles vrgere eminus, cominus gladijs, haſtis punctim, caſim ferire: alij populi tibi imminere: alij terga configere, aut quos curſu non poterant continere, iaculis occupare, arma telaq; homines vita peremta, prona ſupinaq; corpora paſſim vel in aceruo iacere.* IV. Ter, quater interpolatus planè inſignitè.

Elegans & coloribus ſuis inſignite deſcriptus fugiens re perdita fuſusq; exercitus; ſed ita contaminatus, vt multum genuinæ eius venuſtati ſcripturæ vitia detrahant. quæ eſt enim in fuga gloria, aut quis gloriando fugit? dein, quale eſt illud, *alij populi tibi imminere,* aut quem ſenſum commodum eijcit? denique, quis eſt ordo in illis verbis; *miles vrgere eminus, cominus gladijs, haſtis punctim caſim,* &c. equidem, vt in pauca dicta conferam, arbitror ex ductu litterarum & ſententiæ poſtulatis ita totum locum legendum: *At v. i. a. f. l. e. & f. t. p. v. e. i. p. glomerando fugere, & ſ. i. f. t. a. i. i. ſ. p. p. m. miles vrgere, cominus gladijs, eminus haſtis, punctim, caſim ferire: alij poplitibus imminere, alij terga configere, aut quos curſu non poterant continere, iaculis occupare,* &c. Eo- V.

dem panegyrico, *Nullius bona publicatâ, nullius multata libertas, nullius præterita dignitas inminuta, nemo affectus, nemo nota, nemo conuitio aut denique castigatione perstrictus.* confusa oratio; sed cui malo ita succurri posse putabam *N.b.p.n. m.l. nullius præterita dignitas, nullius inminuta, nemo affectus nota, nemo conuitio, aut d.c.p.* vt ex eo natus sit error, quod eædem voces iterandæ sæpius fuerunt. nisi placet, quod etiam relegenti emendationem meam non displicebat: *N.b.p.n. m.l. nullius præterea dignitas inminuta, nemo affectus nota, nemo c.a.d.c.p.* etsi ego illud malo.

VI. Paullo ante erat: *quisquis purpura quandoq; regali vestire humeros cogitabit, Maximus ei exutus occurrat; quisquis aurum gemmasq; priuatis pedibus optabit, Maximus ei plantis nudus appareat; quisquis imponere capiti diadema meditabitur, auulsum humeris Maximi caput & sine nomine corpus aspiciat.* paruum est quod monebo, sed tamẽ legendum: *quisquis aurum gemmasq; priuatis pedibus aptabit.* alioqui vota libera sunt, regni insignia sibi aptare, non item. Vale, Bambergæ XI. Kalend. Maias CIↃ. IↃ. LXXXII.

EPIST. LXXX.

Franc. Modius Conrado Leio S.

LIbros veteres, Conrade eruditissime vt auidissimé antetere, ita diligentissimè cũ recentioribus contendere soleo, eo lubentius, quod nunq; ferè frustra tale quid à me tentatum sit etiam in ijs auctoribus, qui huiusmodi virorum emen-

mendationes præ ſe ferebant, vt labori deinceps ſuperſederi in ijs poſſe videretur. teſtari id poſſent Notæ in plurimos, & optimos ſcriptores, niſi eas iniuria quidam nuper inuolaſſent; non quo eas ſupponant ſibi, quod non nimis ægrè ferrem; ſed ne omnino lucem videant, quod factum tam illiberale, etſi fortaſſe alios ab hoc ſtudiorum genere in poſterum deterrere potuiſſet, apud me tamen, ſiue hoc facit natura mea, ſiue, quæ pro illa multis ſolet eſſe, conſuetudo, tantum non valuit, vt abſtinere me membranis, & codicibus manu exaratis aut poſſem, aut vellem, quam autem rectè ea tractauerim, ex libro hoc, cui Nouantiquarum Lectionum per Epiſtolam titulum feci, vos iudicabitis; tuq; eximiè etiam hæc conſiderabis, ex penu Weidneri noſtri mihi deprompta. Lucani libro primo verſus ſunt: I. Lucanus lib. 1. emendat. Ver. CCXLVI.

Diriguere metu gelidus pauor occupat artus
Et tacitos multo voluunt in pectore queſtus.

qui eon parum melius ita legi poſſe videntur:

Diriguere metu; gelidos pauor alligat artus;
Et tacito mutos voluunt in pectore queſtus.

malo etiam verſu 349. *nec numina deerunt.* quã vulgo vulgatum: II. Verſu CCCXLIX.

——*Nec numina deſunt.* Verſu 556. III. Verſu. ICLVI.

Indigetes fleuiſſe deos, vrbisq; labores
Teſtatos ſudore lares.

non dico hanc ſcripturam vitio omnino vlli obnoxiam, ſed illud dico, ne membranaceam quidem planè contemnendam, quę referebat: *Indi-*

genas fleuisse deos, vt intelligantur illi soli, qui de Romanis in deorum numerum relati, cælestibus etiam honoribus afficiebantur. quos verisimile est magis suorum ciuium curam habuisse, quam extraneos. in quorum numero erant Isis, Æsculapius, alij. facitq; huc illud Ouidij Metamor. de eodem Æsculapio:

Hic tamen accessit delubris aduena nostris.
Cæsar in vrbe sua deus est. Versu 644.
Aut si fata mouent vrbi, generiq; paratur;
Humano natura lues.

IV. Versu IↃCXLIV.

lego, legendumq; adeo aio:

Aut si fata mouēt vrbi (orbi al.) generiq; paratur
Humano matura lues. vt dixerit Lucanus

V. Lib. II. Versu CCCLXXI.

matura lues pro festina, & omnino instanti. Lib. II. versu 371. de Catone, eiusq; secundis cum Martia, quam Hortensio habendam transmiserat, nuptijs:

Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
Cæsariem, duroq; admisit gaudia vultu.

probo veterem scripturam: *nulloq; admisit gaudia vultu.* vt sit locutio comica gemina & germana isti Ouidianæ:

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

VI. Versu CCCCXXVII.

Versu 427.

Longior educto qua surgit in aëra dorso
Gallica rura videt, deuexasq; adspicit alpes:

membranæ quædam habebant:

——— *Deuexasq; accipit Alpes.*

vnde faciebam:

——— *Deuexasq; excipit Alpes.*

quod

quod ſuffragio ſuo comprobauit Weidnerianus codex. & eſt ferè ad exemplum hoc iſtius Ciceronis in Catone: *Sed memoriam illius viri omnes excipient anni conſequentes:* & Liuiani illius: *Nec tranquillior nox diem fœdè actam excipit.* Valent idem ni fallor Græcis, ὑπολήψομαι & διαδέξομαι.

Verſu 506. IIV.

Ecce nefas, belli reſeratis agmina portis
Captiuum traxere ducem, ciuisq; ſuperbi
Conſtitit ante pedes: vultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice popoſcit.

nullum fortaſſe ineſt in hoc loco mendum, probabilisq; adeo hæc lectio videri poteſt ijs ſaltem, quibus iſta *alta nobilitas*, &, *recta ceruice* ſimul non malè poſita videbuntur; ceterum membranæ referebant *ante* pro, *alta*, vt dixerit Lucanus *ante nobilitas* ad exemplū illius ex diuina Æneide: *O ſocij neq; enim ignari ſumus ante malorum.* recta ceruice autem ferrum poſcere; eſt cum fiducia ſui, & contemtu quodam hoſtis victoris mortem flagitare, ſic autem & Iuuenalis dixit: Verſu IIVI.

——— *Præſente marito*
Ipſa loqui recta facie, ſtrictiſq; mamillis.

eſtq; & hæc, vt ſcis Conrade, à Græcis loquendi ratio. Verſu 556. ait Pompeius: VIII.

Feruidus hæc iterum circum præcordia ſanguis
Incaluit, dices non eſſe ad bella fugaces
Qui pacem potuere pati.

Verſu IDLVI.

nonuerunt alij pro, *dices* variè modo *diſcas*, nunc *diſcant*, interdum *diſces* legi. ego cum Cæſarem hæc verba verberent probo Weidnerianum *diſces*. Verſu 635. ait idem Pompeius filio: IX. Verſu IDCXXXV.

Redde mari Cilicas, Pharios hinc concute reges. malo cum eodem Weidneri codice: *Pharios* (*Parthos alij legunt*) *hinc excute reges.* quod est verbum ex schola I.c. mirè, ni sciens fallor, huc faciens. alioqui quin illud *concute* probum etiam sit, negari non potest. vel ob illud nescio cuius poëtæ; *fœcundũ concute pectus.* Versu 640.

X. Ver. 1oc xl.

Sed quid plura moror; totos mea gnate per ortus
Bella feres. scribo cum scriptis libris:
Et quid plura moror? totos mea gnate per ortus
Bella seres.

XI. Lib. iv. Versu cccc v. contra autem quo loco est libro iv, Versu 405.

Qua maris Hadriaci longas ferit vnda Salonas.

repono *ferit* pro *serit.* sic enim alius:

——Insani feriant sine litora fluctus.

sed hoc vt infinita alia monitione fortasse non egebat, cum etiam pueris de eo liquere possit, non parcam tamen etiam illud adijcere. Versu 653. quo loco est iterum libro ii.

XII. Iterum lib. ii. Versu 1oc liii.

——Tot oppressa depulsis hostibus arces.

venustius mihi videri quod in membranis legitur:

——Tot oppressa deiectis hostibus arces.

sic enim alios quoq; Latinitatis obseruantissimos loqui memini.

EPIST. LXXXI.

Franc. Modius Christiano Egenolpho S. Oppenheimiam.

BEnè ita me dij ament, factum, Egenolphe, cum te in eo, quo dignissimus es, fastigio Musæ

Musæ collocarunt. scilicet tandem aliquando etiam Phœbum suos respicere: durent modo illi rebus aduersis, & se secundis seruare sustineant. quamquam non tam tibi hanc honoris accessionem, quam Oppenhemiæ gratulor, cuius iuuentus tuis consilijs & prudentia moderata, & doctrina, atq; eruditione in studijs bonarum litterarum adiuta; non dubium mihi fit, quin pro singulari vigilantia tua, ingentes progressus breui sit factura. Quod vtinam Deus daret, vt tui similibus vbiq; huiusmodi honores, siue officia sunt, mandarentur, fieret id haud dubiè maiore reipub. Christianæ bono, minusq; hominum malè à teneris eductorum sit, quod passim cælum terræ misceat; sed insanus ego, qui hæc epistolæ, aut, si sint, certè nostræ esse putem; & quidem inter minimè seria. potius cum vacabis Egenolphe, & bonas horas non benè collocare voles, ista considera. Gestaris qui Barsinæ erat apud Carthaginenses factionis apud Silium Italicum. Lib. II. hæc sunt verba:

I. Lib. II. Versu CCCLXII. tres præter item duas, tres alias interpolationes, spurij ex Silio Versus eiecti.

——Nos, nos contra ibimus hostem,
Quis procul à Tyria dominos depellere Byrsa
Vel Ioue non æquo fixum est: sin fata repugnent,
Et iam damnata cessit Carthagine Manors,
Occumbam potius, nec te patria inclyta dudum
Æternum famulam, liberq; Acherontà videbo.
Nam quæ, prô Superi, Fabius iubet, ocyus arma
Exuite, & capta descendite ab arce Sagunthi:
Tum delecta manus scutorũ incendat aceruos,
Vranturq; rates, ac toto absistite ponto.

Ad

Dij procul ô (merita est si nunquã talia plecti Carthago) prohibete nefas, nostriq; solutas
Ductoris seruate manus, tum deinde resedit;
Factaq; censendi patrum de more potestas.
Hic Hanno reddi propere certamine rapta
Instat, & auctorem violati fœderis addit.
Tum vero attoniti, ceu templo irrumperet hostis
Exiluere patres. &c.

Versus procul dubio aliquammultis locis emendandi, inductis insuper tribus ineptissimis istis, & barbariem, à qua sunt, redolentibus.

Factaq; censendi patrum de more potestas.
Hic Hanno reddi propere certamine rapta
Instat, & auctorem violati fœderis addit.

quos tales, tam spurcos, & auctore suo non Silio dignos, qui hic delendos, vt adulterinos, non viderunt, eos ego oculis non benè vti arbitror. dixi ad hæc in superioribus versibus quædam emendanda; & verum est. quid enim sibi vult illud?

——— *Nec te patria inclyta dudum*
Aeternum famulam, liberq; Acheronta videbo.

manifestè scribendum, & legendum vna littera mutata;

——— *Nec te patria inclyta dedam*
Aeternum famulam, &c.

vident hæc, qui hoc scribendi genus, vt inutile damnant, & non resipiscunt? en vt tantula litterula sententiæ auertendæ, aut potius euertendæ fuerit. sed & illud:

——— *Tum deinde resedit.*

parua

parua mutatione ita ſcribatur, ſi quidem rectè ſcribatur:

——— *Vt deinde reſedit.*

probant tam præcedentia, quam ſequentia, illa præſertim:

Tum vero attoniti, ceu templo, &c.

ſequitur aliud litteræ inmutatione quoq; emendandum ibi: II. Verſu CCCCLVII.

Iamq; ſeneſcebat vallatis mœnibus hoſtis, &c.

planè enim reponendum: *vallatus mœnibus hoſtis.* & de Sagunthinis intelligẽdum. rurſus litteræ vnius à fine detractione, quo loco eſt: III. Verſu CCCCXLII.

It liber campis paſtor, cui fine ſine vllo
Inuetitum ſaltus penetrat pecus, &c.

ſcribendum enim videtur:

It liber campi paſtor, &c.

& eſt imitatio Virgiliana ex lib. III. Georg. in quo iſta leguntur:

Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu
Proſequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpè diem noctemq; & totum ex ordine menſem
Paſcitur, itq; pecus longa in deſerta ſine vllis
Hoſpitijs, tantum campi iacet; omnia ſecum
Armentarius Afer agit, &c. IV.

Phraſi autem Siliana vſus ante Lucanus ibi: Lucanus lib. VI. Verſu CCCI. notat.

——— *Felix ac libera legum*
Roma fores, &c.

non enim probo eos m. ſſ. in quibus *regum* pro, *legum* reperitur. ſed & alibi ait idem Lucanus: Eod. lib. VI. Ver. CVI. V.

At liber terræ ſpatioſis collib⁹ hoſtis, &c. germana cum noſtra locutione. mox, imo poſt multa: Verſu IOXXCIIX. lib. II. iterum Silius.

Tum vero excussi amentes, ceu prodita tecta
Expulsi fugiant manes, &c.

non dubitabis sat scio, Egenolphe, mecum legere:

Tum vero excussæ mentes.

est enim & hoc, vt vides, à Virgilio; qui ait:

——*Excussaq; pectore Iuno.*

idem Lucanus:

——*Nulliq; tumultus*
Excussere viris mentes ad summa paratas.

loquuntur ita Oratores quoq;. Plin. Epist. *Eram acturus adolescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio, eram contra potentissimos ciuitatis, atq; etiam Cæsaris amicos, quæ singula excutere mentem mihi, post tam triste somnium, poterant.*

VI. Statim:

Ver. 1xcvii. ——*Portantq; trahuntq;*
Longas pacis opes, quæsitaq; præmia dextris.

restituatur, me monitore, auctoribus membranis.

——*Portantq; trahuntq;*
Longæ pacis opes, &c.

in eadem voce idem monui, si fortè vidisti, Egenolphe, apud Curtium, qua parte direptionem Persepolis is describit, & sic Tacitus quoq;: *direptus longa pace in modum municipij exstructus locus*, &c. atque alibi: *subuersa longæ pacis opera haud procul castris in modum municipij exstructa.* Vale.

EPIST.

EPIST. LXXXII.

Franc. Modius amplissimo ERASMO NEVSTETTERO *cognomento* STVRMERO *Eq. Fr.* S.

IN Censorini de die Natali librum commentarium supra quam credi potest, certè solet, bonum, Natali tuo mihi hic aliquid etiam ad te, amplissime Patrone, commentari lubet: cui ipse non minus debeo, quam Cerellio Censorinus. non, vt idem ad eundem scribit, docendi studio, aut ostentandi voto, ne competat in me vetus illud; Sus Mineruam: sed ne viderer beneficijs tuis ingratissimus, eruditissimi viri exemplum sequi volui. vtq; solent homines religiosiores antiquitus memores omnia se, quibus vtantur, fruantur, Dei Opt. Max. munus habere, ex singulis aliquid eidem sumo rerum arbitro sacrare, magis adeo, vt se gratos approbarent, quam quod eum hoc arbitrarentur indigere: ita ipse quoq;, à quo, & cuius beneficio non pauca, vt captus meus est, in litteris percepi, exigua hæc tibi reddo libamina; præfatusq; quoniam de die Natali, natali tuo die sermo est, quo à votis auspicia sumi debent, vt eum numeres meliore lapillo quam sæpissimè, atq; hortatus, vt quod apud Poëtam Satyrographum sequitur, merum Genio fundas; libri ipsius interiora ingredior, in quo quod est eo capite quod vulgo v. faciunt. *Itaq; primum climacterа annum* XLIX. *esse prodiderunt: vltimum autem* LXXXI. *Medium vero*

I. Censorinus de die Natali cap. v. notatus.

ex vtroq; permixtum, anno LXIII. *quem hebdomades nouem, vel ſeptem enneades conficiunt. Hunc licet quidam periculoſiſſimum dicant; quod ad animum & corpus pertineat; ego tamen cæteris non duco inferiorem.* vitij manifeſtarium eſt illud; *ceteris non duco inferiorem,* pugnatq; cum mente auctoris, & cauſſa, quam ſtatim ſubiungit, propterq; quam minus ceteris hunc clymacterа formidabilem videri ſibi ait: quod nempe vtrumq; quidem numerum, puta ſeptenarium, ac noueratium in ſe contineat; ſed neutrum quadratum, at, vt ab vtroque non alienum, ita in neutro ſatis potentem. omnino ergo inducatur negatiua illa, ſcribaturq; vt in optimis membranis Colonienſibus diſerte ſcriptum legitur: *ego tamen ceteris duco inferiorem.* Statim ſequitur in Cenſorino:

II. Eodem cap. ſuppletus & bis ter emaculatus.

Quem enim veterum nunc memoria ſuſcepimus, quem prudentia, vel temperantia, vel iuſtitia vel fortitudine, tibi anteſtare dicimus? quis eorum ſi adeſſet? Illud certè, vt arbitror dignum eſt prædicatione, quod cum illis ferme omnibus, quãuis prudentiſſimis & procul à rep. motis non contigerit ſine offenſione & odio plærumq; capitali vitam degere: Tu tamen officijs municipalibus functus, honore ſacerdotis in principibus tuæ ciuitatis conſpicuus, ordinis etiam equeſtris dignitate gradum prouincialium ſupergreſſus, non modo ſine reprehenſione & inuidia ſemper fuiſti; verum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria conſecutus. Quis à te noſci aut ex ampliſſimo ſenatus ordine non expetiuit? aut ex humiliore plebis non optauit?

Quis

Quis mortalium vel te vidit, vel de tuo nomine accepit, quin & loco fratris germani diligat, & iure parentis veneretur? verba hæc, amplissime Neustettere, hercle quam lubenter huc allegaui, tum quod ijs præter insignis lacunæ hiatum supplendum tribus quatuor locis medicinam facere posse videor; tum quod talia sint, vt mihi te eisdem affari non conuenienter tantum, & verè, verum etiam recte atque ordine liceat: correcta modo illa vt sint, & emendata in hunc fere modum: *Quem enim veterum nunc memoria suspicimus, quem prudentia, vel temperantia, vel iustitia, vel fortitudine tibi antistare dicimus? Quis eorum si adesset, non in te omnium virtutum prædicationem conferret? quis tuis laudibus se postponi erubesceret? Illud certe, vt arbitror, dignum est prædicatione, quod cum illis ferme omnibus quamuis prudentissimis & procul à repub. motis non contigerit sine offensione, & odio plærumq; capitali vitam degere: Tu tamen officijs municipalibus functus; honore sacerdotij in principibus tuæ ciuitatis conspicuus, ordinis etiam equestris dignitate gradum prouincialium supergressus, non modo sine reprehensione & inuidia semper fuisti; verum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria consecutus es. Quis à te nosci vel ex amplissimo senatus ordine non expetiuit? aut ex humiliore plebis non optauit? Quis mortalium vel te vidit, vel de tuo nomne accepit, quin & loco fratris germani diligat, & vice parentis veneretur?* Ita, inquam, hæc interpolanda in tribus quas mihi

videre contigit editionibus Roſtochiana Mylandri anni CIↃ. IↃ. LXXIX. Aſcenſiana CIↃ. IↃ. XIIII. & Aldina ſatis antiqua, niſi quod in hac lacuna illa ſuppleta erat, cuius vicem in reliquis duabus prioribus etiam vitioſior erat. *ſuſpicimus* certè in omnibus pro *ſuſcepimus* reponendum etiam luſcitioſi vident; & membranæ omnium probiſſimæ conuincunt. quæ eædem ſi paterentur, quam libenter ſane omiſſo τῷ *motis* legerim in ſequentibus; *Illud certè vt arbitror dignum prædicatione eſt, quod cum illis ferme omnibus quãuis prudentiſſimis, & procul à repub. non contigerit ſine offenſione & odio plærumq; capitali vitam degere.* vt illud, *procul à repub.* referatur ad extrema hæc, *vitam degere*; quo exemplo à Salluſtio dictum eſt: *& mihi reliquam ætatem a repub. procul habendam decreui*, præf. bell. Cat. ſed pergo in Cenſorino, in quo dum repono *honore ſacerdotij* non, *ſacerdotis* laudatas mihi iam membranas auſculto, moneoq, iuuentutem diligenter hic hoc animum aduertere; ſacerdotia tam in vrbe quam municipijs non fuiſſe quorumuis hominum, ſed eorum tantum, quorum opes pares eſſent ferendis ſumtibus qui in ludos & ſpectacula, commiſſionesq; ſacerdotibus pro ſacerdotij ratione, & dignitate exhibenda profundendi erant. de quibus videantur, vt & de priuilegijs eorumdem, ampliſſimus Ant. Auguſtinus lib. ſingulari ad Modeſtinum, & eruditiſſimus Franciſcus Iuretus ad Symmachi epiſtolas, & nos diſputatione de hoc loco abſoluta veniamus ad alium

um etiam magis insignem de æuo, tempore, & sæculo in omnibus omnino editionibus præter cõpluria singularia vitia duobus hiatibus turpiter fatiscentem, & in hæc verba vulgatum in Italia, Gallia, Germania: *Tempus autem non diem tantum modo, id est mensem vel annum vertentem appello: sed & quod quidam lustrum, aut vnum annum magnum vocant: & quod sæculum nominãt. Ceterum de æuo, quod est tempus vnum & maximum, non multum est, quod in præsentia dicatur. Est enim mensium, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est, neq; ad quenquam hominum magis quam ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur tempora; præteritum, præsens, futurum: ex quibus præteritum initio caret, exitu futurum. Præsens autem quod medium est adeo exiguum est, & incomprehensibile, vt nullam accipiant longitudinem: neq; aliud esse videatur, quam transacti futuriq; coniunctio: adeo porrò instabile, vt ibidem sit numquam; & quidquid transcurrit, à futuro decerpit. Hæc inter se tempora, anteactum dico, & futurum, neq; propria sunt, neq; ita vt alterum altero longius breuiusúe videatur. Quidquid etiam non habet finem, collationem mensuræ non recipit. Quapropter æuum neq; annorum neq; sæculorum numero, nec deniq; vllo finito temporis modulo metiri conabor. Hæc etiam ad ætatem infinitam, non sunt brumalis vnius instar horæ. Itaq; vt sæcula possim percurrere, & hoc nostrum præsens designare, omissis aureis argenteisq;, & hoc genus poeticis à conditu vrbis Romæ patriæ nostræ communis exordiar.*

III. Iterum eod. duæ lacunæ suppletæ & quatuor quinque maculæ sublatæ.

De Saculo cap. VI.

SAeculum eſt ſpatium vitæ humanæ longiſſimum, partu & morte diffinitum. Quare qui annos xxx. *ſæculum putarunt, multum videntur erraſſe, hoc etiam tempus genena vocari Heraclitus auctor eſt, quia orbis ætatis in eo ſit ſpatio. Orbem autem vocant ætatis, dum natura humana ad ſementem reuertitur. Hoc quidem geneas tempus alij aliter diffiniere. Hetraclitus annos* xxv. *ſcribit dici genean. Zenon* xxx. & quæ ſequuntur. iam enim longius euagatum me ſentio quam vno & eodem loco conueniebat. non permittam tamen quod poterit vt ſtrigaſſe videar, quemadmodum quidam loquitur, ſed vno hunc cliuum ſpiritu ſuperabo: dum tu modo ampliſſi. Sturmere, nouo Herculi huic in eo deſudanti melior Euriſtheus faueas. Primumq; ne odioſe eadem omnia quæ iam poſui ſæpius mihi repetenda ſint, aio legi in membranis initio ſtatim non; *id eſt menſem* ſed, *vel menſem*. quod probo, legoq. mox: *Eſt enim inmenſum* non, *menſium* ex eiſdem; quibus volentibus iubentib. medium etiam illud *vnum* expungo legendo: *aut annum magnum vocant.* recipio etiam ſcriptum *recipiat ibi*; *Præſens autem, quod medium eſt; adeo exiguum & incomprehenſibile eſt, vt nullam recipiat longitudinem*; & illis quæ ſequuntur: *quidquid tranſcurrit, à futuro decerpit:* largior à fine ex theſauro membranaceo tres voces interſerendo ante; *Hæc inter.* quod vulgo inmediatè malè ſequitur: *& apponit præterito.* tẽpus, inquit Cenſorin⁹, præſens

ſens adeo incõprehenſibile eſt, vt non tam tempus eſſe videatur ipſum, quam temporum duorũ aliorum tranſacti & futuri coniunctio. diſputat hæc acutè, vt alia omnia, Ariſtoteles cum alibi tum libro quarto inprimis De naturali auſcultatione. qua parte ita diſſerit, vt inclinet tempus penitus non eſſe, aut certè vix eſſe, & exiguè; quod aliud fuit, atq; non eſt, aliud eſt futurum, & nondum eſt. concludendo ergo vincere vult temporis, quod q̃dem in partitionem cadat, alias partes tranſactas iam eſſe, alias futuras, neq; vllas penitus adeſſe: quod *nunc* ipſum partẽ temporis non eſſe ex eo cognoſcatur, quod pars in dimenſionẽ veniat, *nunc* non veniat. ſed de hac iucundiſſima diſputatione forte alibi pluribus à me dicetur, & copiosè in omnem partem diſſerere ante annum Comburgi in ſermone conuiuali cum te ipſum, ampliſs. Patrone, tum clariſſimum virum Ioachimum I. F. Camerarium M. & eruditiſs. Ioannem Pincierium, memini; quo tempore idem Camerarius ſimilibus colloquijs tempus producendo ſuauiſſime aliquot nobiſcum dies conuixit. nunc pergo pgere in Cenſorino meo; in quo ſtatim interpolo; *Hæc inter ſe tempora, anteactũ dico & venturum neq; paria ſunt, neq;* &c. inducta voce nihili hic *propria*, quę oẽs editiones ſubſedit. mutoq; leuiter, *nec deniq; vllo finiti tẽporis modulo*, q̃ in eiſdẽ editionib. *finito* exſtat. atq; ibi, *Hæc etiã ad ætatẽ infinitã ꝛ etiã* in *enim* vertẽdũ nõ dubitãter affirmãs aio, ſexcẽties idẽ in hoc alijſq; ſcripto rib. peccatũ eſſe peccatũ. poſt pauca diffindũt illi

fungi Censorini contextũ, inseruntq; *De seculo cap.* VI. sed nego hoc illis more in veterum scriptis versari ius fas esse. quare si quid sibi & sapientiæ suæ posthac prospectum his talibus emblematis volent, ad oram libri notasse contenti, notas suas, textum ipsum ne collutulent, quem ego eiectis spurijs germanis his ornatiorem dabo; *Itaq; vt sæcula possim percurrere, & hoc nostrũ præsens designare, omissis aureis argenteisq; & hoc genus poeticis, à conditu vrbis Romæ patriæ nostræ communis, exordiar. Et quoniam sæcula aut naturalia sunt, aut ciuilia: prius de naturalibus dicam. Sæculum est spatium*, &c. insane benè, vbiq; iuuentuti rursum non conniuentibus oculis legẽdum de illa terrarum dea gentiumq; Roma; communem hic eam omnium patriam dici. nec hic tantum, sed in Senecæ quoq; de consolatione ad Albinum, vbi est cap. VI. *ab hac ciuitate discede quæ veluti communis patria potest dici:* & in Symachi epistola XCII. qua parte legitur: *Romam regressus post legationis officium sumsi litteras tuas, quibus patriæ communi largas rei annonariæ copias polliceris.* neque enim est vt hic aliam patriam cõmunem quã Vrbem intellegas. de qua ibi plurib⁹ quoq; Iuretus quæ neq; exscribo, neq; transscribo, sed concludo epistolã, nisi quod monendũ existimaui in sequentib⁹ legendũ & interpũgendum; *hoc .n. tempus genean vocari Heraclitus auctor est.* moxq; vbi est;; *Heraclitus annos* XXV. *scribit dici genean.* exstare in membranis illis, quibus in Vbijs ab eruditissimo & amicissimo Mel-

chiore

chiore Hittorpio Theologo vſus ſum: *Herodicus annos* XXV. *ſcribit dici genean* quod fortaſsè abs re non eſt, quia præceſſit in verbis iam modo allegatis de Heraclito. Vale.

EPIST. LXXXIII.

Franc. Modius Gregorio Berſmanno S.

AVctarium ad ea poëmata, quæ ante annos ſex ſeptem Poſthij noſtri auſpicijs publicaſti, nunc nuper à te, Berſmanne, in lucem datum legi, & probaui, placuit ſermonis in eo mihi puritas, numerorum rotunditas, vtrorumq; venuſtas. ipſa deniq; materies ab omni non tantum obſcœnitate, ſed & aliarum rerum omnium, quas neſcire melius eſt, mentione aliena. nec do hoc teſtimonium aut auribus tuis, aut Poſthij noſtri in te amori. ſcit adeo idem ille Poſthius quam liber harum rerum ſim, & nequeam laudare, aut vultu ſaltem approbare, quæ reuera non ſint talia, non dico vt laudari mereantur (poteſt enim fieri vt ſæpè iudicans fallar, aut in quo poſitum ſit idipſum, quod laude dignum ſit, parum intelligam) ſed vt mihi, cui, vt alijs omnibus, ſuum quoque iudicium eſt, laudanda videantur. habes meam de poëmatis tuis ſententiam. tu viciſſim quo tibi præiui exemplo tuam de emendatiunculis his mihi reſcribe. Ait Silius: I. Silius lib. 1. Ver. 105 XXV. correctus.

Hic ſpolia Æacidæ, hic Epirotica ſigna,
Et Ligurum horrentesq; comæ, parmæq; relatæ
Hiſpana de gente rudes, &c.

lego, vt manifestè legendum esse libri, & res ipsa clamant: *Et Ligurum horrentes coni.* Probo etiam paullo ante illo de Borea versu:

II. Ver. ɪɔxxcv.

Nunc ipsas alis plangit stridentibus Alpes;

non vt vulgo est:

Nunc ipsas alis frangit stridentibus Alpes.

cur probem illud in caussa est; quod Lucretium ea voce in simili re sæpè vsum videam. sic enim ille lib. 6.

Aut vbi suspensam vestem, chartasq; volantes
Verberibus venti versant, plangunt q; per auras.

lib. 2. quoq; dixerat: *fluctus plangentes saxa*, exemplo nempe Lucilij, qui ait; *plangunt littora fluctus.* Mox est:

III. Ver. ɪɔcLxxv

Ast Fabius cauta speculator mente futuri,
Nec latus dubijs, paruusq; lacessere Martem.

viderat Marsus illud, *paruusq;* hic minus conuenire, & ideo ex eo, *paruisq;* faciebat cum ea expositione, *parua re.* sed potuisset in vtroq; operæ suæ pepercisse; sciuisset modo membranarum scripturam esse, *parcusq; lacessere Martem.* quæ & elegantissima est, & verè Siliana. sed vt dignus hic laude magis quam reprehensione Marsus, ita adeo inepta quædam commentus est nobis libro secundo, adeo stulta, insana deniq;, vt si præmium inscientiæ, ignorantiæ, ineptiæ statutum sit, merito auferre hoc vno nugamento debere videatur. Locus est isto versu:

IV. Lib. II. Versu ɔccɔxxcIII.

Quã (Fidem s.) *tamen alloquitur* (Hercules s.)
venia pacator honore.

Pacator, inquit, (lubet enim exempli caussa quan-

quantum, vt sæpè dixi, interſit libris vti emendatis, huc eius delitamenta adſcribere) *ipſe Hercules qui eam honorauit & pacatam reddit; captans beniuolentiam. Honore venia: digna omni honore. nam maiores alloqui non debemus niſi impetrata venia. Honora ſ. honore digna. Hercules erat pacator venia aut propter hoc ſolum, aut quia illi hoc peculiare fuit tempore Euryſthei, tunc enim nihil faciebat niſi venia impetrata ab eo, à quo ad domanda monſtra mittebatur.* ô vere inſana mentis iudicia ebriæ! & quorum auctori ſi cui alij inprimis nummo opus ſit, qui vt ait Plautus porcum ſacrum; ſed nos his miſſis parua mutatione hunc verſum ita conſtituamus, vt ſententia eius omnibus clara ſit. quod fiet, ſi ſcribamus:

Quam tali alloquitur Nemeæ pacator honore.

cur Hercules Nemeæ pacator poëtæ dictus ne illi quidem ignorant, qui, vt ait neſcio qui nondum ære lauantur. pergit ſomniare noſter interpres: & vbi vitioſè eſt in editionibus:

V. Ver. 1oxiii.

Inde ſeuera Ioui decurrens æthere virgo:

ſeuera Ioui ſ. inquit, *quæ etiam ipſum Iouem ad fidem ſeruandam cogat.* ſed ſciat bonus ille leg.

Inde ſeuera leui decurrens æthere virgo:

atq; ita noua illa, & inaudita interpretatione nihil quidquam eſſe opus. Sequitur de Tiſiphone.

VI. Ver. 1o1iii. ſemel & iterum emendatus.

Protinus aſſimulat faciem mutabile monſtrum

Tyburna, gressumq; simul, sonitumq; loquentis.
Hac bello vacuos, & sæui turbine Martis
Lugebat thalamos Murro spoliata marito.
Clara genus, clarumq; trahens ab origine nomẽ.
Cui vultus induta pares, disiectaq; crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus;
Et mœstas lacerata genas; quis terminus, inquit,
Stat fidei proauisq; datus? vidi ipsa, &c.

qui locus quanto erit elegantior, si ita legatur?

Clara genus, Dauniq; trahens ab origine nomen.
Cui vultus induta pares, disiectaq; crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus:
Et mœstas lacerata genas; quis terminus inquit?
Sat fidei, proauisq; datum. vidi, &c.

mihi sanè aurea hæc, illa etiam vix plumbea videtur lectio; sed tu Bersmanne, iudica.

EPIST. LXXXIV.

Franc. Modius Hieronymo Hagio S.

DE publicis silere malo, quam ea, quæ ominatur animus, scribere, quæ nuperrimè sanè misisti, talia sunt, vt mihi videantur

Excessisse omnes adytis, arisq; relictis
Dij quibus imperium hoc steterat.

qui vtinam in auctores tantum huiusmodi tragœdiarum iræ suæ tela stringerent & fulmina iacerent, tolerabilior aliquanto conditio nobis nostra foret: at nunc ita plerumq; comparatum est, vt,

Quidquid delirent reges plectantur Achiui.

sed quid ago, qui de his talibus nihil scribere professus, in eum imprudens labyrinthum ingredior,

dior, vnde ne Ariadnæo quidem filo adiutus me temere longius paullo progressus extricem? illud potius; priuata apud nos ita se habẽt, vt propediem vos istic reuisuri cum dijs videamur. Interea loci accipe hæc mea in interpretem commentatorẽ somnij Scipioniani somnia. Lib. I. non longè ab initio: *Nam cum veritas argumento subest, solaq; fit narratio fabula, non vnus reperitur modus per figmentum vera referendi.* veram lectionem repono ex libro scripto Franciscanorũ apud vos, & altero qui est Suffridi Petri Leouardiensis I. C. Antecessoris Coloniẽsis, mihiq; summè amici: *Nam cum veritas argumẽto subest, solaq; fit narratio fabulosa* &c. Sequitur statim: *Sciendum est tamen, non in omnem disputationem philosophos admittere fabulosa vel licita, sed his vti solent, cum vel de anima, vel de aëreis, vel de æthereis potestatibus, vel de ceteris dijs loquuntur. Ceterum cum ad summum & principem omniũ deum, qui apud Græcos τἀγαθὸν, qui πρῶτον αἴτιον nuncupatur, tractatus se audet attollere: vel ad mentem, quam Græci νοῦν appellant, originales rerum species, quæ εἴδη dictæ sunt continentem, ex summo natam & perfectam deo. Cum de his inquam loquuntur, summo deo & mente, nihil fabulosum penitus attingunt: Sed si quid de his assignare conantur, quæ non sermonem tantummodo, sed cogitationem humanã superant, ad similitudines & exempla confugiunt.* gemina glossa prẽter alia inquinatus locus; & illa enim; *vel licita*, & quæ sequuntur, *summo deo & mente* non ab auctore sunt, sed à nescio quo alio

I. Macrobius in Scip. somniũ lib. I. notatus.

II.

commentarios hos commentante; & reliqua ita ſcribenda: *S.e.t.n.i.o.d.p.a.fabuloſa. ſed his vti ſolent cum vel de anima, vel de aëris, aethereisue poteſtatibus, v.d.c.d.l.C.c.a.ſ.e.p.o.d.q.a. G.τ.q.ϖ. a.n.t.ſ.a.a.v.a.m.q. G.r.a.o.r.ſ.q.ε.d ſ.e. ex ſummo natam & profectam deo. Cum de his inquam loquuntur, nihil fabuloſum penitus attingunt. S.ſ.q. d.h.a.c.quæ nõ ſermonem tantummodo ſed cogita-*

III. *tionem quoque humanam ſuperant* &c. In paucis verbis; *Solum vero ei ſimillimum de viſibilibus ſolem reperit: & per eius ſimilitudinẽ viam ſermoni ſuo attollendi ſe ad non comprehenſibilia patefecit. Ideo vt nullum ei ſimulacrum cũ dijs alijs conſtitueretur, finxit antiquitas.* reponatur meo periculo, fide membranarum; *Ideo & nullum eius ſimulachrum, quod cum dijs alijs conſtitueretur,*

IV. *finxit antiquitas.* Poſt pauca de ſomnijs: *Hæc & his ſimilia, quoniam ex habitu mentis quietem ſicut præuenerant, ita & turbauerant dormientis; vna cum ſomno aduolant, & pariter euaneſcunt.* libri m.ſſ. *vna cum ſomno auolant*, quod probo: &

V. mox ecrundem ſuaſu in illis: *Amorem quoque deſcribens, cuius curã ſemper ſequuntur inſomnia,*

VI. *ait.* obeliſco confodio τὸ *ſemper.* ac rurſum in iſtis: φάντασμα *vero, hoc eſt viſum, cum inter vigiliam, & adultam quietem in quadam, vt aiũt, prima ſomnij nebula, adhuc vigilare ſe exiſtimans, quia dormire vix cœpit, adſpicere videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas*, illud *prima.* ratio facti mei vbique his tribus locis manifeſtaria eſt. primo enim nõ ſimul cum ſomno inſomnia

aduo-

aduolant perpetuo, cum multi aut numquã, aut raro ſomniarint; deinde, ferè fit quidẽ vt amantis ſomnum inſomnia turbent, nõ tamen neceſſarium idem eſt adeo, vt ſemper verum ſit: tum, nebula ſomnij nõ poteſt diuidi apte in primam, ſecundam, & vlterius deinceps. qui enim conniuent iam inter dormientem vigilantemq; quaſi medij, hi in quadam ſomnij nebula cubant. at ſi adultiore ſopore, & altiore reſoluantur, iam nõ in tertia, quartaue nebula ſomnii iacere dici poſſunt; cum nebula ſit non res vera, ſed potius rei aſſimilatio, ſed vero ſomno acquieſcunt. Sequitur in Macrobio paucis omnino verſibus intermedijs: *Et eſt oraculum quidem, cum in ſomnis parens, vel alia ſancta grauisque perſona, ſeu ſacerdos, vel etiam deus, apertè euenturum quid, euenturum, faciendum vitandumue denunciat. Viſio aut non eſt autem cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat eueniet.* magno flagitio typographorum tranſpoſita hic quædam locum peruerterunt, qui ita legendus: *apertè euenturum quid, aut nõ euenturum, faciendum vitandumue denunciat. Viſio autem eſt, cum id quis videt* &c. Poſt tria verba: *Depoſitum in quiete ſuſcepit & matutinus ei precator occurrit, mandans pecuniam tutelæ, & fidei cuſtodiæ celandam committens.* Palmaria emendatio: *mandans pecuniæ tutelam, & fidei cuſtodiæ celanda committens.* alterum membrum ad pecuniam, alterum ad arcanum fidei amici concreditũ pertinet. Rurſum

VII.

III.

IX.

post pauca: *Publicum est, cum ciuitati, foroue, vel theatro, seu quibuslibet publicis mœnibus, actibusue, triste vel lætum quid existimat accidisse.* dubitabam an forte scribendum; *seu quibuslibet publicis muneribus, actibusue.* putabamq; corrumpendæ huic lectioni fuisse antiquam scribendi rationem, qua nō vt nos *munera* sed, *mœnera*, vel *moiuera* exarabant: de quo arbitrabuntur litteras docti; tuq; Hagi optime, curabis vt valeas.

EPIST. LXXXV.

Franc. Modius Philippo Camerario I.C. S.

AMo amorem tuum, dignissime Ioachimo patre, dignissime Ioachimo fratre Camerari; deq; elogio in litteris tuis ad amplissimum Erasmum Neustetterum patronum meum erga me honorifico habeo ingentes gratias. adderem me etiam relaturū, nisi re ipsa præstare hoc mallem, quam verbis pollicitari. Nūc vacuus ista notabam, quæ tibi pro illa ingenij tui amœnitate lectu non iniucunda fore diuinabam. Senecæ locus est initio statim libri quarti eius operis qui de beneficijs inscribitur: *Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc grate fecero? Quod si feceris, nihil tibi extra promittitur: si quid fortè obuenerit commodi, inter accessiones numerabis.* quē ego interpolatum à bonis fratribus si non certo statuam, Senecæ iniuriam fecero. numquam grauissimus & doctissimus scriptor ista ita dixisset. & suspicor ab illo scriptum, cum in membranis Diui Stephani cœnobij, quod Wirzeburgi est,

I. Seneca lib. IV. de Beneficijs. cap. I. notatus.

pro

pro iſtis; *quod ſi feceris* reperiatur; *quid feceris*; ſuſpicor, inquam, totum hoc ita legendum: *Quid conſequar, inquit, ſi hoc fortiter, ſi hoc gratè* (minus benè conijciunt quidam mutandum hoc in *gratis*) *fecero? quid? nihil tibi extra promittitur* &c. Eiuſdē libri cap. II. *Non indignor, quod poſt voluptatem ponitur virtus, ſed quod omnino cū voluptate confertur. Contemptrix eius & hoſtis eſt, & longiſſimè ab illa reſiliens, labori ac dolori familiarior, virilibus incommodis magis, quam iſti effæminato bono inſerenda. Hæc mi Liberalis dicenda fuerunt, quia beneficium* (*de quo nunc agitur*) *dare virtutis eſt.* poſui finem cap. II. & initium III. vt vulgo leguntur; nunc ponam etiam quemadmodū ex laudato iam manu ſcripto codice conſtituenda arbitror: *Non indignor quod poſt voluptatem ponitur virtus, ſed quod omnino cum voluptate conferatur contemtrix eius & hoſtis, & longiſſimè ab illa reſiliens; labori ac dolori familiarior, virilibus incommodis quam iſti effæminato bono. Inſerenda hæc mi Liberalis fuerunt* &c. fefellit interpolatores quod *n̄ familiarior* ad ſequentia trahi non poſſe putabāt. ad proximum igitur *inſerenda* confugerunt; additis de ſuo, vt ſunt hanc partem ſine more & modo liberales, vocibus; *eſt*, *magis*, & *dicenda*, quas ego aliam ſibi ſedem quærere iubeo. Cap. IIX. *Quia nec natura ſine deo eſt, nec deus ſine natura: ſed idem eſt vtrumque nec diſtat. Officium ſi quod à Seneca accepiſſem; Annæo te debere diceres, vel Lucio, non creditorem mutares, ſed nomen.* Latinè ne dicatur, officium.

II. Cap. II.

III. Cap. IIX.

accipere dubitò; atq; vt hoc neſcio, ita illud indicio membranarum ſcio, corrigendũ hic: *ſed idem eſt vtrũq3; nec diſtat officio. ſi quid à Seneca* &c.

IV. Cap. IX. *Dicis, inquit, diligenter eligendos, quibus*
Cap. IX. *beneficia debeamus, quia ne agricolæ quidẽ ſemina arenis committant. Noſtrã vtilitatem in beneficijs dandis ſequimur, quem admodum in arando ſerendoq3.* lego, ſuppleoq; ex veteri libro Herbipolẽſi: *Dicitis, inquit, diligẽter eligendos, quibus beneficia debeamus; quia ne agricolæ quidem ſemina harenis cõmittant. Quod ſi verũ eſt, noſtrã vtilitatẽ* &c.

V. Eodem cap. *Honeſtum propter nullã aliam cauſ-*
Eod. cap. *ſam quam propter vſum ſequimur.* ſcioli alicuius commentũ. ſcripſerat Seneca: *Honeſtum propter nullam aliam cauſſam, quam propter ipſum ſequimur.* probat ratio, & ſequẽtia deinceps. Cap. X.

VI. Cap. X. *Turpiſſimũ genus dandi eſt inconſulta donatio.* Verum eſt: *Turpiſſimum genus damni eſt inconſulta donatio.* vide Camerari, locũ modo, & mecũ, ſat

VII. ſcio, facies. Eodem etiã cap. aut vt ne mentiar
Ibidem. aut certe cap. XI. initio XI. *Eligam virum integrum, ſimplicẽ, memorem, gratum, alieni abſtinentem, ſui non auarum, non tenacem, beneuolum.* alijs aliud, mihi ſcripta lectio placebat impenſius, quæ referebat; *alieni abſtinentem; ſui nõ auarè tenacem.* vt mediũ inter

IIX. auarum & prodigum innuat. Statim poſt: *non*
Iterũ cap. XI. *dabo beneficiũ proficiſcẽti in diuerſas longinquaſq; regiones, non dabo abſturo ſemper, non dabo ſic affecto, vt ſpes ei nulla ſit conualeſcendi, non dabo ipſe deficiens. Non enim dabo in tẽpus reijciendi.* membranæ vno; *non dabo* omiſſo, concipiunt: *non dabo*

bo beneficium proficiſcenti in diuerſas longinquaſq; regiones a futuro ſemper, non dabo ſic affecto, vt ſpes ei nulla ſit conualeſcendi, non dabo ipſe deficiens. Nõ enim habeo tempus recipiendi. quidquid prioribus fiat, poſteriora placent. In fine eiuſdem adhuc capitis: *Nec quidquam cura ſanctiore componimus, quam quod ad nos non pertinet.* probum hoc arbitror; non poſſum tamen quin peruiam admoneam in membranis diſertim legi; *Nec quidquam curatiores componimus* &c. IX. Adhuc eod. cap.

Cap. XII. *Quid reddit beneficium? Dic tu mihi, quid reddat iuſticia, quid innocentia, quid magnitudo animi, quid pudicitia, quid temperantia, ſi quidquam præter ipſas petis? Mundus in quid inceſſum abſoluit? in quid ſol* &c. iterum fini cap. XII. initium ſequentis ſubieci, quæ in ſcripto codice hoc modo leguntur: *Quid reddit beneficiũ? D.t.m.q.r.i.q.i. q.m.a.q.p.q.t. ſi quidquam præter ipſas nõ petis? In quid mũdus vices ſuas abſoluit?* rectè, quoad poſtrema; minus rectè, quoad illa, *præter ipſas nõ petis*, ſed vbi pedũ viſa ſit via. manifeſtè enim legẽdum: *quid tẽperantia? ſi quidquã præter ipſas, ipſas non petis.* repetit quod ſæpè dixerat, honeſtũ propter ſe ipſum ſolũ expetendũ, atq; hoc qui nõ facerent, nõ virtutes, etiãſi alioqui viderẽtur, ſectari, ſed aliquã ex eis vtilitatẽ. X. Cap. XII. ſemel & iterũ correctus.

Cap. XVII. *Ad hoc, dic mihi, quæ cauſſa nos perducit? Lucrũ, quod qui nõ contẽnit, ingratus eſt? Ambitio? Et quæ iactatio eſt ſoluiſſe quod debebas? Metus null⁹ ingrato.* perit Senecę ſua ſentẽtia, niſi poſtrema quoq; cũ interrogatiõis nota ſic legant: *Metus? Nullus ingrato.* XI. Cap. XVII.

non inuitamur, inquit, ambitione, aut lucro, vt grati esse velimus: quid igitur, metune coacti huc descendimus? multo minus: ingrato enim nulla metuenda lex. in solam ingratitudinẽ actio iure nulla datur. multa similiter in hoc scriptore ab interpunctione male habent. nominatim illa

XII. Lib. III. cap. XXIIX. ex cap. libri tertij de beneficijs XXIIX. *Post tot exempla non est dubium quin beneficium aliquando à seruo dominus accipiat*. planè enim emẽdandum: *Post tot exempla num dubiũ est quin beneficium aliquãdo à seruo dominus accipiat?* Sed

XIII. Rursum lib. IV. cap. XVII. redeo ad XVII. cap. lib. IV. vbi quod est: *Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem cum nascitur, trahit* &c. mutant membranæ; *quemadmodum nascitur trahit*. vnde vide, Camerari, an fortè faciendum sit; *quem adeò dum nascitur trahit*, & benè cum fratre germano Ioachimo, cui tu meis verbis salutem scilicet, Vale. Wirzeburgi ad IIX. KL. Maias CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPIST. LXXXVI.

Franc. Modius Georgio Christophoro Heusio S.

AMo te, quia tu litteras amas, & litteratos colis. futurumq; auguror vt quos laudas, quosque admiraris, & suspicis, ijs quam simillimus aliquando euadere studeas. habet enim hoc admiratio vt, qua potest, homines impellat in

I. Silius emaculatus lib. IIX. versu IↃXC. æmulationem illam Hesiodi etiã iudicio & versibus comprobatam. Sed nunc de Silij istis versibus;

—*pons*

——pons ecce cadentum
Corporibus ſtruitur, tacituſq; cadauera fundit
Aufidus, ac victrix inſultat bellua campis.

ſententiam meam accipe: corruptum in ijs medium exiſtimo; præſertim cũ in membranis exſtare deprehendam: *recitatque cadauera fumans Aufidus.* vnde non malè fortaſſe legi poſſe iudicabam; *reicitque cadauera fumans Aufidus*, nec ſatis ſcio an benè iudicabam, niſi quod adhuc me coniecturæ meæ non pœnitet. ſed videamus alia quædam etiam his conſimilia, libro, qui eum, ex quo hi verſus ſunt, ordine ſequitur. Varronis pugnare, id eſt perdere remp. Rom. geſtientis verba ſunt: II. Lib. IX. verſu XXXIII. ſemel & iterum notatus.

Dux ſibi quiſq; viam capito, cũ ſpargere primus
Incipiet radijs Gargana cacumina Phœbus.

puſillum eſt, ſed moneo tamen emendes;

Dux ſibi quiſq; viam rapito, cũ ſpargere primis
Incipiet radijs Gargana cacumina Phœbus.

Sequitur: III. Verſu CXI bis, ter correctus.

Non ſum equidem Sulmone ſatus, tua Satrice proles
Nec frater Mancine tuus, fatearq; nepotem
Pergameo indignum Solymo, ſi euadere detur
Hinc noſtra te impune manu, tu nobile geſtes
Germani ſpolium ante oculos, referaſq; ſuperba
Me ſpirante domus Peligna perfidus arma?
Hæc tibi chara parens apta ad ſolatia luctus
Dona feram nati &c.

longum eſſet ire per ſingula: aio, vt in pauca con-

feram verba, totum hunc locum hoc modo scribendum, & interpungendum: (les;

Nõsim equidẽ Sulmone satus, tua, Satrice, pro-
Nec frater, Mancine, tuus, fateare, nepotem
Pergameo indignum Solymo, si euadere detur
Huic nostras impune manus: tu nobile gestes
Germani spolium ante oculos, referasq; superba
Mespirante domus Peligna perfidus arma?
Hac tibi, cara parens Acca, ad solatia luctus
IV. *Dona feram nati.* Mox:
Versũ CLXI. bis notatus.
Ast ego Sidonijs impercitus ecce parentem
Vulnere cognosco, saltem hoc fortuna fuisset
Solamen culpæ, dubia vt mihi signa dedisses
Infausti generis, verum linquetur iniquis,
Non vltra superis, non hos tolerare labores.

manifesta res est emendari debere:

Ast ego Sidonijs imperditus ecce parentem
Vulnere cognosco; saltem hoc, fortuna, fuisset
Solamen culpæ, dubia vt mihi signa dedisses
Infausti generis; verum linquetur iniquis
Non vltra superis nostros celare labores.

sensus est, (neq; enim & hunc cum paullo intricatior locus sit grauabor adscribere) vtinam saltẽ non tam euidentibus indicijs patrẽ agnouissem, & de facto meo dubitare possem: esset hoc magnum misero solatium; quo cũ caream, non orabo Deos vt, quod proximum est, tacitum id esse velint, nulliq; illud innotescat, sed manu remedium inueniã dolori meo. quod ideo dixit, quia pater, cum filium à quo letaliter esset vulneratus solaretur, & in errorem fatalem culpam omnem

mnem reijceret, & nullum facti teſtem affuiſſe, clamq; illud eſſe poſſe dixerat, vbi ait;

Quis teſtis noſtris, quis conſcius affuit actis,
Non nox errorem nigranti condidit vmbra?

EPIST. LXXXVII.

Franc. Modius Oberto Gifanio I.C. S. Argentinam.

FEcit incredibilis humanitas tua, Oberte Gifani, vti hæc non vt ad eũ, cui inuiſus & ignotus ſim, ſed vt ad hominem notiſſimum, & mutuo vſu diu cognitum, ſcribere mihi videar. cum enim tu me dignum habueris', cui honorificentiſſimis verbis, in tuis ad communem amicũ Palmerium litteris, ſalutem nuper adſcriberes, quî poſſum amabo me tibi ignotum arbitrari? ergo vt ab homine familiari, & quod hic caput eſt, eruditiſſimo quæro, quid tibi videatur de ſequentibus in Ciceronẽ notis. Pro Q. Ligario: *Q. igitur Ligarius cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio, legatus in Africam cum proconſule C. Conſidio profectus eſt.* lego ex tribus antiquiſſimis longè, & optimis m. ſſ. codicibus: *Q. igitur Ligarius cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio, legatus in Africam C. Conſidio profectus eſt.* ſcilicet, vox *proconſule* è gloſſematis in contextum irrepſerat, & illud *cum* inde natum eſt quod ſequeretur *Conſidio*; ſed ita ſcriptum, vt duæ dictiones viderentur, quod alius poſtea corrigere volens, nobis elegantiſſimam lectionem corrupit. Expungendum & mox illud *potius* ibi: *An ille ſi potuiſſet illinc vllo modo euadere Vticæ potius quam Romæ?*

I. Cicero pro Q. Ligario notatus.

II.

cum P. Actio, quam cũ concordissimis fratribus? cum alienis esse, quam cum suis maluisset? & hinc, inquam, eijcienda in maximam malam crucem vox *potius*, vt nihili, & quæ sit corrumpendo loco.

III. Post multa: *Hac non modo mirabilia sunt, sed prodigijs similia quæ dicam. non habet eam vim ista accusatio, vt Q. Ligarius condemnetur, sed vt necetur. hoc egit ciuis Romanus ante te nemo. externi isti mores vsque ad sanguinem incitare solent odio, aut leuium Græcorum, aut inmaniũ barbarorum.* quem totum locum ita partim à me, partim à libris, verbosis aliorum nugis missis factis, corrigere licebit: *Admirabilia hæc; sed prodigij simile est, quod dicam. non habet eam vim ista accusatio, vt Q. Ligarius condemnetur, sed vt necetur. hoc egit ciuis Romanus ante te nemo. Externi isti sunt mores, vsq; ad sanguinem incitari odio; aut leuium Græcorum, aut inmanium barbarorũ.* quomodo elegantissima erit locutio: præ vulgari certè auro contra æstimanda. & tamen, vt dixi, tota à libris m. ff. est. nisi quod verbũ *solent* quod in quibusdam codicibus in menda cubabat, de-

IV. lendum censui. Sequitur: *Nam si crimen est prohibere illum voluisse, nõ minus magnum est, vos Africam, omnium prouinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc vrbem gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se imperatorem esse maluisse.* hic ego, cum videam in m. ff. omnibus abesse verbum *prohibere*, & mox, *imperatorem esse.* ac pro *illum, illam* exstare, sic hæc emendãda existimo: *Nã si crimen est, illa voluisse, nõ minus magnum*

gnum est, vos Africam, omnium prouinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc vrbem gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se maluisse. ita, inquam, hæc lego. neq; enim hic disputat Cicero, fueritne crimen Tuberonem Africa prohibere, sed hoc dicit: si quidem crimẽ sit Africam obtinere voluisse, nõ minus profecto esse id Tuberonem facere concupijsse, quã Ligarium eam retinere maluisse. Sub finem est: *Fac igitur, quod de homine nobilissimo & clarissimo Marco Marcello restituto feciſti nuper in curia, nũc idem in foro de optimis & huic omni frequentiæ probatissimis fratribus.* omnino delẽda illa, *Marco Marcello restituto* vt emblema alicuius glossographi. præsertimcum in m. ſſ. non sint; nisi in vno, vbi supra vocẽ *nobilissimo* adscriptum erat, *M. Marcello.ſ.* Erant alia plura in eadem adhuc oratione notatu digna, sed mihi satis fuit quæ sub manum veniebant, & vltro sese ingerebant, nunc ad te mittere; de reliquis, illi, vt spero, videbunt, quorum Cicero proprium est opus. Vale. Vi

EPIST. LXXXIIX.

Franc. Modius Conrado Leio S.

PEropportunè heri salutem mihi tuis verbis renunciauit, vir clarissimè, per quem has accipies; gestiebant enim iampridem ad te quoq; re nugæ meæ, præsertim, post acceptos nuper epithalamios versus tuos, de quibus noli quærere quid censeã. Est omnino largus hac ætate poëarum prouentus; sed tu cum paucis vera via ad

gloriam graſſaris: reliqui, quod de Græculis dici ſolet, dum dicant, & verſum impleant, quid, aut quomodo dicant penſi nihil habent. In tuis autē carminibus, quod mihi deprehendere viſus ſum, multæ paſſim occurrūt, præter reconditæ cuiuſdam, & minimè vulgaris eruditionis hinc inde ſparſa ſemina, Tibullianæ locutionis notæ; quā tibi cū puriſſimo in hoc genere poëtarum apud Romanos familiaritatē mirificè gratulor; dum ipſe interea omne genus ſcriptorum apis inſtar peruolitando, has & ſimiles minutias congero.

I. Silius lib. IV. verſu CCXC. emendatus. male habent iſta Silij ex libro eius de bello Punico IIII.

Tum nodo curſuq; leui ſimul adiuuat haſtam,
Dignam mole viri, nixus, fugit illa per ora
Multiplicis lini &c.

non benè inquam hæc habent, ſanari tamen poterunt, ſi ita ſcribantur:

Tum nodo, curſuq; leui ſimul adiuuat haſtam,
Dignum mole viri niſus; fugit illa per oras
Multiplicis lini &c.

II. Verſu CCXCIV. Sed & ſequenti verſu, vbi vulgo eſt:

Procumbit lata porrectus in arma ruina:

reponendum:

———*porrectus in arua,*

non, *arma*. proximè enim eſt:

III. Verſu CCCII. *Et percuſſa gemit tellus ingētibus armis.* Mox:

Vna ſpes animæ, tantusq; pependerat ardor.

manifeſtè ſcribendum:

Vna ſpes anima, tantusq; pependerat ardor.

ſic enim & Curtius noſter alibi de Alexādro ſuo;

&

&,ni fallor,de Iul.Cæſare pro M.Marcello Cicero,& libro v. verſu 685. Lucanus:

Cum tot in hac animapopulorum vita,ſalusq;
Pendeat. Sequitur iterum in Silio: IV.
Fit ſonitus,fugere feræ,fugere volucres, Verſu cccxi.
Atq; vna longæ trepidant in valle iuuencæ.

corrige:

Fit ſonitus,fugere feræ,fugere volucres,
Atq; ima longè trepidant in valle iuuencæ.

Paullo poſt: V.
At Mago vertiſſe globos,primumq; laborem Verſu
Qui ſolus genti eſt,caſſum videt,arma ſuorum cccxii.
Ac primum in pugnas equitem vocat.

legendum haud dubiè:

At Mago vt vertiſſe globos,primumq; laborẽ,
Qui ſolus genti eſt,caſſum videt, arma ſuorum
Ac patrium in pugnas equitem vocat.

Libycum enim equitem deſcribit ſequentibus;

——vndique nudi
Aſſiliunt frenis,infrenatiq; manipli.

Mox eſt; VI.
Texunt alterno glomerata volumina curſu, Verſu
Ac eadem refugam cedentes arte reſoluunt. cccxxi.

gerræ Siculæ.emendetur ex optimis membranis Agrippinenſibus:

Texunt alterno glomerata volumina curſu,
Atque eadem refuga cedentes arte reſoluunt.

ta,inquam,emendetur,& videatur Virgilius;dũ VII.
ios iſta notamus: Verſu
Sic vbi Caucaſeis tigris ſe protulit antris cccxxxii bis,
Linquantur campi,& tutas petit omne latebras ter notatus.

Turbatum insano vultu pecus, illa pererrat
Disiectas victrix valles, iamq; ora reducto
Paullatim nudat rictu, vt præsentia mandat
Corpora, & inmani stragem meditatur hiatu.

elegans comparatio, sed in qua hoc monendum; ista ita legenda videri:

——illa pererrat
Desertas victrix valles, iamq; ora reducto
Paullatim nudat rictu, vt præsentia mandens
Corpora. &c.

IIX. Versu 1oxcr. Post multa:

Hic hostem orbatus telo complectitur vlnis;
Vndantemq; vado permixta morte coërcet.

repone posteriore versu;

Luctantemq; vado &c.

quæ germana huius loci scriptura est. Vale.

EPIST. LXXXIX.

Franc. Modius Io. Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

CVm nuper de Palmerij nostri præpropero & luctuoso bonis & studiosis omnibus bonorum virorum litterarumque exitu intentius forte cogitarem, aliaque vt fit ex alijs inciderent, redij etiã in memoriam carminis cuiusdã, quod in inmaturum itidẽ amici sui cui Palmæ cognomentum erat obitum Leodij olim scripsit amicissimus mihi, nec generis sui splendore, quam litterarum luce clarior Adolphus Scheiffartus à Merade Bornhemij dominus. illudq; inter charas meas diu quæsitum, vixq; tandem inuẽtum,

ac

ac ſæpius relectum non indignum iudicaui cum & ſtyli venuſtate placere poſſe confiderem, & argumenti ratione ex bona parte Palmerio quoque noſtro accomodari debere iudicarem, cuius hic tibi exemplum mitterem, vbi prius has in Cenſorinum animaduerſiones iudicio tuo ſubieciſſem. Cap. XII. pulcherrimus hic locus eſt de hominis in vtero formatione: *Sed vt initia ſeminis, & lacteum illud conceptionis fundamentum, primitus hoc numero* (ſenario puta) *abſoluit: Sic hoc initium formati hominis, & velut alterum matureſcendi fundamentum, quod eſt quinq; & triginta dierum, ſexies ductum cum ad diem* CCX. *peruenerit, maturum procreatur. Alter autem ille partus qui maior eſt, maiore numero continetur: ſeptenario ſcilicet quo rota humana finitur. & vt Solon ſcribit, & Iudæi in dierum omnium numeris ſequuntur.* quæ eſt iſta rota humana? nimirum febriculoſi alicuius & oſcitantis correctoris ſomnium ſcribatur ex membranis Colonienſibus: *Septenario ſcilicet; quo tota vita humana finitur, vt & Solon ſcribit, & Iudæi,* &c. ita inquam ſcribatur, reponaturq; *abſoluitur* pro, *abſoluit,* & rurſum *peruenit* pro, *peruenerit.* Sequitur: *Vnde autem mens humana, dies iſtos commutationis ſpeculari, & arcana naturæ rimari potuerit, nemo miretur. hæc enim frequens medicorum experientia peruidit. Qui cum multos animaduerterent ſemen non retinere conceptum; compertum habuerunt id quod intra ſex dies ſeptemúe eijciebatur, eſſe lacteum, & vocari ἤκρυον: quod poſtea autem ſan-*

I. Cenſorinus de die Natali c. XII. emaculat° ſemel & iterum.

II. Eod. cap. ter, quater inter polatus.

guinem, idq; ἔκτρομος appellatur. Quia vero ambo partus videntur paribus dierum numeris contineri, Pythagoras in partem laudat, tamen à secta non discrepat. contaminatissima scriptura, sed quæ integritati suæ ex membranis ita restitui posse videatur; *Qui cum multas animaduerterent semen non retinere conceptum, compertum habuerunt, id, quod intra sex dies septemúe eijciebatur, esse lacteum, & vocauerunt ἔκρυον: quod postea autem sanguineũ, idq; ἐκτρωσμὸς appellatur. Quod vero ambo partus videntur paribus dierum numeris contineri, Pythagoras in parem laudet, tamen à secta non discrepat.* certa hæc est emendatio; quare pergo. *Ob quam rem Pythagoras, vt animum sua semper diuinitate imbueret, priusquam se somno daret, & cum esset experrectus, cithara (vt ferunt) cantare consueuerat.* m. s. *& cum esset expergitus*; meo iudicio rectè. conuenit enim nescio quomodo hoc magis æuo Censoriniano. Cap. XIII. *Ad hoc procedit, quod Pythagoras prodidit; hunc totum mundum musica factum ratione. Septemq; stellas inter cælum ac terram vagas, quæ mortalium geneses moderantur, motum habere εὔρυθμον; & interualla musicis diastematis motum habere congrua; sonitusq; varios reddere: pro sua quoq; altitudine ita concordes, vt dulcissimam quidem concinant melodiam; sed nobis inaudibilem, propter vocis magnitudinem, quàm non caperent aurium nostrarum angustiæ* non est operæ quorumdam more hic me iactare, & paratragœdiare; satis sit monere totum hunc quoque locum

f. ἔκβρυον

f. ἔκτρωμα

III. Adhuc eod. capit.

IV. Cap, XIII. ter, quater rursus notatus.

locum quatuor minimum locis ex m. ſ. interpolatum, ita legendum, & ſcribendum videri: *Ad hæc accedit, quod Pythagoras prodidit h. t. m. m. f. r. S. q. s. i. c. e. t. v. q. m. g. m. motum habere* εὐρυθμὸν; *& interualla muſicis diaſtematis congrua, ſonitusq; varios reddere: pro ſua quaſq; altitudine ita concordes, vt d. q. c. n. ſ. n. i. propter vocis magnitudinem, quam capere aurium noſtrarum anguſtiæ non poſſint.* Eodem cap. *Itaq; à calo ſummo ad ſolem diaſtema eſſe diateſſaron, id eſt duorum tonorum & dimidij: terræ autem ſummitate ab eodem cœlo, tonos eſſe ſex, in quibus ſit diapaſon ſymphonia. Præterea multa, quæ Muſici tractant, rettulit. Stellas & hunc omnem mundum enharmonium eſſe oſtendit.* lego & interpungo ex veſtigijs ſcriptæ lectionis: *Itaq; a. c. ſ. a. ſ. d. e. d. i. e. d. t. & dimidij: ad terræ autem ſummitatem ab eodem cælo tonos eſſe ſex, in quibus ſit diapaſon ſymphonia. Præterea multa, quæ Muſici tractant, ad alias rettulit ſtellas; & hunc omnem mundum enharmonium eſſe oſtendit.* in fine capitis eiuſdem cum quo finem epiſtola quoq; habebit. *Quæ* (inquit Cenſorinus) *ſi vellem in vnum librum ſeparatim congerere, tamen in auguſtijs verſarer, quin potius, quoniam me longius dulcedo muſicæ abduxit, ad propoſitum reuertor.* malim: *quoniam me longius dulcedo muſica abduxit.* & malle meo ſuffragantur membranæ Agrippinenſes; quare reponatur etiam ita, & iam Scheiffartum noſtrum audiamus:

V. Ibidem.

VI. Iterum ibidem prope à fine.

Epitaphium Octauiani Palmæ Hipparchi.

Nobilis est superas arbor quæ surgit ad auras
Quo magis impositum desuper vrget onus.
Inmites fructus populis ea præbet Iberis;
Ausonio sterilis creditur esse solo.
Fert Afris dulces, bellaria regia, glandes,
Continuo dulcis sed sapor ille perit.
Nuper at Italia hæc arbor cælo aduena nostro
Plantata ad flumen, Belgicę Mosa, tuum est;
Factaq; translatu generosior, edere fructus
Iam cultu dignos cœperat illa suo.
Numquam illi nocuit cæli inconstantia, summas
Radice intacta vix quatere ausa comas.
At nunc strauit humi præstantem Ate inuida Palmam:
Hinc folia, & cortex hic sine honore iacēt. (mā;
Sed Lita quæ curat plantas, & præsidet herbis
Ipsam animam Elysia clam vegetabit humo:
Dum Sol æternus depulso frigore truncum
Excitet, atq; nouo frondis honore colat.

Faciebat Adolphus Scheiffartus à Merade Leodij. CIↃ. IↃ. LXXIV.

EPIST. XC.

Franc. Modius Bonauenturæ Vulcanio S. Lugdunum Batauorum.

STatueram ex itinere, quo nuper ex Belgica in Germaniam reuersionem faciebam, vos iltic inuisere, & præsens præsenti Lipsio de magistratu, quem paullo ante inierat, gratulari; sed in diuersum me abripuerunt tum nouæ quædā, &

& non prouiſæ ſatis mihi res; coegeruntq́; dilatis in tempora commodiora huiuſmodi diuerſionibus, velis remisq́; quod aiunt, Vbios recta petere; vbi mox ad veteres meos confabulones, libros puta, me retuli: in quibus iſta hodie fortè ſe mihi notanda obtulerunt. Lib. XIIII. Silij de bello Punico ſecundo:

I. Silius lib. IV. Verſu CCCXXCII. emendatus.

Aſt alia lacera atq; incuſſi roboris ictu
Detergent remos, alia per, &c.

deſcriptio eſt prœlij naualis, in quo naues nauibus collidebantur; ſed vbi ita legerim:

Aſt alia latere, atq; incuſſi roboris ictu
Detergent remos.

malim etiam ſtatim de nauiHimilconis, quę propter portentoſam magnitudinem plenis velis & quadringentorum remigum pulſibus adiuta ægrè tamen & lentè progrederetur; *lento ſe robore agebat*, quam cum vulgatis; *lento ſe corpore agebat*. Sequitur apud poëtam:

II. Ver. CCCXCI.

III. Verſu CCCCXXII.

Inde atros alacer, paſtoſq; bitumine torquet
Aduentante noto Pœnorum apluſtribus ignes.

reponatur cum dijs volentibus elegans, ſed correctoribus Silianis ignorabile planè verbum, *Amentante noto Pœnorum apluſtribus ignes.* eleganti metaphora: quod vt amentum telo, ita ventus igni vires faciat. Verſu 488.

IV. Verſu CCCCXXCIIX.

Ipſe adeo ſæuis ductor Retheius ibat
Pulſibus, & valido ſuperabat remige ventos.

ſcriberem etiam inuitis membranis, quanto magis ita volentibus, iubentibus illis:

Ipse adeo senis ductor Rhœteius ibat
Pulsibus.

signantur enim sex ordines remigum. Adhuc in eodem nauali prœlio:

V. Ver. IↃLIIX. Versu auct⁹.

Hinc clamor, gemitus illinc, mortesq́, fugaq́,
Perfusum bello feruet mare, fessus acerbis
Terga fuga celeri Libyæ conuertit ad oras.

legendum versu interiecto ex membranaceo thesauro Agrippinensi:

Hinc clamor, gemitus illinc, mortesq, fugaq,
Remorumq, fragor, flictuq, sonantia rostra:
Perfusum bello feruet mare, &c.

flictu dixit pro, *conflictu* ratione loquendi poëtis solenti. sic apud Virgilium est:

Dant sonitum flictu, galeæ pugna aspera surgit:

& dixerat ante Virgilum Liuius Ægisto:

Ipse se in terram saucius fligit cadens.

VI. Ver. IↃXXCIII

Ver. 583. *Criniger astriferis Titan feruorib⁹ auras,*
Et patulam Cyanen, latèq, palustribus vndis
Stagnantem, stygio Cocyti oppleuit odore:
Temporaq, Auctumni latis florentia donis
Fœdauit, rapidoq, accendit fulminis igni,
Fumabat crassis nebulis caliginis aer.

poterat hic locus à me præteriri, cum læuia sint, quæ in illum notaturus sum: dico tamen, elegantius illum ita lectum iri:

Criniger astiferis Titan feruoribus auras
Et patulam Cyanen, latèq, palustribus vndis
Stagnantem, stygio Cocyti oppleuit odore,
Temporaq, Auctumni lætis florentia donis
Fœdauit, rapidoq, accendit fulminis igni.

Fuma-

Fumabat craſſus nebulis caliginis aer.
Ver. 627. *Signaq; circumſtant alacres, auidiq; tu-* VII.
Reſpirant læti clangoribus, itur in hoſtẽ; (barũ Ver. 1. xxvii.
Et, ſi fata ferant, iuuat inter prœlia ferro
Poſſe mori, ſociũm miſeret, qui morte pudenda
In morem pecudum effudere cubilibus atris
Illaudatã animã. quãto melior lectio ſcriptæ?
Circumſtant alacres ſigna, auditiſq; tubarum
Reſpirant læti clangoribus; itur in hoſtem,
Et, ſi fata ferant, iuuat inter prœlia ferro
Poſſe mori; ſociũm miſeret, qui forte pudenda
In morem, &c.

EPIST. XCI.

Franc. Modius Carolo Vaſoldo I. C. S.
Bambergam.

EIus temporis recordationem, Vaſolde ornatiſſime, quod in thermis Carolinis vna ſuauiſſime traduximus, & ſufficiente vſq; materiam nobis diſſerendi de reb⁹ varijs, argumentisq; nos in vtramuis partẽ vrgente ampliſſimo Neuſtettero, diſputationib⁹ litteratis iucundiſſimè cõdiuimus, interpolauimusq; eius, inquam, memoriam tẽporis nulla vnq̃ ex animo meo delebit obliuio. quo magis etiam libuit acta tum inter nos cum locorũ qualicumq; delineatione & deſcriptione earum thermarum, vtentiq; illis ratione rudi carmine cõplecti, vt exſtaret aliquod huius etiam rei ad poſteros, ſi tamen ad poſteros illud duraturum eſt, monimentum. Quod tu vt boni conſulas à te mihi pluribus verbis, quæ

est humanitas tua, petendum hic non existimo; illud fortasse potius non temerè fecero, si præter carmen, quod modo dixi, & excusum mitto notas etiam has meas æstimare ne graueris obsecrauero. quod ipsum quoq; tamen non decreui facere ambitiosius, quia nota & perspecta mihi bonitas tua passura id minimè videatur. Macrobij in somnium Scipionis sunt ista: *Et inuenta diametros facilè mensurã nobis ipsius quoq; ambitus prodit: Hanc enim summam quia diametrũ facit, debes ter multiplicare adiecta parte septima, vt sæpè iam dictum est.* scribendum; ne contra mentem scriptoris scriptura stet: *hanc enim summam, quã diametrum facit, debes ter multiplicare.* vt rectè præferunt duo scripta exemplaria quę alibi quoque laudo. Statim: *Nam sicut extrema vmbra potuit circuli per quem sol meat deprehendi magnitudo: ita per ipsum circulum mensura solis inuenta est in hunc modum.* lapsus est librarius qui *extrema* pro *ex terrena* damnoso compendio scripsit cuius error à me, aut ne quid mentiar libris vetustis corrigatur. Rursum statim: *Et cum ad primum solis radium, quem de se emisit prima summitas orbis, emergens vmbra de stili decedens summitate primam curui labri eminentiam contingit locus ipse: qui vmbræ primitias excepit, notæ impressione signatus est: obseruatumq; quamdiu super terrã ita solis orbis integer appareret vt vna eius summitas adhuc horizonti videretur insidere,* &c. libri scripti aiunt reponendum; *de stili decidens summitate,* &c. *vt ima eius summitas adhuc horizonti*

1. Macrobius in Scipionis somniũ notatus lib. 1.

II.

III.

zonti videretur insidere. peccatum in posteriore
voce bis ante quoq; ibi: *Deniq; quia totius mũ-* IV.
di vna pars terra est, ætheris autem vna pars luna
est, &c. quis enim puer non videat ex reutrobiq;
ima non *vna* legendum? Sequitur: *Verum est* V.
enim, neq; solem, lunamue, neq; de vagis vllam ita in signis Zodiaci ferri, vt eorum syderibus misceantur: sed in illo signo esse vnaquæq; prohibetur, quod haberet at super verticem, in ea quæ illius subiecta est circuli sui regione discurrens. manifestaria
emendatione corrigendum: *sed in illo signo esse vnaquæq; perhibetur, quod habuerit super verticem, in ea quæ illi subiecta est circuli sui regione discurrens,* Post pauca: *Sed cum sit omnibus* (stellis puta) *idem motus meandi, tantam eius diuersitatem temporis sola spatiorum diuersitas facit.* libri scripti; *sed cum sit omnibus idem modus meandi,* quod probo, nihil enim allud alioqui moueri hic
esset, quam meare, & vice conuersa. Modico VII.
iterum interuallo: *Huius* (arietis) *incipiente ortu, statim subiecto vasi superpositæ aquæ fluxum dederunt. quod vbi completum est, mox eo sublato, effusoq; alterum simile subiecerunt, certis signis obseruatis, ac memoriter annotatis, inter eius loci stellas quæ oriebantur: cum primum vas esset impletum, intelligentes quod eo tempore, quo totius aquæ duodecima pars fluxit, pars cæli duodecima conscendit.* emendetur ex membranarũ fide, & rei veritate:
certis signis obseruatis, ac memoriter annotatis; item eius loci stella, quæ oriebatur, cum primum vas esset impletum; intelligentes, &c. sed nunc ad

IIX. alterum quoq; Macrobij librum criticas manus
lib. II. noſtras extendamus in quo quod eſt non longe à principio: *Cum enim caſu præteriret* (Pythagoras) *fabros, ignitum ferrum ictibus mollientes, in aures eius malleorum ſoni certo ſibi reſpondentes ordine repente cecidêrunt.* vt ferrum ictibus molliatur, numquam factum, aut dictum etiam vel fictum ab Aurelio, qui ſcripſerat; *Cum enim caſu præteritet fabros, ignitum ferrum ictibus mo-*
IX. *lientes*, &c. Paullo poſt: *Quadruplus eſt, cum de duobus numeris minor quater in maiore numeratur. vt ſunt quattuor ad vnum. Qui in numeris facit ſymphoniam, quam dicunt διὰ δίτε πασῶν. Epogdous eſt numerus qui intra ſe habet minorem, & inſuper eius octauam partem. vt nouem & octo. Quia in nouem octo ſunt & inſuper octaua pars eorum, id eſt, vnum.* omnino corrigendum, totum hoc ita: *Qui numerus facit ſymphoniam quam dicunt διὰ δίτε πασῶν. Epogdous eſt numerus qui intra ſe habet minorem & inſuper eius octauam partem: vt nouem ad octo. Quia in nouem & octo ſunt, & inſuper octaua pars eorum, id eſt,*
X. *vnum.* Interiectis paucis omnino verſibus: *Sed ſemitonium vocitauerunt ſonum tonon minorem: quem tam paruo diſtare à tono deprehenſum eſt, quantum hi duo numeri inter ſe diſtant, id eſt ducenta quadraginta tria, & ducenta quinquaginta ſex.* res clamat verum eſſe quod in manu exaratis codicibus reperitur: *Sed ſemitonium vocitauerunt ſonum tono minorem.* Conſequi-

tur

tur æquè post pauculos versus. *Hanc lineam si geminaueris, alterum mathematicum corpus efficies: quod duabus dimensionibus exstruatur longo latoq3, sed alto caret.* rectum iridem opinor quod in membranis est: *quod duabus dimensionibus æstimatur, longo latoq3 sed alto caret.* Geometrica enim corpora soli æstimationi & cogitationi subijciuntur. Modico interuallo: *At* XII. *vero pars septima in viginti & septem fuit: quæ faciunt, vt diximus, argumentum tertium imparis numeri. Vlterius autem vt animaduertere posse est, processit illa contextio: vt post monadem quæ par & impar est, primus par numerus poneretur id est duo,* &c. inquinatissima lectio, & quæ ita, si quid credis Vasolde, restituenda in pristinum est: *At vero pars septima in viginti & septem fuit; quæ faciunt vt diximus, augmentum tertium imparis numeri. Alternis enim vt animaduertere facile est, processit illa contextio: vt post monadem quæ & par & impar est, primus par numerus poneretur, id est, duo,* sed iam sat scio satietas te cepit horum friuolorum, quare desino. Vale VII. Kalend. Octobris. CIↃ. IↃ. LXXXIII. Wirzeburgi.

EPIST. XCII.

Franc. Modius Paullo Melisso ciui Romano, & Eq. Cæs. S. Norimbergam.

ET nuperam tuam oden rectè mihi curauit Posthius noster; & eam quam nũcmittis libẽter legi. teq; de vtraq; vt debeo amo plurimũ. ceterum quod longo satis iam temporis inter-

ſtitio nihil ſcribo; hoc partim iactationibus itinerarijs imputabis, partim negotijs litteratis hiſce, quibus tanto auidius incumbere ſoleo, quanto rarius eiuſce faciũdi mihi fit copia. quod tu ita interpretaberis; non tamq̃ vllum mihi ſit tempus à ſtudijs & libris alienum; ſed quod vaga illa, & erronea his ſedentarijs neſcio quomodo comparanda non videantur, quod ſupellex libraria hæc ſubleuet, illa deſtituat. nunc tandem reſcribo ecce & quæro quid de his notis cenſeas. Epiſt. VI. lib VII. Plinij ſecundi eſt: *Similiter nunc & probatum & exceptum eſt, quod pro Vareno hactenus non tacui.* diſerte pugnat hęc lectio cum ijs, quæ præcedunt, vbi ait: *Multum me intra ſilentium tenui. accepi enim, non minus interdum oratorium eſſe tacere, quam dicere.* & rurſus: *Non facilè me repeto, tantum conſecutum aſſenſum agendo, quantum tunc non agendo.* rectè igitur abeſt à membranis negatiua. nam quod ait, *hactenus tacui*, valet idem ac ſi diceret; quod tantum ſubinde re plane ita exigente breui interfatione ſilentium meum interpolaui, & quaſi temperaui. quod interdum prudentis eſt oratoris.

I. Plinius Iunior notatus lib. 7. Epiſt. VI.

II. Epiſt. IX. Epiſt. IX. *Volo interdum aliquem ex hiſtoria locum apprehendas: volo epiſtolam diligentius ſcribas, volo carmina: nam ſæpè in orationes quoq; non hiſtorica modo, ſed propè poëtica deſcriptionum neceſſitas incidit.* meis auribus magis lenocinatur quod eſt in eiſdem membranis: *nam ſæpè in orationes quoq; non hiſtoricæ modo ſed propè poeticæ deſcriptionis neceſſitas incidit.* Præceſſit eadem epiſtola

III. Ead. Epiſt.

ſtola: *nihil obfuerit, quæ legeris hactenus vt rem argumentumq; teneas, quaſi æmulum ſcribere, lectiſq; conferre, ac ſedulo penſitare, quid tu, quid ille commodius. magna gratulatio ſi tu nonnulla, tum magnus pudor, ſi cuncta ille melius.* m. ſſ. libri: *magna gratulatio, ſi nõnulla tu, magn⁹ pudor, ſi cuncta ille melius.* quam elegantiſſimam ſcripturam planè inficetam reddebat adulterinum, & ſurreptitium illud *tum* natum procul dubio ex pronomine *tu* librarij errore geminato. Epiſt. XXIV. *ac deinde ſingulos geſtus domina cum canticis reddebant, qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede, qui non ſpectabat. Hæc ſcripſi quia ſoles, ſi quid incidit noui, non inuitus audire.* m. ſſ. quîs vſus ego ab ampliſſi. Neuſtetero; *qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede qui non ſpectabat. Quorſum hæc? quia ſoles, ſi quid incidit noui non inuitus audire.* quæ ſane lectio confirmatur ab ea quantumuis vitioſa, quam ad oram libri ſui excudit Stephanus: *corollarium accipient ab hærede. Quorſum ſcribebam hæc? quia ſoles,* &c. itemq; ab alijs quoque aliquam multis locis, vbi eodem interrogandi genere Plinius vtitur, vt epiſtolas eius attentius legenti res ipſa fidem faciet. ego tranſeo porro ad Epiſt. XXIX *Ridebis, deinde indignaberis, deinde ridebis, ſi legeris, quod niſi relegeris, non potes credere.* membranæ conſtanter iſta *deinde ridebis* delent, & faciunt ſane miram alioqui ſcripturam, poſſuntq; videri adiecta ab eo, qui Montanum cum Plinio

IV. Epiſt. XXIV.

V. Epiſt. XXIX.

nō in indignatione, sed risu desinere volebat. nihil tamen pronuntio sed assensionem meam in eorum hinc relegatione sustineo æque atq; in eo

VI. Lib. VI. Epist. XXXII. loco, vbi lib. VI. Epist. XXXII. cum vulgo legatur: *Quamuis & ipse sis continentissimus, & filiam tuam ita institueris vt decebat filiam tuam, Tutilij neptem, cum tamen sit nuptura honestissimo viro Nonio Celeri: cui ratio ciuilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit, debet secundum conditiones mariti veste, comitatu augeri: quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen & instruitur.* eædem membranæ referunt omisso ꝯ *augeri: debet secundū conditiones mariti veste, & comitatu, quib⁹ non quidem augetur dignitas, ornatur tamen instrui.* Lib. IX. Epist. II. *Præterea nec*

VII. Lib. IX. Epist. II. *materia plura scribendi dabatur. neq; n. eadem nostra conditio, qua M. Tullij, ad cuius exemplum nos vocas. Illi enim & copiosissimum ingenium, & par ingenio materia, quā tam varietas rerū quàm magnitudo largissime suppetebat.* membranæ longè aliter: *Illi enim & copiosissimum ingenium, & ingenio qua varietas rerum, qua magnitudo largissimè suppetebat.* longè elegantissimè si vox vna, quam supina quadam oscitantia librarius omisit, inseratur, scribaturq;: *& ingenio materiam qua varietas rerum, qua magnitudo largissimè suppetebat.* amantq; sic loqui inprimis elegantissimi I. c. nostri, vti pluribus docet emendationum suarum lib. II. cap. II. amplissimus Antonius Augustinus. vnde nos vnùm atq; alterum huc exemplum

emplum diriuaſſe contenti, inprimis Ciceronis teſtimonijs aliquot hanc locutionem ſtabiliemus. Celſus lib. XVI. Digeſtorum: *Cui ſeruus ipſius ſubſtitutus eſt, ſeruum ſuum adire iuſſit: ſi id circo fecit, ne legata præſtaret, vtraq; præſtabit, & qua hæres eſt, & qua omiſſa cauſſa teſtamenti poſſidet ex ſubſtitutione hæreditatem, ſalua Falcidia ei ſeruata.* Paullus lib. 11. ad L. Iuliam & Papiam: *Sed nec ille, qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt: nec expectandum eſt, dum vendat, ſed in præſentia non qua filius alicuius, ſed qua homo æſtimatur.* Cicero ad Atticum: *Quà domini quà aduocati ſibilis conſciſſi ſunt.* & alibi; *Intelligo te diſtentiſſimum eſſe qua de Butrotijs, qua de Bruto.* item alibi: *At quàm honeſta, quam expedita tua conſilia, quam euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congreſſus ſermonisq; cum Cæſare.* rurſusq; ad Quintum fratrem: *Omnia conueſtiuit hedera, qua baſim villæ, qua intercolumnia ambulationis.* poteſt igitur Plinius de Cicerone loquens Ciceroniano hoc dicendi genere etiam vti voluiſſe videri; etſi non vſus hic tantùm ſed& alibi quoq; exemplo, præter Ciceronem, Plauti, Horatij, Liuij, & aliorum quorum omnium loca adducere vt longum foret, ita minime in re præſertim indubitata & certa ducimus neceſſarium.

Vide l. cui ſeruus ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.

Vide L. pretia rerum ad L. Falcidiã.

Geminum tertio huic Cic. loco videtur illud Horat: *Quà res, quà ratio ſuaderet quaq; modeſte Municipem eſſe dicet.*

Plautus Trinummo.

Liuius lib. IX. & X. ab. V. C.

EPIST. XCIII.

Franc. Modius Philippo Michaeli Beuthero S. Argentoratum.

AGe, age Beuthere mi, ineptias istas indignas litteratis litteris quas colimus, & per eas nobis quoque missas faciamus; & in gynecæa aut si qui virorum conuentus concessusq; illis quam simillimi sunt, eo relegemus. nam quid per deos tibi vis? an me si operæ fuisset, non potuisse existimas totidem verba, tam lecta, tam anquisita, quibus illud efficerem, vt in nos conueniret vetus hoc; mutuum muli: ad tuam laudem quoque concipere? numquam deesse mihi illa potuissent in tanta virtutum tuarum, tanta eruditæ doctrinæ tuæ copia. sed & tu laudanda facere, quam laudari mauis; & ego abhorreo natura mea à malè inueterata ista in os laudandi cõsuetudine. maloq; aliquid de studijs heri Nemesiani Eclogas composui cum Calpurnianis; nimiumq; verum esse deprehendi magni illius Cæsaris Scaligeri iudicium, quo Nemesianum Calpurnio longè castigatiorem rectè censuit. corrupta autem vt videre visus sum, in eo loca hæc fere notaui. Ecloga prima:

I. Nemesiãus emendatus semel & iterum. Ecl. 1. Vers. LXXII.

Siluestris nunc te platanus Melibœe, susurrat:
Te pinus reboat: Te quidquid carminis Echo,
Respondent siluæ. Te nostra armenta sequuntur.
Namq; prius siccis phocæ nascentur in aruis:
Vestitusq; freto viuet leo; dulcia, &c.

locus

locus hic videtur & à ſcriptura, & ab interpũctione malè habere, atque ita ſanandus:

Silueſtris nunc te platanus, Melibœe, ſuſurrat:
Te pinus reboat. Te quidquid carminis Echo
Reſpondent ſiluæ. Te noſtra armenta loquuntur.
Namq; prius ſiccis phocæ naſcentur in aruis,
Hirſutusque freto viuet leo &c.

repoſui; *loquuntur* ex lib. vet. poſtulante ſententia, & confirmãte eam lectionem Virgilio à quo totus hic locus eſt, iſtis:

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum, montesque feri ſiluæque loquuntur.

& alibi:

Ipſi lætitia voces ad ſidera iactant
Intonſi montes: ipſæ iam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta, Deus, Deus ille, Menalca.

porro illud; *Te quicquid carminis Echo Reſpondent ſiluæ* explicat Virgilij illud ecloga vltima: *reſpondent omnia ſiluæ.* dictum enim à Nemeſiano *quidquid carminis ſiluæ reſpondẽt Echo*, pro, *quidquid carminis Echo reſpondet ſiluis.* & fuit cũ planè legendũ ita putarem, nec me adhuc coniecturæ huius pœniteat. Sic & apud Calpurnium legatur ſi quidem rectè legatur:

II. Calpurnius correctus Ecloga IV. verſu XXVII.

certè mea carmina nemo
Præterquam his ſcopulis ventoſa remurmurat Echo.

pro quo malè circumfertur. *Prater ab his ſcopulis.* Eclog. II. verſu 85.

III. Reuerſio facta ad Nemeſianum Ecloga II verſu XXCV.

cantamus auena,
Qua diui cecinere prius; qua dulce locutus

Tityrus, è ſiluis dominam peruenit in vrbem.

Nos quoq; te propter, Donace, cantabimus vrbi: ſententia poſtulat vt legatur:

Nos quoq; te propter Donace, cantabimur vrbi id eſt; te faciente nobis vt Propertius loquitur, ingenium ô Donace, ſcribimus carmina digna, quæ non ruſticorum & paganorum, ſed & vrbanorum quoq; oculos auresq; morentur. Ecloga tertia.

IV. Ecloga III. verſu XVII.

Te cano qui grauidis ederata fronte corymbis
Vitea ſerta plicas: qui quando palmite tigres
Ducis odorato perfuſus colla capillo:
Vera Iouis proles.

turbando loco eſt illud *quando.* quid enim, tum & non aliàs vera Iouis ſoboles Bacchus, quam cũ tigres ducit? planè reponendum, volentibus tamen libris, ne quis erret; *qui comtos palmite tigres Ducis.* Ecloga IV & vltima:

V. Ecloga IV. verſu XII.

Tum tandem feſſi quos luſus ederat ignis,
Sic ſua deſertis mudarunt vulnera ſiluis.

hic alij legũt; *quos luſus & ederat ignis.* alij aliter: diuerſa quiſque & ab hoc loco aliena interpretatione. mihi placebat; *quos luſus adederat ignis.* vt *luſus* pro, eluſus dixerit, quod valet fruſtratus. nã *adederat* quid ſibi velit ſatis clarum ex iſto Virgiliano: *Ne te tantus edat tacitam dolor*: ac alibi; *eſt mollis flamma medullas.* mihi, inquam, ita placebat. maximè, quia præcedit:

VI. Verſu IX.

Dum modo conditas vitant in vallibus ornos
Nunc fagos placitas fugiunt.

vbi nota illas *conditas ornos* &, *placitas fagos* ex

I.C.

I.C. schola sumtas voces. quas alij temerè & nullo sensu in *conductas* & *placidas* mutarunt. vt & hoc malè apud Silium Italicum initio statim libri primi inueterasse, recte scribit in Semestribus eruditissimus Faber, cum ibi legitur:

VII. Silius notatus lib. I. versu XI.

Ter placidam suasit temerando rumpere pacẽ.

cum reponendũ sit *placitam* id est, pactam, conuentam. sed de his alias. Versu 25.

IIX. Iterum Nemesianus eadem Ecloga IV versu XXV.

Donũ forma breue est, nec se tibi cõmodat annis.

non deest huic versui ita exarato sua, vt quibusdã videtur, & quidem aptissima sententia: mihi tamẽ nescio quomodo ita potius corrigẽdus videtur:

Donum forma breue est, nec se tibi commodat annus.

Albinouanus ad Liuium in morte Drusi:

Vita data est vtenda: data est sine fœnore nobis
Mutua; nec certa persoluenda die.

quod manat ex illo Lucretiano:

Vitaq; mancupio nulli datur, omnibus vsu.

sed plura de his ad ipsum aliquando fortasse Nemesianum. Vale.

EPIST. XCIV.

Franc. Modius Iacobo Cruquio S.
Brugas.

VMquamne nos, amicissime Cruqui, vna reuidebit Musæum tuum? vmquamne cum Giselino & Lernutio, more quondam nostro, de litteris seremus sermones? equidem, cũ tempora inspicio, & nubes bellorum considero; parum abest, quin eius rei spẽ omnẽ proijciam: rursum;

cum reputo quantæ ſæpè res momento vno mutentur; redeo eo, vt futurũ ſperare, & forſan breui audeam, quod quo modo fieri omnino queat, exputare nõ poſſum. ſed viderit de his, qui ſupra nos curat; tuque interea abduc, quod poteſt, mecum à turbis iſtis pauliſper animum, & pauca attẽto hæc perlege iudicio. Italici carmina ſunt:

I. Silius Italicus li. VII verſu IↃXXIIX. bis correctus.

——properè capere arma maniplis
Edicit, nulloque tenet munimine turmas
Auſonius, torquet totas in prælia vires
Pœnorum ductor, propellitque agmina voce;
Dum dictator abeſt, rape miles tempore pugnã.

quæ lectio, ſi vera eſt, quomodo mox ait?

Primus clauſtra manu portæ dictator, & altos
Diſiecit poſtes, rupitque in prælia curſum.

planè legendum:

——Vallique tenèt munimine turmas.

videatur Liuius. ſed & vltimo verſu reponendũ:

——rape miles tempora pugnæ

quod valet, occupa tempus, ſolens locutio bonis ſcriptoribus. Sequitur:

II. Verſu IↃXCV.

——ingerit haſtas,
Auerſumq; premit telorum nubibus hoſtem.

membranæ: *Auerſumque premit*, quod nõ paullo melius hic cõuenire videtur. Sed iam ad inſignem planè locum te voco:

III. Verſu IↃCXIIX ſuppletus, & emendatus.

Nec non exemplo (inquit poëta) *laudis furiata iuuentus*
Sylla ruunt, Craſſusq;, ſimul, iunctusq; Metello
Fannius, ac melior dextra Torquatus inibant
Spectati Fabio &c.

ſatis

ſatis proba hæc videntur, nec ſunt: legendū enim ex m. ſ. optimo illo Agrippinenſi:

Nec non exemplo laudis furiata iuuentus
Syllæq3, Craſſiq3 ſimul, iunctusq3 Metello
Furnius, ac melior dextræ Torquatus inibant
Prœlia, & vnanimi vel morte emiſſe volebant
Spectari Fabio &c.

tale eſt illud Virgilij:

———*vitāq3 volunt pro laude paciſci.* Mox: IV. Verſu IↃCXLVI.
———*volucrem per terga ſagittam*
Fundit, Achemenio detrectans prœlia ritu.

haud dubiè legendum:

———*volucrem poſt terga ſagittam*
Fundit. qui Partho mos. Iterum mox: V. Verſu IↃCLXVII.
Talia dum metuit, nec pugnæ fiſus in hoſte
Tam rapido, nec deinde fugam ſuadente pauore,
Per dumos miſer, & vicina cacumina quercus
Repſerat &c.

malām rem ſciolis, qui ita nobis omnia contaminant. ſcripſerat Silius:

Talia dum metuit, nec pugnæ fiſus in hoſte
Tam rapido, nec deinde fugæ; ſuadente pauore
Per dumos miſer in vicina cacumina quercus
Repſerat &c. Sequitur: VI. Verſu IↃCCXXX. bis, ter notatus.
———*ſenior numerato milite lætus*
Collibus & tuto repetebat in aggere caſtra.
Ecce autem è media iam morte renata iuuētus
Clamorem tollens ad ſidera, & ordine longo
Ibat ouans, Fabium q3 decus, Fabium q3 ſalutem
Certatim, & magna memorabat voce parentē.
Tum qui partitis diſceſſerat ante maniplis;

Sancte, ait, ô genitor, revocati ad lucis honorem,
Si fas vera queri &c.

quæ corrige:

——— senior numerato milite latus,
Colles & tuto repetebat in aggere castra.
Ecce autem è media iam morte renata iuuentus
Clamorem tollens ad sidera, & ordine longo
Ibat ouans, Fabium q. decus, Fabium q. salutem
Certatim & magna memorabat voce parentē.
Tum qui partitis dissederat ante maniplis,
Sancte, ait, ô genitor, reuocato ad lucis honorem
Si fas vera queri &c.

scilicet *collis* pro *colles* scriptum inuenerāt, à quibus illud *collibus* est. sed & in reliquis prona fuit vnius litteræ mutatione in errorem via. Vale, hic enim cum libro habebit finem Epistola mea.

EPIST. XCV.

Franc. Modius Iacobo Didymo I.C. S.

ITa omnino est, clarissime Didyme, quantum illi errant, qui Lucanum suum Virgilio, si dijs placet, conferre non erubescunt, tantum propè peccant in aliam partem & hi, qui eum non tam suo quam gentis suæ vitio in multis immodicū, & tumidum, in poëtarum dumtaxat bonorum classe censendum non arbitrantur. cur enim nō ijdem qui in culpas eius tam diligenter inquirimus, virtutes quoque viri consideremus? planè in hoc multorum iudicia iudicijs dissimilia videri possunt, quod aut placitum scriptorem semel supraque hominesque deosq; statim collocant,

aut

aut non facientem ad sapientiam suam ita deprimant, vt indignum esse lectione credi sibi ilico postulent. Modestius sanè Plinius, quem ex Nepote ita dictitare solitum accepimus, Nullũ esse omnino auctorem, ex quo non aliquid attentus lector in vsum suum excerpere posset. si ex quouis scriptore; quãto magis ex Lucano aliquid discere, aliquid doceri possumus, in quo versus multi tam castigati, sententiæ tam aptè insitæ, doctrinæ tam raræ sparsa semina, vt haud sciam an non culpas auctoris sui facilè præstare queant; iudicem modo habeant nõ dico suum, sed certè non nimis iniquum, & omnino talem, qualem tu dare poteris. cui simul etiam has meas in eundem poëtam notas arbitrandas cõmitto. Lib. VIII. versu 121. Mitylenæorum ad Magnum iam victũ in campis Pharsalicis hæc sunt verba:

I. Lucanus lib. IIX. versu CXXI. notatus.

Accipe templorum cultus, aurumque deorum
Accipe: si terris, si puppibus ista iuuentus
Aptior est, tota, quantum valet, vtere Lesbo
Accipe, ne Cæsar rapiat, tu victus habeto.
Hoc solum crimen merita benè detrahe terræ
Ne nostram videare fidem felixque secutus
Et damnasse miser.

fuit mihi semper suspectum illud:

Accipe, ne Cæsar rapiat, tu victus habeto

& habeo iam affirmare, cum non magis in Pulmannianis, quam in duobus quos nos inspeximus m. s. codicibus reperiatur nõ esse τοῦ ποιήτου. Versu 390:

II. Versus CCCXC

——tentare pudendum
Auxilium tanti eſt, toto diuiſus in orbe.
A terra moriare tua.

melius noſtræ membranæ:

——tanto diuiſus vt orbe
A terra moriare tua?

niſi tamen *toto* quis retinendum exiſtimet propter Virgilianũ illud: *& toto diuiſos orbe Britannos.* cui non pugnabo, dum mihi viciſſim hocille det *vt* noſtrum omnino hic reponendũ. Sed

III. Verſu ccccxxxi. & verſu 431. mox ſequenti planè reſtituendum: *Non tibi cum primum gelidum tranſibis* (*tranſibit* iam malè legitur etiam in Pulmanniana, operarum opinor incuria, editione) *Araxen?* & de Pompeio, non de Craſſo locus accipiendus.

IV. Verſu 1ccci. Verſu 701.

Hac fortuna fide Magni tam proſpera fata
Pertulit: hac illo ſummo de culmine rerum
Morte petit, cladesq; omnes exegit in vno
Saua die, quibus inmunes tot præſtitit annos.

auſculto libros in quibus eſt: *cladesq; omnes exegit in imo Saua die, quibus inmunem tot præſtitit annos.* alioqui falſum clades omnes exactas à Pompeio vno eoq; nouiſſimo hoc vitæ ſuæ die: quando enim magis perijt, quam quo tempore à Cæſare in campis Pharſalicis victus turpi fugæ ſeſe mãdare coactus eſt? omnino dico audio mẽbranas amiciſſimi Weidneri mei. vt reſpexerit Lucanus ad illud Solonis; *dicig; beatus Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.* quo etiam ſpectant illa eiuſdem Lucani ex lib. VII.

—ſic

——sic longius ævum
Deſtruit ingentes animos, & vita ſuperſtes
Imperio: niſi ſumma dies cum fine bonorum
Affuit, et celeri prævertit triſtia leto. *imus dies* igitur erit, extremũ vitæ tempus. Ouid. de nuce:

Me, ſata ne lædam; quoniam ſata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.

id eſt extremus fundus niſi potius extrema fundi pars. ſed & Horatius de Arte, *imum fabrũ* vocat, in extrema vici parte habitantem. video hic eſſe qui oppoſita inuicem ſibi iſta velint *vno die* &, *tot annos*; ſed nihil me mouẽt cur enim eidem non extremum quoque vitæ tempus cum omni anteacta quam longa fuit ætate conferant, conferrique hic à poëta cenſeant? Verſu 806. V. Verſu IↃCCCVI.

Quod ſi iam ſacro dignaris nomine ſaxum.

parum refert, malo tamen cum noſtris ſcriptis libris: *Quod ſi tam claro dignaris n. ſ.* alioqui enim ingrata ſit hic auribus vocis *ſacro* repetitio; quæ ſtatim præceſſit, vbi dictum eſt à poëta:

Inſcripſit ſacrum ſemiuſto ſtipite nomen.

Verſu 865: VI. Verſu IↃCCCLXV.

Proderit hoc olim quod non menſura ſepulcri
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles:
Pulueris exigui ſparget non longa vetuſtas
Congeriem, buſtumq; cadet, mortiq; peribunt
Argumenta tua &c.

corrigendum facilè videbit, quicumque locum conſiderabit, vt & correctum à Pulmanno viro docto & hic diligẽti inprimis veriſimile mihi ſit, niſi operæ eum ſequi neglexiſſent:

Proderit hoc olim quod non manſura ſepulcri
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles:
Puluerisexigui ſparget non longa vetuſtas
Congeriem, buſtumq; cadet, mortiſq; peribunt
Argumenta tua.

EPIST. XCVI.

Franc. Modius Stephano Pighio S.

EA ſunt tua, Pighi optime & eruditiſſime, in Valerium Maximum ſcriptorẽ prodigioſiſſimè, ſi quis alius, corruptum; & certatim à ſciolis per tot ſæcula ad noſtra vſq; tempora interpolatum merita, vt de eo auctore & preſens tibi debere debeat lubẽter, & vero etiam omnis in poſterum debitura ſit ætas. Ego ſanè, vt de me ipſe aliquid dicã, non poſſum non gratulari ſcriptori, niſi quod ſeruilibus paſſim adulationibus gloriã ſuam obſcurat, optimo, optimũ, litteratiſſimum, & quod caput hic eſt iudicij limatiſſimi ſimul & ſolidiſſimi vindicem atq; aſſertorem grauiſſimũ. Cuius enim, dij magni, ingenij fuit tot locorum tam monſtroſè inquinatorũ cauſſam perſpicere; cuius iudicij errorum fontibus inuẽtis, in priſtinum omnia reſtituere, & ex vitij manifeſtiſſimis cõpluribus variãtibus lectionibus manibus exaratorum olim codicum, veram ſinceramq; eruere? Denique quam laborioſæ induſtriæ, & quam multa variaq; variorum ſcriptorum lectione inſtructæ confuſa temporibus exempla digerere, veraq; ſua hominibus non tantum Romanis, ſed Græcis quoque & Barbaris nomina reſtituere?

Equi-

Equidem ſic ſtatuere ſoleo quiduis horũ alium vt ab hoc hiſtorico manus abſtineret, permouere potuiſſe, quæ te vniuerſa adeo non deterruere, vt alacrior quodammodo animo ſiorque quo tibi cũ pluribus hydris rẽ fore videbas, in certamen deſcenderes, ex quo adnitẽtibus credo Muſis ipſis Herculeq; adeo Muſageta, cuius in veſtigio pedẽ fixeras, & victor tandẽ abijſti, & ciuicã qualẽ haud ſcio an vmquam alius quiſquam, meruiſti. De quo vtiã dixi cũ ipſi Valerio gratulor, tum mihi totiq; collegio Muſico gaudeo. teque, mi Pighi, eiuſdem collegij nomine hortor, ſiue æquũ eſt, oro etiã, vt tuos Romanorũ Magiſtratuum libros quorũ ad illuſtriſſimum Marchionẽ ab Haurech obiter ſemel & in notis tuis ſæpius mentionem feciſti, primo quoq; tempore, quod commodo tuo fiat, & alteram æternitatẽ tibi pariat, cũ dijs bene fauentibus luci publicæ permittas. Ego, qui ex collatione vnius manu expreſſi libri ad tuam Valerianam editionẽ ſatis ſuperq; quot modis te ille auctor exercitũ habuerit deprehendere viſus ſum, hæc paucula præterea hodie notaui, de quibus te arbitrari volo. Lib. II. cap. IV. quod eſt de ſpectaculis: *Qua* (calda) *pota, ſalutari quiete ſopitu, diutina vi morbi repẽte ſunt liberati: patriq; indicauerũt, vidiſſe ſe in ſomnijs quos neſcio deorũ, ſpõgia corpora ſua pertergere, et præcipere vt ad Ditis patris et Proſerpinæ arã, à qua fuerat potio ipſis allata, furua hoſtia inmolarẽtur, lectiſternia ludiq; nocturni fierẽt.* non dico quidquã in hac lectiõe ineſſe vitij, ſed tamẽ cũ & vulgati an-

I. Val. Maximus lib. II. cap. IV. notatus.

tea libri *pertergi* & *præcipi* habuerint & m.ſ. Bambergenſis, quo vſus ego, ita diſertè perſcriptum præferat, videndum an forte ex eodem libro totus locus ita concipiendus: *patriq; indicauerũt vidiſſe ſe in ſomnijs à neſcio quo* (ſiue *quis* quis malit) *deorum ſpongia corpora ſua pertergi, & præcipi, vt ad Ditis patris & Proſerpinæ aram, à qua fuerat potio ipſis allata, furuæ hoſtiæ immolarentur, lectiſterniaq; & ludi nocturni fierẽt.* Seq. cap. quod

II. Cap. v. eſt de externis inſtitutis: *Audierant enim lautitiam inde, & immodicos ſumtus, & omnia non neceſſariæ voluptatis genera fluxiſſe: primosque Ionas vnguenti, coronarumq; in conuiuio dandarum, & ſecundæ menſæ ponendæ conſuetudinẽ, haud parua luxuriæ irritamenta reperiſſe.* in codice Bambergenſi nõ erat vox *ponendæ*, videturq; adeo nõ nimis neceſſaria: imo fortaſſe ſine ſentẽtiæ vllo interimento æquè cõmodè afutura. & obſeruaſſe viſus ſum, nullũ perinde atq; hunc ſcriptorẽ gloſſographorum emblematis inſitiuis interpolatũ

III. Cap. vii. cap. vii. De diſciplina militari: *Iam C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam, ſanguine ſibi iunctum, quem obſidioni Hiparitanæ, ad auſpicia repetenda Meſſanã tranſiturus præfecerat, virgis cæſum, gregalis militiæ munere inter pedites fungi coegit.* mẽbranæ Bambergenſes: *virgis cæſum, militiæ munera inter pedites fungi coegit.* quod placet. *gregalis* enim illud, quod tu Pighi in m.ſſ. tuis x. xii. nõ inuentum ex Frontino huc arceſſendum putaſti, ſi pateris, vt ad te potiſſimum ſcribens, à te in re non magna diſſentiam, adeo hic neceſſarium nõ

eſt,

eſt, vt abeſſe nō poſſit. cum enim peditem munificem dicis, perinde eſt, atq; ſi gregalem militem dicas vt ſatis conſtat ex Vegetio. porro *fungi munera* neſcio quomodo aurib. meis lenocinatur, & eſt è medio Latio. Lib. III. cap. II de Fortitudine. *Capi ergo virtus neſcit, patiētia dedecus ignorat.* nihil minus, patientia enim dedecori cū maximè ſemper obnoxia eſt, quare ſcripſerim: *patiētiæ dedecus ignorat.* neq; te aliter Pighi de hoc loco ſtatuiſſe arbitror, ſed typographicum hoc eſſe erratum. IV. Lib. III. cap. II.

Eod. cap. de Epaminonda: *Quod ſi eum dij immortales victorijs ſuis perfrui paſſi eſſent, ſoſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet.* Bamberg. liber. *ſoſpes, ſed glorioſior patriæ mœnia nō intraſſet.* quod nō diſplicebat hoc ſenſu: ſoſpes quidem & incolumis in patriam redijſſet; at gloria maiore reuerti omnino nō potuiſſet, geminum germanum vt ſit Propertiano iſti de Pæto: V. Eod. cap.

Viueret ante ſuos dulcis conuiua penates,
Pauper, at in terra, nil vbi flere pote.

de quo loco ita recte à ſe emendato legat doctiſſimus mihique amiciſſimus Ianus Mellerus Palmerius libris illis, quos Spicilegiorum titulo nuper edidit. Adhuc eodē cap. *Cum peſtifera ſeditione Syracuſarū, tota regis Gelonis ſtirps, euidentiſſimis exhauſta cladibus, ad vnicam filiam Harmoniam, virginē eſſet redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius, æqualem illi puellam, regio cultu ornatā, hoſtilibus gladijs obiecit.* probo noſtri libri ſcriptam lectionem: *hoſtilibus gladijs ſubiecit.* vt itidem hoc vſurpetur vt *ſup-* VI. Adhuc eod. cap.

VII. Cap.III. *ponendi* verbum. Cap.III.de patientia: *Eiusdē nominis philosophus, cum à Nearcho tyrāno, de cuius nece consiliū inierat, torqueretur, supplicij pariter atque indicandorum consciorum gratia; doloris victor, sed vltionis cupidus, esse dixit quod eū secretò audire admodū expediret: laxatoq; eculeo postquā insidijs opportunū tempus animaduertit, aurē eius morsu corripuit.* a.m.s.abest τὸ *tēpus* lōgè optimè. est enim inepti alicuius nugatoris additamētum, qui non videret *opportunū* illud ad Nearchū

IIX. Cap.IV. tyrannū referendū. Cap.IV.de humili loco natis, qui clari euaserūt: *Miro quoq; gradu Varro ad consulatū ex macellaria patris taberna conscendit: Et quidem fortuna parū duxit sordidissimæ mercis capturis alito* XII *fasces largiri* &c. antea in editionibus erat; *fortuna parum duxit sordidissimæ mercis capturis inquinari solito* sed tu, quod verbū *inquinari* in nullis libris scriptis melioris tantummodo notæ exstare deprehenderes recte vt nothum & surreptitium hinc illud eijciendū iudicasti, mutato *solito* in *alito* quod ita in Cauchiano codice legeretur. quod etsi damnare factum plane non ausim; tamen cum, vt ipse quoq; fateris, in Atrebatensi *salito*: in reliquis *solito* perscriptum reperiatur, neq; aliter in nostro Bambergensi legatur, & vero elegantissimam Latinissimamq; locutionem efficiat, æquius melius mihi videtur vnius Cauchiani plurium librorū consentienti auctoritati cedere. vt *solito* idem hic sit quod assueto. qua significatione millies eo verbo vsi de veteribus optimus quisq;.

EPIST.

EPIST. XCVII.

Franc. Modius Ioanni Posthio Archiatro Wirzeburgico S.

DE munere tuo Posthi, tam exspectato omnes te hic amamus; ipseq; adeo antidoron, ne diutius hoc tibi à me debeatur, mitto ecce auctores bellicos, mea opera vulgatis hactenus, longè ni fallor, emendatiores. de te largitor, dices. cupio mi Posthi, sed poëmata mea, quod solũ meum opus vocare possum, limã desiderãt. terret enim me, vt verum fatear, quod cũ videam tua tam accurata & polita, atq; ad vnguẽ veteres illos poëtarum principes exprimentia, metuam, ne mea ad illa collata, etiã viliora, vt sunt, videantur, & tamen sic quoq; non omnino abijcienda mihi illa esse existimo; vel quod mea sunt: vel quòd vos passuri nõ videamini. exibũt igitur illa vt dixi; sed suo tẽpore interea vide nũ rectè hæc in Cicerone emendauerim. Pro lege Manilia: *Lucullũ magnis rebus gestis ab eo bello discedere: huic qui succurrerit nõ satis esse paratũ ad tantum bellũ administrandũ* reponendũ videtur, vt habet m.s. Colon. *huic qui succesſerit* quæ vox, vt scis Posthi, propria & germana est huius loci. nec me mouent quæ doctissimꝰ vir Fuluius Vrsinus in suis ad hãc orationẽ notis contra disputat. quod ille cum de coniectura lectionem hanc esse putaret, nõ immeritò eam scripturæ veterum librorũ, quę præsertim sententiã non malã efficeret, postponendam putaret; aliter haud dubiè pronunciaturus, si has nostras membranas inspexisset. Statim: II.

I. Cicero notatus pro L. Manilia.

Genus est enim eiusmodi, quod maxime vestros animos excitare atq; inflammare debet. referunt membranæ: *genus est belli eiusmodi quod maximè vestros animos excitare atque inflammare ad persequendi studiũ debeat.* quę vltima verba caue otiosa, aut ab alio, quam à Cicerone putes. omnino hic ad hoc exemplum multa deerant, quorũ alia ab alijs restituta, & in locum suum reducta sunt,

III. hæc à nobis. Post pauca: *Qui* (Mithridates s.) *postquam maximas ædificasset ornassetque classes, exercitusque permagnos, quibuscumque ex gentibus potuisset, comparasset: Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset; vsq; in Hispaniam legatos Ecbatanis misit, ad eos duces* &c. scribo cum membranis: *Qui postquam maximas ædificasset ornassetque classes, exercitusque permagnos, quibuscumque ex gentibus comparasset, & se Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset, vsq; in Hispaniam legatos ac literas misit ad eos duces* &c. & monuerat *Ecbatanis* hic ferri nõ posse etiam D. Lambinus: ideoq; suggestu F. Fabricij nostri, vt ipse fatetur, pro eo; *ac litteras* reposuerat; vt nihil opus fuisse videatur nostra hic opera, cui lubens etiam parcerem, nisi quę Lambinus hic notauit, nostri etiam libri auctoritate confirmanda putassem, quod videam doctissimum quendã virum nunc adeo nuper pro *Ecbatanis*, *ex Albanis* reposuisse, quem spero pluriũm librorum testi-

IV. monijs cessurum. Iterum post pauca: *Itaq; hæc vobis prouincia, Quirites, si & belli vtilitatẽ, & pacis dignitatem sustinere vultis, non modo à calamitate,*

tate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. aptior videtur m.s. lectio: *retinere vultis.* Estq; V.
mox in eodem ibi: *Etenim illud primum parui refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria reciperare.* pro, *recuperare* quod vulgo obtinet. Mox legitur: *Quare videte num dubitandum vobis sit, omni studio ad id bellum incumbere: in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum ciuium, cum repub. defenduntur.* in m.s. est: *fortunæ plurimorum ciuium coniunctæ cum repub. defenduntur.* non improbo: præcessit enim: *non enim possunt in vna ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant. à quo periculo prohibete rempub. & mihi credite, id, quod ipsi videtis. hæc fides, atq; hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur, implicita est cum pecunijs Asiaticis & cohæret: ruere illa,* &c. Eadem oratione: *Atq; vt omnes* VII.
intelligant me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum forti viro & sapientissimo homini, & magno Imperatori debeatur. emendandum ex m.s. *Atq; vt omnes intelligant me L. Lucullo tantum impertiri laudis quantum forti viro, sapienti homini & magno Imperatori debeatur.* Viderat Lambinus quoque vulgatam lectionem minus probam, ideoque conijciebat legendum. *quantum fortissimo viro & sapientissimo homini,* &c. sed nunc coniectura nihil opus est. Post paucos omni- IIX.
no versus: *Ab eodem Imperatore classem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Ita-*

liam ſtudio atq; odio inflammata raperetur. quo pacto elegantiſſima eſt locutio, & Terentius vo-
IX. ce ſtudio amat vti. Poſt aliquam multa. *veſtro iuſſu coactus, quod imperij diuturnitati modum ſtatuendum veteri exemplo putauiſtis, partem militum, qui iam ſtipendijs confectis*, &c. lego cum m. ſ. *Qui imperij diuturnitate modum ſtatuendum veteri exemplo putauiſtis.* Et puſillum hoc eſſet in alio ſcriptore monere fortaſſe, ſed in Ciceronе nihil poteſt eſſe tam exiguum, vt modo illud ad elegantiam pertineat, quod non cum cura notari mereatur, neq; ego, cum hæc ſcribebam, famam meam extendere, ſed Ciceroni
X. conſulere ſtudebam. In quo iterum eſt: *Nam quid ego Hoſtienſe incommodum, atq; illam labem atq; ignominiam reipub. querar? cum prope inſpectantibus vobis claſſis ea, cui conſul Pop. Rom. præpoſitus eſſet, à prædonibus capta atq; oppreſſa eſt.* Pro poſtremis his erat in membranis; *ac deprehenſa eſt*, ſcilicet eſſe legendum: *depreſſa eſt*, ſic ſupra dixit; claſſem, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam raperetur, à Lucullo ſuperatam eſſe atq;
XI. depreſſam. Statim: *Quis enim vmquam aut obeundi negotij, aut conſequendi quæſtus ſtudio, tam breui tempore tot loca adire, tantos curſus conficere potuit, quam celeriter Cn. Pompeio duce belli impetus nauigauit? qui Siciliam adijt, Africam explorauit: inde Sardiniam cum claſſe venit, non dum tempeſtiuo ad nauigandum mari.* Locus tranſpoſitus, ſi membranis credimus, in quibus hoc ordine legitur: *Quis enim vmquam aut obeundi negotij,*

gocij, aut consequendi quæstus studio, tam breui tẽpore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit; quam celeriter Cn. Pompeio duce tanti belli impetus nauigauit? qui nondum tempestiuo ad nauigãdum mari, Siciliam adijt, Africam, &c. Deinde est: *Itaq; propter hanc auaritiam Imperatorum quantas calamitates, quocumq; ventum sit, nostri exercitus ferant quis ignorat?* Membranæ: *nostri exercitus adferant.* quod etsi minus placet; quia tamen in vulgato *ferant* inest ambiguitas; nescias enim an hoc velit Cicero; propter auaritiam Imperatorum pati milites calamitates, an adferre eas hominibus ad quos veniunt, recipiatur sane scripta lectio. Sed iam opinor tempus est, vt te missum faciam, neq; enim vno te ictu conficere consilium est. ne tamen sis nescius sub cultro te relinqui, scito propediem etiam maiores nugas à me tibi esse venturas. decreui enim selecta quædam de poëmatis meis ad te mittere, eliciendi de ijs similiter iudicij tui. Vale. XII.

EPIST. XCIIX.

Franc. Modius Thomæ Popelio S.

Oppenhemiam.

MAlè facis, Popeli, si quidem mihi apud te, de te queri fas est, qui tibi tamdiu gloriam, nobis amicis tuis, & publico suauissimorum tuorum epigrammatum lectionem inuides. decuerat illa iampridem in omniũ manib⁹ oculisq; versari. satis, imo nimium etiã diu priuatis scrinijs continentur. placet versus cum cura scriptus: sed ita, vt ne nimia illa sit. alioqui enim, dum alterum

vitium vitatur, in contrarium incurritur. scis non placuisse summum illum alioqui pingendi artificem, qui numquam manum de tabula. caue putes aliam esse poëseos hic, quam picturæ rationem. amat sine modico coli. nimiam illam, & superstitiosam diligentiam, non aliter, atque ingenuæ pulchritudinis virgines fucum, aspernatur. quæ quidem non eo à me dicuntur, quo te admonitione mea magnopere egere existimem: satis tibi consiliorum domi est; neq;, si non sit, desint alij, qui ista & pro sua prudentia melius differant, & pro iure suæ tecum familiaritatis, liberius disputent: sed vt intelligeres, me tuæ gloriæ cũ Posthij nostri, cui tu illa rectè dare dicare statuisti, laude coniunctæ perquam esse studiosum. de quo quia te non dubitare existimo, accipe illud. eram hodie in Silio Italico, poëta bono quidem, vt sciunt omnes, sed adeò contaminato, vt difficulter id alijs persuasum iri existimem, quam si qui eum meo exemplo cum membranis conferre dignabuntur. in eo tam, vti dixi, corrupto scriptore, in reliquis hæc enotabam.

I. Silius notatus lib. III. Versu LXI.

Hæc propere spectata duci, nam multa fatigant
Pondera curarum: primum subducere bello,
Consortem thalami, paruumq; sub vbere natũ.
Virgineis iuuenem tedis, &c.

vbi & interpunctione, & verborum, qua interpolatione, qua inuicem sibi suppositione peccatum est. quod corrigetur vtrumq; reponendo m. ff. scripturam, quæ est:

Hæc

Hæc propere ſpectata duci, nam multa fatigant.
Curarum prima exercet ſubducere bello
Conſortem thalami, paruumq; ſub vbere natũ.
Virgineis, &c.

alibi ait poëta:

Maxima curarum rectorem ponere caſtris.

Poſt multa: II. Ver. CCXVII.

Prodito Calliope famæ, quos horrida cœpta
Excierint populos, &c.

reducatur, & reſtituatur poſtliminio inpoſſeſſionem ſuam germana lectio, Virgilij etiam exemplo confirmata:

Prodita Calliope famæ, &c.

cuius generis multa non monerem, niſi ea fuiſſet ſciolorum quorundam temeritas in his talibus, vti à paruis confidentius ſibi ad maiora viam ſternerent, vt nobis quoq; ab his ad illa aſcendendum videatur. Mox: III. Ver. CCLVIII.

Herculeam ſeruans factis à nomine famam
Antheus.

legendum addita littera:

Herculeam ſeruans factis ac nomine famam
Antheus.

Eodem adhuc libro de Marmaridis: IV. Ver. CCXCVI.

Ad quorum cantus ſerpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites iacuere Ceraſtæ.

lege poſteriore loco: *Ad quorum tactus mites iacuere Ceraſtæ.* neq; enim hic ſolum vocis, ſed etiam manus vſus, Virg. à quo hunc locum Silius mutuatus eſt:

Spargere qui ſomnos cantuq; manuq; ſolebat,

Mulcebatq; iras, & morſus arte leuabat.

Græci hos ἀσπιδοθήρας & ὀφιοσιώκτας vocant: incantationesq; hæ ſunt Ptolemæo notante delicio Muſarum Io. Scaligero ad Manilium ψυλλίαι. & huc alluſit Symmachus Epiſt. 19. lib. 7. dum ait: *Quis Colchus, vel Theſſalus cantu aut manu has offenſiones leuaſſet?* vide Plinium lib. VII. cap. II.

V. Ver. CCCLIX. Pergit Silius:

Iam cui Tlepolemus ſator, & cui Lyndus origo
Feruida bella ferens Balearis, & alite plumbo.

Hic non dubitabis, ſat ſcio, mecum Popeli, aut cum membranis potius, reiecta voce *feruida* quę nihili omnino eſt, reponere:

——— Et cui Lyndus origo
Funda bella ferens (f. gerens) Balearis & alite plumbo.

exemplo Virgilij cuius eſt illud: *Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.* nobiles enim & inuentione & vſu fundæ Baleares. Vegetius: *Fundarum autem vſum primi Balearium inſularum habitatores & inueniſſe, & ita peritè exercuiſſe dicuntur, vt matres paruos liberos nullum cibum contingere ſinerent, niſi quem ex funda deſtinato lapide percuſſiſſent.* quæ Vegetij vt melius intelligantur: ſciendum eſt, fuiſſe eam in ijs inſulis conſuetudinem, vt eſurientibus filijs à matribus ientaculum in ſublimi trabe poneretur, quod illi contingere non poterant, niſi funda deieciſſent. auctores Lycophron, & Florus lib. 3. cap. 8. Ergo etiam Baleares quidam dictos volunt, ἀπὸ τῆς βάλλειν. Iterum Silius:

VI. Verſu CCCLXVI.

Hos

Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus vndis
Atq; altrix celsa mittebat Setabis arte.
Setabis, & telas Arabum spreuisse superbas:
Et Pelusiaco filum componere lino.

corrige:

Hos inter clara thoracis luce nitebat
Hedetana cohors, quam Sucro rigentibus vndis
Atq; altrix celsa mittebat Setabis arce
Setabis, & telas Arabum spreuisse superba,
Et Pelusiaco filum componere lino.

& *Hedetana* quidem hic legendum vidit ex Strabone alijsq; ante nos Barbarus, idq; in notis ad Plinium monuit. reliqua à me & membranis sunt. Sequitur: VII. Vers. cccev.

Non aliter, quotiens perlabitur æquora cursu,
Extremamq; petit, Phœbea cubilia, Thethyn.
Frenatis Neptunus equis.

apparet liquido scribendum:

——— Perlabitur æquora curru.

nec aliter membranæ. Statim: IIX. Versu cccccxii.

Pyrene celsa nimbosi verticis arce
Diuisos Celtis alte prospectat Iberos.

legendum mutato ordine litterarum:

Diuisos Celtis late prospectat Iberos.

sed quid hæc persequor tam minuta? illud hic potius adijciam & finem faciam. Versus qui vulgo hoc modo post leguntur: IX. Ver. 1 o x v. bis, ter emaculatus.

——— Haurit hiatu
Nix reſoluta viros, altoq; à culmine præceps
Viuentes turmas operit delapſa ruina.
Interdum aduerſo glomeratus turbine Corus
In media ora niues fuſcis agit horridus alis.
Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella.
Audacis rapit arma viri, voluensq; per orbem
Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.

hi inquam verſus, tribus vt minimum locis emẽdandi, & ſic ſcribendi videntur:

——— Haurit hiatu
Nix reſoluta viros, altoq; à culmine præceps
Omenti turmas operit delapſa ruina.
Interdum aduerſo glomeratas turbine Corus
In media ora niues fuſcis agit horridus alis:
Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella
Nudatis rapit arma viris, voluensq; per orbem
Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.

egregius omnino locus, & in quo merito finem facere debeo. Vale.

EPIST. XCIX.

Franc. Modius Iuſto Lipſio S.

VT dl deæq; illos, per quos ſtati olim tabellarij ad nos Colonia Agrippina commeare delierunt: nam abſq; illis eſſet, non ſerius Tacitum acciperes mi Lipſi, quam & ego vellem, & inſtituto fortaſſe tuo expediebat. nunc nundinę mihi manendæ, vt vides, fuerunt. atq; vtinam ſic quoq; tuto ad te perueniat: erit haud dubiè in quo eius variantibus ſcripturis à me cum cura notatis iuuabere. nec etiam hæc vt ſpero ex eo-

dem

dem iudicio tuo dedignabere. Hiſtoriarum lib. 11. *Sed bellantibus alijs placuit expectari bellum, cum in victores victosq; nunquam ſolida fides coaleſceret:* locus eſt vitij manifeſtus. itaq; conijciebas tu, Lipſi, *n̄ in* in *inter* mutandum, & placet, niſi quod Agricola incertum ex libris an ingenio emendabat ante annos plus minus centum. *Sed bellantibus alijs placuit expectari bellum: cum victoribus victos numquam ſolida fide coaleſcere.* quidquid huius eſt, de re ita Curtius meus: *Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris vti. Nam & firmiſſima eſt inter pares amicitia, & videntur pares, qui non fecerunt inter ſe periculum virium. Quos viceris, amicos tibi eſſe caue credas. Inter dominum & ſeruum nulla amicitia: etiam in pace belli tamen iura ſeruantur.* Annalium lib. XII. *Iam fratres, iam propinquos, iam longius ſitos, cædibus exhauſtos: adijci coniuges grauidas, liberos paruos, dum ſecors domi, bellis infauſtus, ignauiam ſauitia tegat:* probabam magis ſcripturam vetuſtè impreſſi Romæ Taciti: *dum ſecors domi, belli infauſtus, ignauiam ſauitia tegat,* vt tranſeat in naturam aduerbij illud *belli* quemadmodum *militiæ* apud Terentium & Salluſtium: Annal. XIII. de morte Britannici: *vt iam non præmaturа, neq; ſæua mors videri queat, quã uis inter ſacra menſæ, ne tempore quidem ad complexum ſorori dato, ante oculos inimici properata ſit.* nihil magnopere refert; malo tamen cum laudato iam Romano libro; *ne tempore quidem ad complexum ſororium dato.* Statim poſt. *Ex*

I. Tacitus notatus Hiſtor. lib. II.

II. Annaliũ lib. XII.

III. Annal. XIII.

IV. Eod. lib.

quibus erat Iunia Silana, quam matrimonio C. Silij à Messalina depulsam, supra retuli, insignis genere, forma lasciua, &c. & hic quoq; cõcinnius videtur quod est in antiqua editione; *insignis genere, forma, lasciuia.* neq; tu scio Lipsi aliter hæc le-

V. gis. quid quod ibi quoq;. *Iur ad Agrippinam vt nosceret obiecta dissolueretq;, vel pœnas lueret.* non displicebat lectio vetus. *vel pœna lueret?*

VI. Eodem adhuc libro: *Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisq; per idoneos locos cohortibus auxiliarijs, ne pugnam priores adirent prædicit.* editio Romana: *ne pugnam priores auderent edicit.* quomodo millies Tacitus loquitur. quodq; Virgilius dixit; *audere*

VII. *in prœlia.* Paucis versibus intermedijs: *Ita consiliaTiriditatiin contrarium vertebantur.* eadem editio, *vertebant.* quæ & ipsa germana Cornelij phrasis. correxi olim apud Curtium: *Philotam sicut recentibus sceleris eius vestigijs iure affectum supplicio censuerant milites, ita post quam desierat esse quem odissent, inuidia in misericordiam vertit.* atq; ita bis vtitur Virgilius verbo *præcipitat,* vt ali-

IIX. bi noto. Paullo post: *In cornibus pedes sagittarius, & catera manus equitum ibat, productio cornu in sinistro per ima collium, vt si hostis intrauisset, fronte simul & sinu exciperetur.* notat eruditissimus sæculi sui Agricola sibi legendum videri: *productiore cornu sinistro per,* &c. tu, Lipsi, iudica-

IX. bis. ego ad ista transeo: De Poppæa. *Igitur agentem eam in matrimonio Rufi Crispini equitis Romani:* cuius Romæ olim codex omisso ~~n~~ *in:*

Igitur

Igitur agentem eam matrimonium, vt dicimus agere consulatum, de qua locutione ἐπέχω. Annal. XIV. de consternatione Neronis, cum illi excogitatus in matris perniciem dolus non processisset: *Tum pauore exanimis, & iam iamq; affore obtestans vindictæ properam, siue seruitia armaret, vel militem accenderet, siue ad senatum & populum peruaderet, naufragium & vulnus, & interfectos amicos obijciendo. quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrhus & Seneca expergiscerentur.* nescio quid sit, quod pro illo, *subsidium* vetus editio *suffragium* referebat, te, Lipsi, cura intentiore hoc considerare par est. Non ita multo post: *Adijciebat crimina longius repetita, quod consortium imperij, iuraturasq; in fœminæ verba prætorias cohortes, idemq; dedecus senatus & populi sperauisset: ac posteaquam frustra oblata sint, infensa*, &c. repræsentat formis expressus in vrbe quondam liber; *quæ postquam frustra optata sint:* & tale aliquid requirit sententia. Iterum paullo post: *Ratusq; dedecus amoliri, si plures fœdasset nobilium familiarum posteros, egestate venales in scenam deduxit.* vide, Lipsi, an non pro *amoliri* æquè aptè vetus scriptura huc quadret, quæ habet *molliri.* & geminum germanumq; locum apud Curtium de Alexandro in Persarum habitum degenerante, & principes amicorum ne in se vno ille inuidiosius conspiceretur, eodem onerante, si operæ erit consule. Adhuc XIV. Annali sed post longum interuallum in verbis Senecæ ad Neronem: *At tu*

X.

XI.

XII.

XIII.

gratiam inmenſam, innumeram pecuniam dediſti. omnino magis placet vetus ſcriptura; *innumeram pecuniam circumdediſti:* ſic Plautus dixit emendante eleganter, vt opinor, Palmerio noſtro: *ſuam non enim ille meretriculis moniendis rem coegit,* &c, certiſſima enim vitæ præſidia re-
XIV. gina pecunia, cui omnia obediunt. Poſt pauca: *Hæc in ore famæ, credentium otio agebantur:* ſæpè laudatus codex: *hæc more famæ.* lego igitur. *Hæc more famæ credentium otio augebantur,* notum enim illud; *viresq; acquirit eundo,* quod nuſquam verius quam apud otioſos. quare prudenter Alexander factitabat, qui otium militum nouo ſubinde bello interpolans, ſeditionum in
XV. exercitu materiam ſuſtulit. non ita longè à fine: *His haudquam Nero pœnitentia flagitij coniugem reuocauit Octauiam.* mutilum hūc locum incertum vnde ita ſupplet Agricola: *His motus Nero, an pœnitentia flagitij coniugem reuocauit Octauiam.* non malè ad ſententiam profecto; ſi tantum libros auctores ſui facti haberet, de qua re N.L. mihi pronuncio; teq; mi Lipſi mellitiſſime, bene valere opto. Wirzeburgi.

EPIST. C.

Franc. Modius Franciſco F.F. Nanſio S.

I. Fulgentius Planciades lib. 1. inſigni gloſſemate ejecto quater, quinquies emendatus de Prometheo.

SI vales, & philoſopharis, bene eſt: nolim enim te circumſtantium & circumtonantium nos procellarum tempeſtate commoueri vehementius. ego quoq; valens in his eram. locus ille Planciadis libro mythologiarum primo de

plaſte

plaſte hominis Prometheo, qui in hæc verba ſcriptus vulgo circumfertur: *Prometheum aiunt hominem ex luto finxiſſe, quem quidem inanimatum atq; inſenſibilem fecerat. Cuius opus Minerua mirata, ſpopondit ei, vt ſi quid vellet de cæleſtibus donis ad ſuum opus adiuuandum inquireret. Ille nihil ſe ſcire ait, quæ bona in cæleſtibus haberentur, ſed ſi fieri poſſet ſe vſque ad ſuperos eleuaret, atque exinde ſi quid ſuæ figulinæ congruum cerneret, melius iniret; id eſt propter ſeptem liberales artes, vel propter ſeptem planetas, qui in aere currunt, oculatus arbiter præſumſiſſet. Illa inter oras ſeptemplicis clypei ſublatum cœlo opificem detulit. Dumq; videret omnia cæleſtia flāmatis animata vegetare corporibus, clam ferulam Phœbeacis applicans rotis, ignem furatus eſt, quem pectuſculo hominis applicas animatum reddit corpus. Itaq; ligatum eum vulturi feræ iecur perenne præbentem vt Nicagoras in Diſthemithea libro quem ſcripſit primum illum formaſſe idolum refert, ex eo quod vulturi iecur præbeat, liuoris quaſi pingat imaginem; vnde & Petronius Arbiter ait: Cui vultur iecur vltimum pererrat & pectus trahit intimasq; fibras. Non eſt quem tepidi vocant poetæ ſed cordis mala liuor atq; luxus: nam & Ariſtoxenus in Epimetheiorum libro quem ſcripſit ſimilia profert. Enimuero Prometheum quaſi προμήθειαν, quod nos Latinè prouidentiam dicimus, ex Dei prouidentia & Minerua quaſi cæleſti ſapientia hominem factum; Diuinum vero ignem quem voluere, animam monſtrāt diuinitus inſpiratam, quæ apud paganos dicitur de*

calis tracta. hic, inquam, locus quinq; minimum locis corruptissimus, ex fide Combergensis manu exarati codicis ita eiectis istis; *id est propter septem artes liberales vel propter septem planetas qui in aere currunt.* quæ sunt glossema scioli alicuius innuere volentis septemplicem Mineruæ clypeum tribui, quod præses liberaliũ artium, quas septem numero statuant, audire soleat; vel quod hic numerus cum planetis congruat; istis, dico, & paucis alijs à fine eiectis hinc, ita constituendus est: *se vsq; ad superos eleuaret, atq; exinde si quid sua figulina congruum cerneret, melius in re oculatus arbiter præsumsisset ſ.i.o.ſ.c.ſ.c.o. d. D.q. v.o.c.f. a.v.v. clam ferulam Phoebaicis applicans rotis i.f. e.q.p.h.a.a. reddidit corpus. Itaq; ligatum eum ferunt vulturi iecur perenne præbenti: v.N.i.D.l.q ſ.primum illum formasse idolũ refert, & quod vulturi iecur præbeat, liuoris quasi pingit imaginem: vnde & Petronius Arbiter ait:*

Cui vultur iecur vltimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasq; fibras;
Non est quem tepidi vocant poetæ,
Sed cordis mala liuor, atq; luxus.

Nam & A.i.E.l.q.ſ. similia profert. Nos vero Prometheum dictum quasi προμήθειαν quod nos Latinè prouidentiam Dei dicimus; & ex Dei prouidentia & Minerua q.c.ſ.h.f. Diuinum vero ignem animam diuinitus inspiratam quæ, &c.

II. De Vlysse & Sirenũ cantu lacuna suppleta.

Sequitur eodem libro de Vlysse & Sirenum cantu: *Trib⁹ enim modis illecebra amoris trahitur, aut cantu, aut visu aut consuetudine. Amantur enim qua-*

quædam ſpeciei venuſtate, quædam etiam lenocinante conſuetudine. manifeſtè deeſt quod primo membro ante poſito reſpondeat; quod ex membranis ita ſuppleatur: *Amantur enim quædam illiciente cantus dulcedine, quædam ſpeciei venuſtate*, &c. Statim de Scylla: *Scyllam ferunt virginem pulcherrimam, quam Glaucus Antedonis filius amauit, quem Circe Solis filia diligebat, iratag; Scyllæ fontem, in quo lauari ſolita erat, venenis infecit.* ſcripſerat, indicium rei huius facientibus membranis Sturmerianis: *Quæ Zelata Scyllæ fontem*, &c. & proprium ſane hoc huic ſedi & loco verbum. De Mida: *Erat ergo neceſſitas aurea, locupleſq; penuria, nam & cibus & potus rigens, auri materia marmorabat.* melius ſcripti codices: *nam & cibus & potus rigens in auri materiam marmorabat.* & conſequenter, *malè deſiderata* pro quo vulgo malè eſt; *mala deſiderata*, vt res loquitur. De Vulcano & Minerua: *Quod quidem ſapientia id eſt Minerua abſcondit in ciſta, id eſt in corde celat: ergo Minerua draconem cuſtodem apponit*, &c. vberius membranæ, quarum lectionem ſinceriorem puto: *Quod quidem ſapientia id eſt Minerua abſcondit in ciſta, id eſt in corde celat; omnis enim ſapiens furorem ſuum in corde celat. Ergo*, &c. De iiſdem ſub finem: *Inſpicite quantum valeat cum ſapientia iuncta caſtitas.* probum hoc videri poterat niſi ſæpè laudatæ membranæ *iuata* pro, *iuncta* præferrent, quod germanum Planciadis verbū eſſe tam mihi liquet, quam me-

III. De Scylla.

IV. De Mida.

V. Ibidem.

VI. De Vulcano & Minerua. alia lacuna ſuppleta.

VII. Ibidem.

VIII. De Dionysio.

ridie lucere. De Dionysio: *Quarta Agaue quæ ideo insaniæ comparatur, quod caput filij violenter abscidit.* manu scriptus codex; *Quarta Agaue quæ ideo insaniæ comparatur quod caput filijs vinolenta absciderit.* optimè nisi quod *filij* vulgatum retinendum oportere paret, quod vnius Penthei apud auctores mentio, cuius illa caput bacchabunda à reliquo corpore auulsum manibus tractauit. Ouidius Metamor. lib. III. (*tera, dixit*

Saucius ille (Pentheus) *tamen fer opem, ma-*
Autonoe: moueant animos Actæonis vmbræ.
Illa quis Actæon nescit, dextramq; precantis
Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.
Ille etiam matri cum brachia tendere vellet;
Non habet infelix quæ matri brachia tendat;
Trunca sed ostendens deiectis vulnere membris,
Adspice mater ait: visis vlulauit Agaue:
Collaq; iactauit: crinemq; per aera mouit;
Auulsumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat, io comites, opus hoc victoria nostra est.

IX. De Cygno & Leda. supplet.

de Cygno & Leda. *Vnde & ὑπερφανία Græcè superbia dicitur; sed ὑπερφανία propriè superapparitio dicitur, quia in istis duobus signis quæ eorum vocabulo fratrum nuncupauere, vnus super appareat, alter vergat sicut Lucifer & Antifer. nam Græcè Pollux ἀπὸ τῆς*, &c. emendetur ex membranis optimis Combergensibus: *vnde & ὑπερφανία Græcè s.d.s.v.p. superapparitio nuncupatur, quia sicut in istis duobus signis q.e.v.f.n.v.s.a.a.v. sicut Lucifer & Antifer, ita duo superbi inter se certantes: nam Græcè*, &c. Vale.

EPIST.

EPIST. CI.

Franc. Modius Iacobo Pamelio Theologo S.

TErtullianum clariſſime Pameli, omnes à te auidiſſimè iamdudum exſpectamus; ijſq; tum priuatis, tũ publicis incommodis tacitè irascimur, quæ laudatiſſimis tuis cœptis media interuenerunt, auctoremque hunc tibi omnium optimum è manibus excuſſerunt. cõtulimus nos quoq; nuper in Vbijs Apologeticũ eius ad exemplar ſcriptum, quod ibidem in Franciſcanorum bibliotheca ſeruatur: locaque aliqua multa in eo corrigere viſi nobis ſumus, quæ hic inſeruiſſemus, niſi ea, vt multa alia, à nobis multo ſtudio conquiſita, quorundam iniquitas apud ſeſe attineret: qui ſi, quod ſpero, ad officiũ redierint: ibũt notæ illæ qualeſcumque ſtatim ad te, ſcilicet: ſin pertendent; tum tibi difficile non erit eruditiſſimi Melchioris Hittorpij opera, eiuſdem libri Agrippinenſis vſum ad dies pauculos impetrare; pro quibus nunc à me iſta habebis ex Silij Italici lib. XI. de Campanis: I. Silius lib. XI. verſu XLIV. notatus.

Tum populo ſæui patres, plebesque ſenatus
Inuidia lacera, & collidens diſſona corda,
Seditio &c. repono:
——— plebesque ſenatus
Inuidia lata. Acmox: II. Verſu I.
Nec quos vile genus, deſpecta aque lucis origo
Fœdabat, ſperare ſibi, & depoſcere primi
Deerant imperia, ac patriæ pereuntis habenas.

pro quo malè hactenus legitur:

III. Versu LXV. versu auctus.

Deerant imperio &c. Statim:

Antistat cunctis præcellens Virrius ore;
Sed genus obscurum, nullique furore secundu,
Impia dementis vulgi, & vix tota profudit
Consulta &c.

vides deesse aliquid, quod hoc versu ita supplebitur:

Antistat cunctis præcellens Virrius ore,
Sed genus obscurum, nullique furore secundu.
Qui post quam cœtu patrum, ingentique senatu
Impia dementis vulgi, & vix tota profudit
Consulta.&c. Versu 133.

malim: *Sed genus obscurum.*

IV. Versu CXXXIII.

Et Pœnos in tecta vocant, ingentia facta
Sidonij iuuenis celebrant, vt vicerit alpes.

V. Versu CXXC.

scribo cũ membranis; *vt ruperit alpes.* Et rutsum: *Atq; aquantem ritus Garamanta ferarum.* pro quo male legitur in cusis libris; *Æquantem rictus Garamanta ferarum.* Post pauca:

VI. Versu CCXI. quater, quin quies interpolatus.

Post Paulũ, post Flaminiũ, cõponimur heu, heu
Vecordi Decio mecum certasse volenti.
Indecus & famam lethi; rapite, inde citati
Signa duces, pateatq; mihi Campana, vetante,
Vrbs Decio, explorare libet.

legendum:

Post Paullum, post Flaminium, cõponimur ehen
Vecordi Decio, mecum certasse volenti
Indecus & famam leti, rapite, ite, citati
Signa duces, pateatne mihi Campana vetante
Vrbs Decio, explorare libet.

sed & sexto ab his versu quo loco est:

Sic

Sic vrbem ingreditur tanto comitante ſenatu.

corrigendum videtur:

Sic vrbem inuectus toto comitante ſenatu,
Et vulgo adſpectanda ducis ſimul ora ruente,
Effundit cunctam rabiem.

Decius Hannibali mox hæc iactare inducitur à poëta: VII. Verſu CCLVI. bis notatus:

En dextra, en fœdus; nondũ tibi curia, necdum
Templorum intranti poſtes, iam panditur acri
Imperio carcer, perge & primordia tanta
Accumula parib. factis; mihi fama ſub vmbris
Te feret oppreſſum Capua cecidiſſe ruinis.

vbi corrigo:

—non dũ tibi curia, nec dum, Templorũ intrati poſtes. & verſu quarto; *mihi fama ſub vmbras*
Te feret oppreſſum Capua cecidiſſe ruinis

Verſu 357. IIX. Verſu CCCLVII.

Hoc iugulo dextram explora; namq; hoc tibi ferrum,
(Si Pœnum inuaſiſſe paras) per viſcera lenta
Noſtra eſt ducendum.

Lenta nimis pro homine extremè turbato oratio, quæque haud dubiè ita ſcribatur, ſiquidem rectè ſcribatur:

Hoc iugulo dextrã explora; nãq; hæc tibi ferrũ
(Si Pœnum inuaſiſſe paras) per viſcera ferrum
Noſtra eſt ducendum. Mox eſt: IX. Verſu CCCLXXI.
Poſtera lux Phaetontis equos proferre parabat,
Iam rapidos omni curru ſplendente ſub vndis.

vbi non recuſo, quin, nõ dico luſcitioſus, ſed cæcus planè exiſtimer, niſi reponendum ſit:

Iam rapido ſummis curru ſplendente ſub undis.

Sed ſatis iam, ſatis moleſti tibi, Pameli, fuimus. Vale.

EPIST. CII.

Franc. Modius Nicolao Curtio I.C. S.

Bambergam.

DE Olympiadũ ratione vide quid dicas, ornatiſſime Curti, nam etſi pugnas tu quidẽ auctoritate ſcriptorum non omnino leuium, alij tamẽ & graues æquè, & numero plures ſcriptores, communisq; adeo doctorum ſententia, quã nemo temerè aut impunè vmquam contemſit, contra te ſtant. Sed ſcio quid; potius quam totũ perdas, diuiduum face; & quinti cuiuſque anni ſemeſtris prioris geſta præcedenti Olympiadi; poſterioris ſequenti accenſe: totumque ipſum poſtea annum huic imputa. ſic enim & teipſum magna moleſtia liberaueris; & ratio melius conuenerit, quam quidam ſtatuere ſolent, qui dum nimis ſuperſtitioſẽ omnia perſequuntur, & minuta quoque ipſa ad calculos vocant; integris ſeclis diſſidentia tanquam temporibus coniuncta & ipſi, infelicem hunc nimiæ diligentiæ ſuæ vbi nihil opus eſt fructum ferentes, credunt; & alijs perſuadere fruſtra conantur. De cetero ego fortaſſe inglorius æquè, vt vineta egomet nunc cædã mea; nec frugis melioris, qui iſta minuta conſectabar. Macrobij libro II. in Scipionis ſomnium legitur: *Theologi quoq; nouem Muſas octo ſphærarum Muſicos cantus, & vnam maximam concinentiam, quæ conſtat ex omnibus, eſſe voluere.*

I. Macrobius in ſomnium lib. II. notatus.

pote-

poterat hæc lectio pro proba & sincera haberi, absque membranis esset, in quibus non; *quæ constat ex omnibus*, sed *quæ consit ex omnibus* perscriptum est. quod verbum antiquæ notę, & Terentio benè cognitum esse scilicet. Post tria verba. *Et vt ostenderet nonam esse, & maximã quam conficit sororum concors vniuersitas, adiecit* Καλλίοπη θ', ἥδε προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασάων, *ex nomine ostendens ipsam vocis dulcedinem nonam musam vocari.* emendandum: *quam conficit sonorum concors vniuersitas. sororum* illud somnium eius est, qui videbat Musarũ, quæ sorores perhibentur, mentionem fieri; nec intelligebat satis quid sibi vellet Aurelius noster. In quo sequiur: *Ecquid mirum, si inter homines musicæ tanta dominatio est: cum aues quoque vt lusciniæ & cygni, aliæue id genus cantum veluti quadam disciplina artis exerceant; nonnullæ vero vel aues, vel terrenæ, seu aquatiles belluæ inuitante cantu in retia sponte decurrant: & pastoralis fistula pastum progressis quietem imperet gregibus.* membranæ: *& pastoralis fistula à pastu progressis quietem imperet gregibus.* quod rectum esse ipsa res cõuincit. Rursus post tria admodum verba; *Sed hæc interualla, quæ in anima, quippe incorporea sola existimantur ratione, non sensu; quærendũ est vtrum etiam ipso in mundi corpore dimensio librata seruauerit.* scribendũ; *sola æstimantur ratione.* existimationis enim verbũ alio pertinet; & illud, quod repono, hic proprium est, exstatq; adeo in libris scriptis manu. Sequitur: *Vt autem sonus ipse aut acutior, aut gra-*

II.

III.

IV.

V. bis, ter interpolatus.

uior proferatur, ictus efficit. Qui dum ingens & celer incidit, acutum ſonum præſtat: ſi tardior lentiorue, grauiorem. Indicio eſt virga quæ dum aurum percutit, ſi impulſu cito ferit, ſonum acuit: ſi lentiore in grauius ferit auditum In fidibus quoque idem videmus, quæ ſi tractu arctiore tendantur, acutè ſonant: grauius laxiores. Ergo & ſuperiores orbes, dum pro amplitudine ſua impetu grãdiore voluuntur, dumque ſpiritu vt in regione ſua fortiore tenduntur, propter ipſam vt ait, concitatiorem conuerſionem, acutè excitato mouentur ſono. nihili lectio, & quæ ex membranis ita interpolari debeat: *Vt autem ſ. i. a. a. a. g. p. i. e. Qui dum ingens & celer incidit, acutum ſonum præſtat: ſi tardior leniorue grauiorem I. e. v. q. d. a. p. ſ. i. c. f. ſ. a. ſi lentiore grauius ferit auditum I. f. q. i. v. quæ ſi tractu arctiore tenduntur, acutè ſonant: grauius laxiore. Ergo & ſuperiores orbes, dum pro amplitudine ſua impetu grandiore voluuntur, dumq; ſpiritu vt in origine ſua fortiore tenduntur, propter ipſam* &c. ſcripſi ex ſcriptis codicibus: *ſi tardior leniorue*, vt prius opponatur celeri, poſterius ingenti ictui ſatis gnarus, *tardum* & *lentũ* hic pro ijſdem alioqui futura. ſcripſi, *laxiore* non *laxiores* quod intellegi hic quoq; viderem quod præceſſit, *tractu tenduntur* ſcilicet. Denique *origine* pro *regione* repoſui volentibus iubentibus membranis, & flagitante ſententia, ijſque quæ ſtatim ſequuntur. *Et vtriuſque cauſſæ ratio vna, quia ſpiritus vbi incipit, fortior eſt; defectior vbi deſinit.* atque apertius etiam ibi. *Ergo orbis altiſſimus, & vti-*

immenſum

mensum patens, & vt spiritu eo fortiore quo originis suæ vicinior est, incitatus, sonorum de se acumen emittit. ac rursus ibi: *Hinc quoque apertius approbatur spiritum quando ab origine sua deorsum recedit, tanto circa impulsum fieri leniorem.* Sed pergamus tandem aliquando ad ista: *Etenim maculis habitationum, ac de ipsis habitatoribus alios interruptos, auersos, obliquos etiam & transuersos alios nominãdo, terrenæ sphæræ globositatem sermone tantum nõ coloribus depinxit.* inepta oratio, & ruens. quare membranas audiamus, in quibus esse deprehendo: *Etenim maculas habitationum, ac de ipsis habitatoribus alios interruptos, aduersosque, obliquos etiam & transuersos alios nominando terrenæ sphæræ globositatem tantum non coloribus pinxit: sed veritate rei vel certissimis spatijs designauit.* non displicet admodum, etsi quædam etiam parum satisfaciunt, tantum dum scribatur; *& veritate rei vel certissimis spatijs designauit.* non sed quod subinde cum coniunctiua illa voce & locum commutasse, vt contra hãc cum illo quoq; sæpè, alibi plenius doceo. Post aliquantos versus. *Nec excogitatas à nobis lineas quas diximus, existimetur.* Vero verius est: *Nec excogitatas à nobis lineas, quas duximus, existimetur.* neque aliter Latini loquuntur, Vale. VI. Suppletus. VII.

EPIST. CIII.

Franc. Modius Georgio Duzelio I.C. S.

NE quos totiens eadẽ mensa cõiungit, eorũ hic nomina quoq; iũcta nõ legãtur, aude-

bunt te quoque noſtræ nugæ interpellare; quæris quid tibi occupatiſſimo cum ijs ſit? nihil equidem amplius (lubet enim mihi hic ſerio tecũ iocari) quam ipſis eſt cũ ruis occupationibus. itane vero inquies? ita planè, mi Duzelſ, non conſtant aliter hæc ſacra. niſi forte exiſtimas me, dum diſputo, hæc an illa lectio potior ſit, ſtatuiſſe, more quorundam hominum ita hoc agere, tanquã aut fortunæ, aut caput, aut quod præ illis eſſe nobis debet æſtimatio honorque meus hic ageretur. quod ſi facerem, tum profecto fatear non vna Anticyra mihi eſſe opus. quid enim vanius, quã de literis tanquam de vita & fama in certamen deſcendere? nugas igitur voco; quod cum eo qui nugaciſſimas etiam iudicaturus ſit, pignus dare non decreui: ſatis mihi conſcius, non famæ hæc talia parandæ, ſed iuuandis, pro parte mea, ſtudijs futura. quo nomine ſi tibi quoque non ingrata fuiſſe intellexero, erit vnde confirmetur ea de te opinio mea, qua ſemper inter illos numerare te ſoleo, qui quodcumq; tempus tum publicis tum priuatis negotijs ſurripere poſſunt, lubenter in amœniorum litterarum viridarijs his cõſumunt. in quibus nos Lucanica quædam ſenticeta quod poterit exſcindemus. Primum igitur quod eſt in eo de Cæſare obſeſſo Alexandriæ in aula regia à Photino & Achilla:

I. Lucanus emendatus lib. x. verſu cccclIII.

Expauit ſeruile nefas, intraque penates
Obruitur telis, quem non violaſſet Alanus,
Nõ Scytha, nõ fixo qui ludit in hoſpite Maurus.

lego: *Obſtruitur telis.* & eam lectionem probãt cum

cum alia omnia, tum compatatio iſta:

Nõ ſecus in Siculis fremeret tua flãma cauernis
Obſtrueret ſummam ſi quis tibi, Mulciber, Ætnam.

cum autẽ dicit poëta *Obſtruitur telis.* ſignat vim telorum,& multitudinẽ, quæ tanta fuerit, vt cupienti cum maximè id facere erumpendi Cæſari facultatẽ intercluſerit. geminus huic Ouidij ille locus lib.1.de Ponto:

Tecta rigent fixis veluti vallata ſagittis,
Portaque vix firma ſummouet arma fera.

Verſu 392. II. Verſu CCCXCII.

———*Superi tot vota Catonum,*
Brutorumque tibi tribuent.

ſunt verba Photini ad Achillam cum ſceleſtiſſimum illud mancipium Cæſarẽ Pompeio comitem dare geſtiens, vt animoſius ducem Romanum inuaderet Achillas, inter cætera hoc etiam commemoraret, laudem, quam ex Cæſaris patriam opprimentis cæde, Catones & Bruti nobiliſſimi Romanorum à dijs ſibi optarent, hanc in illius manibus eſſe. huius, inquam, Photini hæc ſunt verba; nec egent emendationis, niſi quod video Weidnerianas membranas diſertè *ſuperos* repræſentare; quod aliã hoc modo efficeret ſententiam: ſtuderet tantum Achillas rem pulcherrimam aggredi, cetera prona fore; deos enim illi fauentes & ſecundos vel ſola Brutorum Catonumque (vt qui nil æquè ab ijs precibus contenderent) vota facilè eſſe præſtituros. hac de re tametſi vt verũ fatear, vulgata lectio impenſè ma-

gis etiam mihi placet, propter libri ſcripti auctoritatem,& quia ſententiam non malam eijcit, ſilendum tamen hic mihi non putaui. Nunc ad hæc eſt verſu 285.

III. Verſu CCXXCV.

——tua flumina prodam
Quæ deus vndarum celator, Nile, tuarum
Te mihi noſſe dedit.

ſed vbi omnino reponendum ſit taçentibus etiam libris:

Qua deus vndarum celator, Nile, tuarum
Te mihi noſſe dedit.

IIII. Verſu CCXLIV. *qua* id eſt quatenus, quouſque. Verſu 244.

Vel quod aquas totiens rumpenteis litora Nili
Aſſiduè feriunt coguntq; reſiſtere fluctus: lego.
Vel quod aquas totiens rumpentis litora Nili
Aſſiduo feriunt coguntq; reſiſtere flatu.

aſſiduo pro, *aſſiduè* in ſuis m. ſſ. extare & *fluctu* pro, *fluctus* Pulmannus quoque monuerat. iam *rumpentis* non *rumpenteis* legendum & ad Nilum, non aquas, referendum, ſatis oſtendũt quæ deinceps ſequuntur:

V. Verſu CCXV. *Ille mora curſus aduerſiq; obijce ponti*
Æſtuat in campos &c. Verſu 215.
——Tunc Nilus fonte ſoluto
Exit, vt Oceanus lunaribus incrementis
Iuſſus adeſt, auctusq; ſuos non ante coarctat,
Quam nox æſtiuas à ſole receperit horas.

referunt membranæ:

——vt Oceanus lunaribus incrementis
Iuſtus adeſt;

quod mihi ſanè non diſplicebat, ſic enim iuſtam Luci-

Lucinam vocamus partum ſuo, id eſt legitimo tempore editum. quanquam adincrementa hic quoq; lunæ referri *iuſtus* poſſet, vt dicatur ipſum Oceanum ſtrictè adeò obſeruare ea, vt nunquã aut maioribus ſuis incremẽtis illa præueniat, ſupergrediaturue, aut minoribus impar illi eat. ſed æquabili & iuſta ſemper cũ ea lege paribus vſq; augmentis decrementisque lætetur.

EPIST. CIV.

Franc. Modius Eliæ Coruino I.C. S. Viennam.

REctè quidam: *bonos omnes inter ſe amicos eſſe oportet, etſi ſint minus noti.* quo minus mirũ videri debet ſi tibi hæc, Elia Coruine, vt amico communicanda putaui. Locus eſt Catilinaria II. in hæc verba: *quid ea nocte egiſſet: vbi fuiſſet, quid in proxima conſtituiſſet: quemadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta, docui. Cum hæſitaret, cum cunctaretur, quæſiui quid dubitaret proficiſci eo, quo iampridem pararat: cum arma, cum ſecures* &c. locum hunc ex bona parte ante me Lambinus emendauit; ita tamen, vt noſtræ diligentiæ non planè nihil relictum ſit, in quo ſe exerceret, ſic, vt nunc dicam, eum perpurgando: *quid ea nocte egiſſet, vbi fuiſſet, quid in proximã cõſtituiſſet, quemadmodũ eſſet ei ratio totius belli deſcripta, edocui: cum hæſitaret, cum teneretur; quæſiui quid dubitaret eo proficiſci, quo iampridẽ pararet.* dico hoc modo legendũ; & qui illud *vbi fuiſſet* omittendũ cenſent, nõ vidẽtur mihi ſatis rationẽ habere eorũ, quę prima Catilinaria præcedũt in hæc verba:

I. Cicero notatus Catilinaria II.

Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios (non agã obſcurè) in M. Lecæ domum; conueniſſe eodẽ complures eiuſdem amentiæ, ſceleriſque ſocios. & ſtatim poſt: *Fuiſti igitur apud Lecam ea nocte Catilina: diſtribuiſti partes Italiæ: ſtatuiſti quo quemq; proficiſci placeret: delegiſti quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres: deſcripſiſti partes vrbis ad incendia.* & quæ ſequuntur. *cum teneretur* autẽ dixit Cicero, vt in Verrinis quoque cum ait: *Neque ſolum argumẽtis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur.* & iterũ: *Tenetur igitur aliquando.* tertio etiã: *In rebus tum maximis, tum manifeſtiſſimis tenetur.* vſus & Plautus ibi: *Manifeſto teneor miſer.* & rurſus; *Manifeſto teneo in noxa*
II. *inimicos meos.* Græci λαμβάνω dicunt. Sed pergamus tandem: *Quos quidem ego, ſi vllo modo fieri potuiſſet, non tam vlciſci ſtudeo, quam ſanare, & ipſos placare reip. neque id quare fieri nõ poſſit, ſi me audire voluerint, intelligo.* neſcio quid hic lateat, ſed tamen latet aliquid. ſcripſerim ego cũ in m.ſſ. ſit *ſibi ipſos placare*: ſcripſerim, inquam: *Quos quidem ego, ſi vllo modo fieri poſſit, non tam vlciſci ſtudeo, quam ſanare ipſos ſibi, placare reip. neque id quare fieri non poſſit, ſi me audire volent, intelligo.*
III. vide ſequentia: probabis ſat ſcio, infra: *Poſtremo copiæ cum egeſtate, bona ratio cũ perdita, mens ſana cum amentia, bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione cõfligit.* certa lectio eſt membranarum: *Poſtremo copia cum egeſtate, bona ra-*
IV. *tio* &c. neq; enim illud *copiæ* hic ſatis cõuenit. illa etiã vulgata: *gladiatores, quam ſibi ille maxi-*

mam

mam manum, & certissimam fore putauit, quanquam meliore animo sunt, quam pars patriciorum, potestate tamẽ in vestra continebuntur. membranæ ita referunt: *gladiatores, quam sibi ille certissimam manum fore putauit, quanquã meliore animo sint, quam pars patriciorum, potestate tamẽ nostra continebuntur.* placet. Et malo mox: *sentiet in hac vrbe esse consulem vigilantem, esse egregios magistratus* &c. vt habẽt libri scripti; quam, vt typis excusi: *sentiet in hac vrbe esse consules vigilantes, esse egregios* &c. caussa est; quod & Antonius, Ciceronis in consulatu collega tum aberat ad exercitum, & quod ante semper de se vno locutus est. Vale. V.

EPIST. CV.

Franc. Modius Ioanni Liuineio S. Leodium.

SAluum te nuper ex vrbe ad amplissimum virum Læuinum Torrentium auunculum tuũ Leodium reuersum, & Propertij nouam meditari editionem vno eodemque tempore nõ sine voluptate ex amicorum literis intellexi. nec dubitabam sanè quin tu commoditate, quæ Romæ maxima est, inspiciundi cum cura libros veteres vsurus esses. & quidem ita vsurus, vt inde & ad te gloria quam maxima, & ad rem litterariam vtilitas non vulgaris aliquando peruentura sperari posset. illud me non raro angebat animi, quod, quæ esset valetudo tua discedentis cum cogitarẽ, audiremq; sæpè ex tuis mutatione aëris adeo il-

lam nõ meliorem esse cœpisse, vt etiam grauior fieret, vererer interdum ne tu pro tua habitandi in libris assiduitate vehemẽtiore animi intentione & inmodico, atque intempestiuo lucubrandi studio corpusculi imbecillitatem (vt solent ferè animi curæ ægritudinesque corporis mala conduplicare) etiam vltro augeres. quem nunc cum valentem & reducẽ ac voti compotem accipio, per eam, nisi tantum gaudeam, quantum anno nũciata morte cognati tui Papij meritò indolui. cuius mortis luctũ ne tibi intempestiua oratione refricare velle videar, accipe potius emẽdatiunculas aliquammultas ex eo poëta enotatas, quẽ cum Nemesiano & Gratio vt iam decenniũ totum more elephantis parturio, ita an aliquando pariturus sim, quæ sunt tempora, in incerto est. quamuis, tamquam non esset, Papius ante annos ferè septem in eos à me edendos epigramma luserit, quod eodem cum ipsis poëtis fato aut proferetur aliquando, aut quod adhuc sit, custodia nostra priuata cõtinebitur: sed ad rem: Titi Calpurnij Siculi bucolici carminis ad imitationẽ maximè Virgilij scriptoris ex prima ecloga versus sunt:

1. Calpurnius Eclega 1. versu 111. emendatus.

Candida pax aderit; nec solum candida vultu,
Qualis sæpè fuit, qua libera marte profuso,
Quæ domito procul hoste, tamẽ grassãtib. armis,
Publica diffudit tacito discordia ferro.

dico mihi rectũ videri — *cũ libera Marte profesſo* quod valebit libera bello palã indicto perfecialẽs. de quo more, & Romanorũ circa eum stricta

fem-

ſemper obſeruantia multi multa. quæ repetere hic hominis nimis otioſi ſit. illud notabile, Statiũ de nuptijs Stellæ & Violantillæ eleganter etiam ad illas tranſtuliſſe dum canit:

——cum Stellæ Violantillæq; profeſſus
Clamaretur hymen &c.

Cæterum quid vult hoc loco *discordia* à nominatiuo quod neceſſe eſt *discordiũ*? ego ſanè ſimile nihil ipſe alibi legi; nihil ab alijs lectum diſcere potui, niſi quod amiciſſimus nõ mihi magis quã Muſis Victor Giſelinus Med. aliquãdo referre ſolebat eandem hanc vocem apud Prudentiũ licet vulgo corruptam in ſex manu exaratis codicibus diſertè perſcriptam exſtare. pro qua vulgo tamẽ *diſcrimina* legeretur. Sed pergamus porro: II. Verſu LXXIII.

Exultet quacumq; Notum gens ima iacentem
Erectumq; colit Boream; quacumq; vel ortu
Vel patet occaſu, medioue ſub æthere ſeruit.

ita quidem libri omnes. & referũt interpretes illud *ſeruit* ad imperij Romani magnitudinem, cui omnes nationes ſubijcerentur. ſed nõ rectè referunt. cũ ſancte deierare habeam reponendũ: *medioue ſub æthere feruit*, pro quo nunc diceremus *feruet*. ſic ecloga IV. ſequitur: *Tum Melibœe ſonẽt:* à ſono, is, ere. antiquè vtrumq; & exẽplo quantũ eſt nõ poëtarũ tantũ, ſed prope de nota meliore & antiquiore in quocũq; genere ſcriptorũ. gemmus & germanus huic loco ille Lucani ex primo:

Vnde venit Titan, & nox vbi ſidera condit:
Quaq; dies medius flagrantibus æſtuat horis;
Et qua Bruma rigens &c.

piget enim plura addere, cũ nullus omnino poëtarum nõ ſæpius hac mundi partium deſcriptione ad hoc exemplum vſus ſit: pergo igitur ad

III. Eclogam II. in qua ſtatim in principio eſt:

Eclogа II. verſu III.

Intactã Crocalen puer Aſthacus, & puer Idas,
Idas lanigeri dominus gregis, Aſthacus horti,
Dilexere diu. formoſus vterque, ſed impar
Voce ſonans.

lego, ſcriboque *formoſus vterque nec impar Voce ſonans*, & mecum facit exitus certaminis, quo captus iudex Thyrſis, ſiue Thyrſus ita pronuntiat:

Eſte pares, & ob hoc concordes viuite; nam vos
Et decor, & cantus, & amor ſociauit, & ætas.

IV. Verſu 25.

Verſu XXV.

Et nunc alternos magis vt diſtinguere cantus
Poſſitis; ter quiſque manus iactate micantes.
Nec mora, diſcreuit digitus; prior incipit Idas.

planè repono;

Nec mora, diſcernunt digitis.

loquitur de luſu, qui Græcis ἐπάλλαξις τ̃ δακτύλων, Latinis micatio digitorum: cum digitis extentis obſtructus alter numerum eorum diuinatione aſſequi conatur. pueris hodieq; in vſu hic eſt; dicebaturque etiam abſolutè micare. vt conſtat ex illo, *dignus qui cum in tenebris mices.* neque luſibus tantum, ſed & ſectionibus, auctionibusque nota hæc micatio; vbi digitum tollẽs emptorem ſe profitebatur. cuius rei exempla apud Ciceronem aliosq; paſſim obuia. tandemq; adeò tranſiſſe videtur ad macellum quoque, laniorumque tabernas hic mos. in ſcriptio vetus:

Ex.

Ex. Auctoritate
Turci. Aproniani. V.C
Praefecti. Vrbis
Ratio. docuit. Vtilitate. ſua dente . conſuetudine Mi candi. ſummota. ſub. Exagio potius. pecora. uendere. *quam* digitis. conludentibus. trade re. ut. adpenſo. Pecore. capite pedibus. et. ſeuo. lactante. et ſubgulari. Lanio. cedentibus reliqua. Caro. cum. Pelle. &. Inte raneis. proficiat. Venditori ſub. conſpectu. publico. fide. pon deris. *comprobata.* ut. quantum Caro..*occiſi.* *Pecoris.* adpendat et. Emptor. norit. et. Venditor Commodis. omnibus. et. praeda damnata. quam. Tribunus. offi cium. Cancellarius. et. ſcriba de. Pecuarijs. capere. conſue rant. Quæ. forma. Interdicti et. Diſpoſitionis. ſub gladij. pe riculo. perpetuo. cuſtodien da. mandantur

Versu 34.

Accipe, dixerũt Nymphæ, puer accipe fontem,
Nam potes irriguis mutare canalibus hortos.

asſero lectionem priſcam Calpurnij liberali manu, quæ eſt: *nam potes irriguis nutrire canalibus hortos. mutare* illud huc irrepſit quod verſu ab hoc ſecundo loquitur;

——— Ut niger albæ
Terga maritus ouis naſcenti mutet in agna.

& rurſus XVII:

——— ſuccos ne fortè priores
Languida mutata quærant plantaria terra.

nutriuntur autem horti, vt ſitiunt, bibunt, &c.

EPIST. CVI.

Franc. Modius Melchiori Hittorpio Theologo S. Coloniam Agrippinam.

COnſulis me quid ſciphis ijs fieri velim, quos apud te Colonia veſtra diſcedens depoſui. centeo domi, vt adhuc feciſti, eos aſſeruies, dum per certos homines ad me perferantur. poſſem ijs ſine vllo incommodo meo carere, fateor: præſertim in hac peregrinatione mea. nec ſit omnino difficile eorum pretium vertere in torquem, armillas, aut bullam aliquam auream, quę minore impedimento circumferuntur; niſi meminiſſem donum me illos habere eius Principis, cuius etiam in hac re iudicium præ meo ſequendum mihi eſſe ſemel apud me conſtitui. Eruntigitur, vt dixi, ſciphi illi apud te, dum eos repeto, per illos, qui proximo mercatu Francofurtenſi ex his regio-

regionibus ad vos ituri sunt. interea hęc tibi mitto. In versibus istis Silij:

I. Silius emendatus lib. III. Versu 100 XXXIIX.

Atq; euulsa cauis exesi pumicis antris
Alpina inuadit manus, &c.

legendum ex optimarum illarum membranarum fide, quibus tuo beneficio vtor:

Atq; effusa cauis exesi pumicis antris.

II. Versu 100 XXCIIX. Ver. auctus.

sed pusillum hoc. Illud moneri dignius inter duos sequentes mox versus:

Exinse Curib. virtus cælestis ad astra
Bellatrix gens bacifero nutrita Sabino.

inserendum medium hunc esse: *Efferet & sacris augebit nomen Iulus.* iterum mox: *Illa etiam qua prisca fides stat regia nobis*

III. Ver. 100 CXV.

Aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe.

mittamus Marsi somnia, & legamus:

Illa etiam qua prisca, vides, stat regia nobis, &c.

Sequitur.

IV. Versu 100 CXXV.

Excoquitur flammis scopulus, mox proruta ferro
Dat gemitum patiens resoluto pondere moles.

Reponendum:

Dat gemitum putris resoluto pondere moles.

per aceto enim & igne putrefacta saxa, viam sibi Hannibal aperuit. Post pauca:

V. Ver. 100 LIX. glossema ejectum.

Verum vbi defessi lucos nemorosaq; regna
Cornigeri Iouis, & fulgentia templa columnis
Aduenimus magnis, quam læta fronte sacerdos
Exceptos, hospes tectis inducit Arisbas:

qui versus misso bello isto emblemate medio, vt ab aliquo glossographo huc inculcato, ita legendi:

Verum vbi defessi lucos, nemorosaq; regna

Cornigeri Iouis, & fulgentia templa ſubimus;
Exceptos hoſpes tectis inducit Arisbas.

VI. Verſu IↃCLXXIV. bis correctus. Statim:

Nam cui dona Iouis non diuulgata per orbem
In gremio Thebes geminas ſediſſe columbas?
Quarum Chaonias pennis quæ contigit oras
Implet fatidico Dodonida munere quercum:
At quæ Carpathium ſuper æquor vecta, per auras
In Libyen niueis tranauit concolor alis,
Hanc ſedem primo Cythereia condidit ales.

emenda:

Nam cui dona Iouis non diuulgata per orbem;
In gremio Thebes geminas ſediſſe columbas?
Quarum Chaonias pennis quæ contigit oras
Implet fatidico Dodonida murmure quercum:
At quæ Carpathium ſuper æquor vecta, per auras
In Libyen niueis tranauit concolor alis,
Hanc ſedem templo Cythereia condidit ales.

nec certiora vmquam oracula Dodonæa quam Verſu IↃCXXXCIV. hæc correctio. Quid quod & mox vbi eſt:

——priſco inde fauore
Arbor numen habet, &c.

legendum videtur:

——priſco inde pauore
Arbor numen habet, &c.

pauori certè proprius hic locus.

EPIST.

EPIST. CVII.

Franc. Modius amplissimo & splendidissimo ERASMO NEVSTETTERO, *cognomento* STVRMERO, *Eq. Franco* S.

NOtulas quasdam meas & obseruatiunculas in C. Plinium Nepotem, cuius scripta duo olim Rodolphi Agricolæ Frisij (viri sua ætate citra controuersiam eruditissimi) manu exemplaria, quæ tu, amplissime Patrone, inter alia innumera in insigni illa tua Combergensi bibliotheca heroicè plane dedicasti, nuper ad accuratissimam H. Stephani editionem nouam contendi sedulo,& comparaui, eas, inquam, animaduersiunculas licet tenues, ieiunas,& tantum non putidas plane, indignasq; eruditissimis auribus tuis, generosissime Neustettere, vel ideo saltem tibi dare, dedicare hic sustinui; quod qualescumq; illas venia non dedignaturum te sperarem, quas ex proprijs tuis fontibus deriuatas, hausta sq; meminisses. Succurrente præsertim & eo, quam difficile sit in scriptore minime protrito, & non tam publici gustus, quam vulgus hominum sibi persuadere solet, aliquid conari post tot & tantos viros, quot & quanti à renatis olim litteris certatim ad hūc sibi auctorem grauissimum demerendum operam studiumq; contulerunt. in quo vt si messem vnus aliquis quamlibet bonis artibus instructissimus feciſſet, non difficile fortasse foret reliquias ab eo vel contemtas, vel, vt fit, non hoc agendo præteritas non contemnendas comportare, & coaceruare; ita nunc post tam

multa ſpicilegia pauxillos, eosq; conculcatos indignosq; penè tolli culmos congeſſiſſe in condita hæc noſtra prope palmarium eſt. ſed iam ſatis huius purgationis ei, qui qua eſt temeritate culpam deprecari maluit, quam non admittere: expertus te irrito etiam conatu in hoc genere facilius ignoſcere, quam ſuperſtitioſa delectaritaciturnitate. Audiamus igitur nunc iam Plinium

I. Plin. emendatus. Epiſt. XIII. lib. I.

Soſio Senecioni in hæc verba ſcribentem: *Magnum prouentum poëtarum annus hic attulit. Toto menſe Aprili nullus fere dies quo non recitaret aliquis. Iuuat me quod vigent ſtudia, proferunt ſe ingenia hominum & oſtentant: tameſi ad audiendum pigrè coitur. pleriq; in ſtationibus ſedent, tempusq; audiendis fabulis conterunt, ac ſubinde ſibi nunciari iubent, an iam recitator intrauerit, an dixerit præfationem*, &c. abundantia vnius adeo litteræ corrupta ſunt, & in alium penè ſenſum detorta iſta; *tẽpuſq; audiendis fabulis cõterunt*: ſcribenda haud dubiè in hũc modum: *tẽpus q; audiẽdis fabulis conterunt*. q valet; tẽpus auditorio debitum mutuis ſermonib⁹, ijsq; dere nõ magna trãſ-

II. Epiſt. XIIX.

mittunt. Epiſt. XVIII. *Ego tamen λογισάμενος illud,*

Εἴς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης

nam mihi patria etſi quid charius patria?) *fides videbatur. Proſpere ceſſit: atq; ideo illa actio mihi aures hominũ, illa tanuã famæ patefecit.* emendo ex membranis tuis, Patrone optime; ex quarum auctoritate & quæ paullo ante poſui, correxi: *nàm mihi patria, & ſi quid chariùs patria fides agi videbatur.* & ſtatim: *atq; adeò* non, *atq; ideo.*

Epiſt.

III.

Epiſt. xx. *Hic ille mecum auctoritatibus agit, ac mihi ex Græcis orationes Lyſiæ oſtentat, ex noſtris, Gracchorum Catoniſq́, quorum ſane plurimæ ſunt circumciſæ & breues: ego Lyſiæ Demoſthenem, Aeſchinem, Hyperidem multosq́ præterea Gracchis & Catoni, Pollionem, Cæſarem, Cælium in primis Marcum Tullium oppono, cuius oratio optima fertur eſſe qua maxima.* interpunctione corruptus locus; qua mutata ita recte legetur: *ego Lyſiæ, Demoſthenem, Æſchinem, Hyperidem, multosq́ præterea: Gracchis & Catoni, Pollionem, Cæſarem,* IV. *Cælium,* &c. Lib. II. Epiſt. VI. *Quorſum hæc?* Lib. II. Epiſt. VI. *Ne tibi optimæ indolis iuueni quorundam immenſa luxuria ſpecie frugalitatis imponat.* lego ex libris ſcriptis & poſtulante ſententia. *Ne tibi optimæ indolis iuueni quorundam in menſa luxuria ſpecie frugalitatis imponat.* egit tota epiſtola de ijs qui luxuriam & ſordes in ſocietatem quandam iungentes, à Martiale etiam, & Iuuenale paſſim acerbè perſtringuntur. quiq́; lauti & ſplendidi hominis titulum captãtes ſibi, & paucis opima quędam in conuiuio, reliquis vero vt etiam frugi viderentur vilia & minuta poni curabant. quam vitiorum in menſa ſocietatem ait intolerabilem, quod ſatius ſit ſumptibus parcere, vnumquemq; ſua continentia, quam aliena contumelia non ponendo omnib⁹ quibus ipſe cum paucis vtatur, ſed vtendo ijs cum paucis illis quæ pleriſq; poſſue- V. rit. Epiſt. XVII. *Parieti eius in bibliothecæ ſpeciem armarium inſertum eſt, quod non legendos libros, ſed lectitandos capit. Adhæret dormitorium mem-*

Epiſt. XX.

Epiſt. XIIII.

brum transitu interiacente, qui suspensus & tabulatus conceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit & ministràt: variè hæc: *qui suspensus & tabulatus* in libris m. ss. leguntur. dum alij: *quod suspensum & tabulatum* ex ijs faciunt. alij. *qui suspensus & sublatus.* quidam etiam aliter interpolant. quibus ego plorare iussis videor ex altero scripto tuo Plinio, benignissime Patrone, in quo vitiose est *qui suspensus sublitis* recte pronunciare posse legendum videri: *qui suspensus sublicijs conceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit, & ministrat.* sunt *sublica* seu *sublicia* pali qui in aqua defiguntur ad pontis alicuius sustentationem; quorum vsus cum idem sit sustentandi huiusmodi transitus pẽsiles, qualis hic describit; recte & huc etiam à Plinio transferuntur; & à Liuio ad eam seu pontis, seu soli speciem de qua lib. III. belli Punici ita ait: *quia muro satis per se alto, subiectis validis sublicijs, pro solo vsus erat.* ab his autem *sublicis* seu *sublicijs* dictus pons Sublici⁹ Romę in Tiberi factus, de quo idem Liui⁹ lib. I. decadis primę. vetus glossarium à Stephano editũ; *Sublices,* κατατι ῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Sequitur eadem Plinij epistola: *Hæc iucunditas eius hyeme, maior æstate. nam ante meridiem xystum, post meridiem gestationes hortiq; proximam partem vmbra sua tẽperat.* arbitror rectius ex vet. libris mutata vocali secunda in tertiam; *gestationis hortiq; proximam partem vmbra sua temperat.* existimo enim singulis prædijs singulas gestationes, vt xysta fuisse.

Videatur de his sublicis Cæsar quoq; lib. IV. belli Gallici in Rhenani põtis descriptione.

VI.

iſſe. VI in his homines valetudinis vel voluptatis cauſſa inambularent ſuis pedibus, aut etiam palæſtras ſuas exercerent, in illis alienis, in ſella aut lectica ſublimes. gloſſæ veteres; *geſtatio* ἐώρα; & alibi de hoc exercitio: *geſtatio* γυμνασία. *geſto* γυμνάζω. item; *geſtor* γυμνασής. Epiſt. XIIX. *Sedeo inter iuuenes, vt ſolebam: atq; etiam exſperior quantum apud illos auctoritatis exſtudijs habeam. Nam proxime frequenti auditorio inter ſe coram multi ordinis noſtri clarè loquebantur.* (ſiue vt alij *iocabantur*) *intraui: conticuerunt.* ſententia poſtulat, & libri manu exarati iubent, vt legatur: *Nam proximè frequenti auditorio inter ſe coram multis ordinis noſtri clare loquebantur.* hoc enim dicit; non Senatorij ordinis viros locutos inter ſe, ſed coram ijs non paucis iuuenes aliquot verba feciſſe, nihil reueritos ipſorum præſentiam; qui mox Plinio ingreſſo, eruditionis cauſſa, & venerationе doctrinæ, tantum detulerunt, vt eo viſo protinus conticuerint. Lib. III. Epiſt. IV. *Eſt enim ita comparatum vt antiquiora beneficia ſubuertas, niſi illa poſterioribus cumules. nam quālibet ſæpè obligati, ſi quid vnum neges, hoc ſolum meminerunt, quod negatum eſt.* m. ſſ. *Eſt enim ita natura comparatum, vt antiquiora beneficia ſubuertas, niſi illa poſterioribus cumules. nam quālibet ſæpè obligatis ſi quid vnum neges, hoc ſolum meminerunt quod negatum eſt.* quod ſequor. cōpendioſa enim ſcriptura vocis, *natura*, quæ tribus litteris notatur, propter aliam illam vocem *ita* triū item litterarum, & ſimiliter deſinentem

VII. Epiſt. XIIX.

IIX. Lib. III. Epiſt. IV.

facile omitti,& vt min⁹ plena hęc priora vulgo legerẽt, efficere potuit. posteriora q; quà ab interpunctione, quà ab vnius litterulæ ad finem vocis *obligati* adiectione longè venustiora mihi videntur. Ceterũ est geminus germanus huic loco etiá apud Senecam locus: quem alibi proferam nũc certus hoc agere. Epist. x. *Quod superest, rogo vt pari simplicitate, si qua existimabitis addẽda, cõmutanda, omittenda, indicetis: mihi difficile est huc vsq; intendere animum in dolore: difficile, sed tamẽ vt sculptorem, vt pictorem, qui filij vestri imaginem faceret, admoneretis quid exprimere, quid emẽdare deberet: ita me quoq; formate, regite,* &c. manifestè verum est hic aliquid post τὸ *difficile* posterius, quod planè ad Spurinnã & Cocceiã, quibus scribit Plinius, referendum est deesse. quare membranis gratia, in quibus expleta hac lacuna legitur: *mihi difficile est huc vsq; intendere animũ in dolore: difficile & vobis, sed tamen, vt sculptorem, vt pictorem,* &c. Epist. xi *Equidem cum essent philosophi ab vrbe semoti, fui apud illum in suburbano: & quo notabilius, hoc est periculosius esset, fui prætor.* malo scriptam lectionem: *& quo notabilius hoc, periculosiusq; esset, fui prætor.* Legoq; eadem statim epistola: *Atq; hæc feci tum septẽ amicis meis aut occisis, aut relegatis.* cùm vulgo sit: *Atq; hæc feci cum septem amicis.* contra mentẽ Plinij, qui non hoc dicit, cum amicis, id est socijs & adiutorib⁹ amicis fecisse, quæ paullo ante retulerit; sed eo tempore fecisse, quo ob similia facta septẽ iam amicis aut exilio afflictis, aut morte affectis, spoli-

IX. Epist. x. supplctus.

X. Epist. xi.

XI.

ſpoliatus eſſet. in quo quidem magna Plinij fortitudo, conſtantiaq; emicuit; qui pertenderit ea facere tamen, propter quæ tot amicis priuatus eſſet, & ipſe quoq; calumnijs delatorum obnoxius fieret. Erant & plura huius generis, ſed quæ apud alios alibi proferentur; ego mihi nunc hic non tam otij mei, quam negotij tui Patrone optime, rationem habendam conſtitui.

EPIST. CVIII.

Franc. Modius Roberto & Ioachimo Mathanis, germanis fratribus, nobilibus Normānis S.

EGo vero, ſtudioſiſſimi adoleſcentes, promiſſam vobis methodū hiſtoricā primo quoq; tempore, vt facturum Moguntiaci recepi ad vos trāſmittā; multū.n. imo permultū intereſt, quos priore, quos poſteriore loco ſcriptores in manus ſumas. nec temerè ſibi etiā diligētiſſim⁹ alioq rerum à varijs regibus, gentibus, & populis per terrarum orbem tot iam ſęculis geſtarum ita diſtinctam locis, & temporibus, quæ duo veluti hiſtoriæ lumina ſunt, cognitionem comparabit, vt non multa ſæpè confundat, quicumq; non iudicio vt ab hoc aut illo auctore initium, ita in iſto aut alio finem ſibi faciendum ſtatuerit. quam rem cum ſæpius iam ex me audiueritis, cognoſcite nunc etiam has in Calpurnium poëtam bucolicum, qui captus erat ſæculi eius, in quod incidit ipſius ætas, non malum, notas. Ecloga VI. Verſu IX.

I. Calpurnius Ecl. VI. Ver. IX. correctus

Te patiar, Crocale, qua nunc ego maceror vna
Si magis aut docili calamorum Nyctilus arte

Aut cantu magis eſt, quam vultu proximus illi.
ſcribendum manifeſta, & euidenti emendatione, etiamſi libri omnes contra niterentur.

Ne potiar Crocale, qua nunc ego maceror vna.
ſic Ouidius dixit Metam. lib. x.

Certa mori tamen eſt, ſi non potiatur amore.

II. Verſu 14.
Verſu. XIV.

Candidus alter erat leniq; decentior ouo.
ſcribendum:

Candidus alter erat, leuiq; decentior ouo.
corrigendusq; in voce eadem Ecloga III. Nemeſianus quoq; apud quem non rectè legitur:

III. Nemeſian. Ecl. III. Ver. XXXVII. emẽdatus:

Tum primum lenes oſtendit Pampinus vuas:
cum rectum hic item ſit:

Tum primum leues oſtendit pampinus vuas.

IV. Verſu 81.
Verſu XXCI. Eclogæ VI. Calpurnius rurſusbis interpolatus.

——*Hoc mihi certè*
Dulce ſatis fuerit Lycidam exſpectare tremen-
tem,
Dum te ſtante palam ſua carmina pallidus au-
emendo (*dit.*
——*Hoc mihi certè*
Dulce ſatis fuerit Lycidam ſpectare tremẽtem,
Dum te ſtante palam ſua crimina pallidus au-
dit.

non nouum eſt ſanè voces iſtas *crimina* & *carmina* ſibi inuicem à non ſatis doctis vel certè attentis librarijs ſubſtitutas inuenire; vt & alij quoque ad alios ſcriptores notarunt, & nos ad Silium noſtrum oſtendemus, nunc pergamus ad eclogam ſeptimam, & vltimam Calpurnij:

V. Ecloga VII. Verſu XXI.

Dic

Dic age, dic Corydon, nec noſtras inuidus aures
Deſpice, non aliter certè mihi dulce loquere,
Quam certare ſolent quotiens ad ſacra vocantur
Aut fœcunda Pales, aut paſtoralis Apollo.

vt dij in ſacris ſuis vmquam ipſi certauerint cantu? nunquam factum. ſed ſacrificijs tibia & cantus in laudem potiſſimum eius Dei, cuius feſtum celebrabatur adhiberi ſolebant; proponebanturq; à ſenioribus illo ferè tempore iunioribus præmia, de quibus inter ſeſe alterno cantu contenderent; & de hac re accipiendus hic Calpurnij locus, atq; ita emendandus:

——Non aliter certè mihi dulce loquere,
Quam certare ſoles, quotiens ad ſacra vocantur
Aut fœcunda Pales, aut paſtoralis Apollo.

quod dixi autem ſacris deorum cantus adhiberi ſolere, adeo verum eſt, vt originem hinc carmini bucolico eſſe, auctores vno ferè ore omnes conſentiant. atq; huc pertinent etiam illa ex eadem hac Ecloga:

Mirabar quæ tanta foret tibi cauſſa morandi,
Et ſolus Stimichon caneret pallente corymbo:
Quem ſine te mœſti tenero donauimus hœdo.
Nam, dum lentus abes, luſtrauit ouilia Thyrſis.
Iuſſit & arguta iuuenes certare cicuta.

hinc tibicinum & fidicinum collegium Romæ olim, quod ſacris publicis ſemper præſto eſſet, de quoq; iſtæ inſcriptiones loquuntur:

Romæ, in hortis Carpenſ.

IMP. CAES.
L. SEPTIMI. SEVERI
PII. PERTINACIS
AVG. ARAE. ADIABEN
PARTHICI. MAXIMI
FORTISSIMI. FELICISSIMI
P. P. FILIO
M. AVRELIO. ANTONINO
PIO. FELICI. AVG
TRIB. POTEST. III
PROCOS
TIBICINES. ROMANI
QVI. SACRIS
PVBLIC. PRAEST. SVNT
DEDIC. PR. NON. APRIL
TI. CLAVDIO. SEVERO. ET. C. AVFIDIO
VICTORINO. COS. Q. Q. PRECILO
SERENO. II. TI. CL. TITIANO

Ad D. Gregorij.

COLLEGIO. TIBICINVM
ET. FIDICINVM. ROMANORVM
QVI S P R. S
IVLIVS. TYRANNVS
....MVNIS. PERPETVVS. ET
..IVLIVS. TYRANNVS. F
H. C. D. D
DEDICATVM. K. MART
..RSO. SERVIANO. ET. L. FABIO. IVSTO. COS

Verum

Verum pergamus. Versibus superiores proximè sequentibus est: VI. Versu xxv.

Vidimus in cælum trabibus spectacula textis
Surgere, Tarpeium probe despectantia culmen,
Immensosq; gradus, & diuos lenè iacentes.

Diuos peritiores Cæsares interpretantur: alij etiam cælites ipsos, ex hac, quam narrat, mole spectari potuisse. insulsè. legendum:

——— *Et cliuos lenè iacentes:*

Nempè factum vt negligentes scriptores *c.* & *l.* ita scararent vt vnius *d.* speciem gererent. quemdmodum & vice versa ita *d.* vt *c.* & *l.* non inonuenienter scripturæ ex eo ab alijs fieri posset. qua de re memini dicere his ipsis epistolicis d Papinij quendam locum ex Thebaide. Ver- VII. Ver. LXXIII.
ii Calpurnij 73.

O felix Corydon quem non tremebunda senectus
Impedit; ô felix, quod in hæc tibi sæcula primos
Indulgente Deo dimittere contigit annos.

Ego, quamuis editiones nihil varient:

——— *Quem non tremebunda senectus*
Impetit. Sub finem, imo in fine legitur: VIII. Ver. LXXIX. bis notatus.
O vtinam nobis non rustica vestis inesset;
Vidissem propius mea numina, sed mihi sordes
Pullaq; paupertas & adunco fibula morsu
Obfuerant, vtcumq; tamen conspeximus ipsum
Longius. At nisi me decepit visus; in vno
Et Martis vultus & Apollinis esse putaui.

contaminatus ab ijs, qui solent omnia, locus, & qui ita corrigendus videatur:

O vtinam nobis non ruſtica veſtis ineſſet;
Vidiſſem propius mea numina, ſed mihi ſordes
Pullaq; paupertas & adunco fibula morſu
Obfuerunt: vtcumq; tamen conſpeximus ipſum
Longius, ac niſi me decepit viſus, in vno
Et Martis vultus & Apollinis eſſe notaui.

ita, inquam, corrigendum, & ſimili forma dixit Claudianus:

——— Iam Tibris in vno
Et Bruti cernit trabeas, & ſceptra Quirini.

ſed de his pluribus aliàs: nunc vos ſi libido eſt ſcire cur paupertatem pullam vocet poëta, conſulite, præter cæteros, lectiſſimum Iuſti Lipſij noſtri electorum libellum: & à me nobiliſſimi adoleſcentes valete.

EPIST. CIX.

Franc. Modius Alexandro Schotto, viro nobili S.

QVæ in Martiale, ſaltuatim eum percurrens, enotaui hodie Schotte nobiliſſime facio iudicij tui ſatis gnar⁹ non eſſe talia, quæ ad te mitti à me præſertim (de cuius ſtudijs nonnulla tibi prædicatione amicorum impensè nimis nobis volentium opinio nuper nata eſt, quæ vbi hæc tam minuta videris ſtatim denaſcatur neceſſe eſt) deberent; quo tempore tu fortaſſis in alio ſcribendi genere verſari nos malles, ſed tamen quæ ſic quoq; non ingrata tibi, cui cuimodi pro præcipua tua illa humanitate fore arbitrarer.

I. Martialis notatus lib. II. Epig. VI. Lib. I I. Epig. VI.

Laſſus

Lassus tam cito deficis viator,
Et cum currere debeas Bouillas,
Iter iungere quæris ad Camœnas.

m.ſ. quo vſus ego pro, *iter iungere* referebat vna voce ex duabus facta *interiungere* cum nota ad oram vel, *intermittere*. & ſcilicet rectum eſſe *interiungere*. quod valet ſiſtere, curſum inhibere. vſus eo verbo alibi quoque poeta dum ait:

——& hora laſſos
Interiungit equos meridiana.

vbi valet interiũgit ſoluit à curru, diſiungit. vſus & grauiſſimus ſcriptor Seneca philoſophus ſed tranſlatè epiſt. LXXXIV. vbi ait: *Conſuetudinem meam noſti. Breuiſſimo ſomno vtor, & quaſi interiungo: ſatis eſt mihi vigilare deſijſſe.* ſic enim ibi legendum ex Pinciani m. ſſ. quorũ lectionem Dominicanorum exemplar diſertè confirmat. cum vulgo in editionibus omnibus pro *interiũgo* minus venuſtè *interuigilo* legatur. lib. III. LXXIII. II. Seneca Epiſt. XXCIV. notatus.

III. Iterum Martialis lib. III. Epigram. LXXIII.

Pſilothro faciemque lauas, & dropace caluam;
Numquid tonſorem Gargiliane times?
Quid faciem tingis? nam certè non potes illos
Reſina, Veneto nec reſecare luto.

miror turpiſſimã hanc mendã in hoc loco hactenus hæſiſſe. cui enim dubium quin legendum ſit manifeſtiſſima emẽdatione *Quid faciẽt vngues? non* vel etiam *nam certe, non potes* &c. quid, inquit, prodeſt tibi ob tonſoris metum pſilothro faciem leuigaſſe, & dropace caput glabrum reddidiſſe, cum ſic quoq; miniſterio tonſoris egeas in vnguibus reſecãdis? ignoratio priſci moris ex-

rori originem dedit. fugerat enim bonos viros, à quibus vulgata lectio, res vel pueris nota; capillos & vngues resecandi officium ad vnum eundemque tonsorem pertinuisse. quo de Horatius, alijq; sed apertissimè lib. II. cap. II. quod de fortitudine inscribitur Val. Maximus his verbis: *Cuius* (Catonis Vticensis puta) *filia minime muliebris animi: quæ cum Bruti viri sui cõsilium, quod de interficiendo Cæsare ceperat, ea nocte, quam diem terrimi facti secutus est, cognouisset, egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsorium quasi vnguium resecandorum caussa popposcit, eoque velut forte elapso, se vulnerauit: Clamore deinde ancillarum in cubiculum reuocatus Brutus, obiurgare eam capit, quod tonsoris præripuisset officium. Cui secreto Porcia, Non est, inquit*; & quæ sequuntur nihil huc facientia. Lib. IV. Epig. X. quod est ad Faustinum:

IV. Lib. IV. Epig. X.

Dũ nouus est, neq; adhuc rasa mihi frõte libellus
Pagina dum tangi non bene sicca timet;
Ipuer & caro perfer leue munus amico,
Qui meruit nugas primus habere meas.
Curre, sed instructum comitetur pumice librum
Spongia, muneribus conuenit illa meis.

non insimulo vitij hanc lectionem, non; sed admoneo tamen scriptum librum diuersam afferre, & nihilo fortasse deteriorem, quæ est:

Curre, sed instructus, comitetur Punica librum
Spongia: muneribus conuenit illa meis.

vt spongiam vocet Punicã inter ruinas & ruderã Carthaginis natam. etsi, vt verum fatear, nihil de

ea alibi memini legere. hinc trāsmitto ingēti plane saltu in librum xi epig. xcix. vbi quod est: V. Lib. xi, Epist. xcix.

Rimas per omnes basiator intrabit.
Non consulatus ipse, non tribunatus,
Sanique fasces, nec superba clamosi
Lictoris abiget virga basiatorem.

m. s. pro, *sanique fasces*; *Senique fasces* probant. quod ideo fortassis sequendum, vt per eos Prætor, cui totidem lictores cum fascibus apparebāt, designetur. nisi forte erunt qui putabunt nihil mutandum, quod haud ambiguè de Prætore capienda illa sequentia; *Sedeas in alto tu licet tribunali:* quibus respondeo, etsi contendere cum illis non fert animus, per gradus ascendere importunitatem basiatorum; quæ non tantum consuli, tribuno, Prætori alibi molesta sit, sed huic etiam tum, cum ius dicit. porro sex lictores Prætori apparuisse vt consuli xii. Dictatori xxiv. notior res quam vt de ea multa mihi hic verba perdēda existimem. Lib. xii. Epig. iv. ad Priscum: VI. Lib. xii. Epig. iv.

Tu facis ingenium, tu, si quid posse videmur,
Tu das ingenuæ munera pigritiæ.

vetus liber legebat; *Tu das ingenuè ius mihi pigritiæ.* quod æquè, si quid mei iudicij est, cōuenit. VII. Epig. xxxii. Ep. xxxii. in Vacerram:

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa,
Et cum lucerna corneoque cratere
Matella curto rupta latere meiebat.
Focum ferentis suberat amphoræ ceruix.

m. s. *Foco virenti suberat amphoræ ceruix.* de quo arbitrari inprimis te vir clariss. & à te alios quoq;

IIX. velim. Epig. LII. cuius lemma in veteri libro
Epig.LII. est: *Epitaphium* in cusis; *ad Semproniam*:

Dulcis in Elysio narraris fabula campo,
Et stupet ad raptus Tyndaris ipsa tuos.
Tu melior quæ de sorte raptore rediisti:
Illa virum voluit nec repetita sequi.

omnino abhorreo ab hac vulgata lectione, eoq; etiam pronior sum in scriptam, quæ refert:

Noluit illa virum nec repetita sequi.

quæ est pura puta Græca locutio, quippe apud quos Græcos duæ negatiuæ magis etiã rem con-
IX. firment; exempla passim obuia. Epig. LVII.
Epig.LVII.

Tu Sparse nescis ista, nec potes scire,
Petilianis delicatus in regnis,
Cui plana summos despicit domus montes,
Et rus in urbe est, vinitorq; Romanus.
Nec in Falerno monte maior Auctumnus,
Intraq; limen clausus essedo cursus,
Et in profundo somnus &c.

scribo primum ex manu exarato cod. *Nec in Falerno colle*, pro, *monte* quia præcessit statim, *montes* & totus ille Campanus tractus qua se extendit Falernus ager crebris magis collibus vitiferis, quam magnis montibus nobilis est: emendoque porro: *Intraque limen latus essedo cursus*, vt hinc quoque constet quam laxe habitaret Sparsus, & quam non mirum esset, si strepitus & tumultus vrbanos non exaudiens, raro se in villam conferret; qui iam ante in vrbe rus villamque ea amplitudine possideret, quæ non gestationi tantum,

sed

:d eſſedario quoq; curſui, idq; latiſſimè & abun-atiſſimè, pateret. Vale.

EPIST. CX.

Franc. Modius Arnoldo Amedæo S. Coloniam Agrippinam.

IRaſcor tibi; nec ſatis ſcio an debeam; ſed tamẽ planè iraſcor. ſcis te mihi aſſiduum officiũ in niſſiculandis litteris tuum Colonia Agrippina diſcedenti vltro pollicitum eſſe; cum ita diceres, nullam omnino dierum hebdomadã abituram, quin mihi à te ventura eſſet epiſtola, vel valetudinis tuæ ſolius index, ſi aliud nihil occurreret, quod me ſcire, mea intereſſe exiſtimares, & putabam ego credulus tum, ita futurum; æquioreq; animo vos relinquebam, quod ſperarem litteras veſtras quam ſæpiſſimè mihi vos, quaſi præſentes ſtituras: deſideriumque, quo ex abſentia cariſſimorum hominum maximo me affectum iri ſentiebã, ex bona parte mitigaturos; at vos promiſſorum ſecuri, tertio vix menſe tribus nos verbis dignos putatis. hæccine eſt fides? profecto, niſi nunc ſaltem plurimas & longiſſimas litteras ad me miſeris, nunquã ita Calui illa munera perdiderunt Catullũ, vt ego te meis nugis ſum exercaturus. de quarum genere nũc iſta, vt dignus es, habe. Silij verſus ſunt; I.

Silius lib. v. verſu LXIX correctus.

Ac ſuper hæc diuũm genitor terras q; fretumq;
Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis
Fulmina Tyrrhenas Thraſimeni torſit in vndas.
Littus & æthereæ per ſtagna patentia flamma

Fumauit lacus, atq; arserunt fluctibus ignes,

quorum quartus ita interpolandus est:

Ictusq; atheria per stagna patentia flāma &c.

Mox: *——cedas*

Versu xxcm. bis interpolatus.

Oramus superis, tempusq; ad prœlia dextrum
Opperiare: dabunt ijdem tempusque diemque
Pugnandi; tantum ne dedignare secundos
Exspectare Deos, cum fulserit hora, cruentam
Quæ stragē Libyæ poscet, tum signa sequentur.
Nulla vulsa manu &c.

emendandum:

——cedas

Oramus superis, tempusq; ad prœlia dextrum
Opperiare, dabunt ijdem camposq; diemq;
Pugnandi; tantum ne dedignare secundos
Exspectare deos, cum fulserit hora, cruentam
Quæ stragem Libyæ portet &c.

III. Versu CLII. rursus bis emaculatus.

Post pauca:

Vnū hoc pro cūctis sat erat caput; aspera quisq;
Hertamenta sibi referat, meus heu meus acru
Ticini frater ripis iacet, ac meus alta
Metitur stagna Eridani sine funere natus.

quæ quanto elegantius ita leguntur?

Vnū hoc pro cunctis sat erit caput: aspera quisq;
Hortamenta sibi referat; meus heu meus atris
Ticini frater ripis iacet; at meus alta
Metitur stagna Eridani sine funere natus.

IV. Versu CLXIV.

Statim:

——visoq; arctis in millibus atras
Bellatore tubas aptante, est, Orphite, munus

Est,

Est, ait, hoc certare tuum. &c.
manifestè scribendũ, etsi nemini hoc hactenus, quod mirum videri potest, animaduersum est:

——— visoq; arctis in millibus atras
Bellatore iubas aptante, est &c. sunt enim verba Flaminij ad equum suum, Orphitum nomine. nempe sic præcedentibus libris Scipio quoq; suũ equum, cui Gargano nomen fecerat, alloquens à poëta fingitur. Sed & mox elegantius longè erit si legamus quomodo m. s. habet; V. Versu CCXXXV.

——— qui iam vicina ferebat
Vulnera pugnantis tergo.
quam si vulgatos libros sequendo retineamus:
——— qui iam vicina ferebat Vulnera.
quid quod & mox scribendum: VI. Versu CCLI.
Ac simul infesto Lateranum pondere trunca
Arboris vrgebat.
non vt hactenus editiones repræsentant;
Ac simul infesto Lateranum vulnere trunca
Arboris vrgebat. &c.
quæ vox nihili hic est. Sequitur: VII. Versu CCLXXI.
Obuius huic Atlas à sanguine clarus Ibero,
Nequiquã extrema longinquus cultor harenæ.
venustior longè lectio scripta, vt alibi quoque moneo:
Obuius huic Atlas, Atlas à littore Ibero,
Nequiquã extrema lõginquus cultor harenæ.
Pergit Silius: IIX. CCCXLVI.
Num lateri cuspis, num toto pondere telum
Sedisset, fremuitq; amens, sociosque rogabat.
vera lectio est;

rectum sit; *patris me indulgentissimi senectus retinuit*; & princeps littera vocis sequentis ad illud *me* adhæserit, quæ res postea effecit, vt ex vna ge-
VI. minaretur. Eadem epist. *Ne indulgeas otio, ad quod vergit iners valetudo: vt legas clarius & spiritum, cuius iter & receptaculum laborat, exerceas: vt nauiges & viscera molli iactatione cõcutias.* Scriptus liber: *& aut legas clarius, & spiritũ, cuius iter & receptaculũ laborat, exerceas: aut nauiges* &c. planè benè; si tantum pro *&, aut legas*; *sed aut le-*
VII. *gas*; legatur. Iterum eadẽ epist. *Cogita quid honestè, quid fortiter feceris: bonas partes tecum ipse tracta: memoriam in ea, quæ maxime miratus es, sparge, tunc tibi fortissimus quisq; & victor doloris occurrat. Ille qui dũ varices exsecandas præberet, legere librum perseuerauit. Ille qui nõ desijt ridere, cum hoc ipsum mirati tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur.* præsto germanam Senecæ lectionem esse: *cum hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur.* sic enim & optimus Latinę linguæ auctor vel Cicerone & Cæsare testibus Terentius Eunucho sua: *Id equidẽ aduenienti mecũ stomachabar modo.* Et Phormione; *Eho an id succensés nunc illi.* vtrobiq; enim *id* valet *ob id*, vt in nostro *hoc* hoc *ob hoc.*
IIX. Adhuc eadẽ epist. *O quã magna erit gloriæ materia, si spectaremur ægri. Inter te spectabis, ipse te laudabis.* suspicor negligẽtissimi post homines natos, certè artẽ cudendi typis libros natã correctoris negligẽtia, qui Basileensi editioni anni CIↃ.IↃ.LXXIV. præfuit; hæc ita in editione Parisiensi Iacobi de

Puys,

Puys, qui Basileensem illam expressisse videtur, legi; haud dubiè sic corrigenda: *O quam magna erat gloriæ materia, si spectaremur ægri. Ipse te specta, ipse te lauda.* vide quo diuersus abierit bonus iste nō corrector, sed corruptor librorū. Epist. LXXX. *Et si forte obseruaueris (dignū est autē vt obseruęs) fac nos certiores vtrum non tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas æquè mare illud contorqueat:* res clamat rectum esse; *vtrum vno tantum vēto agatur in vortices, an omnis tempestas æquè mare illud cōtorqueat.* Statim post: *Si hæc mihi perscripseris, tūc tibi audebo mandare, vt in honorē meum Ætnam quoq; ascendas: quam consumi, & sensim subsidere ex hoc colligunt quidā, quod aliquādo longius nauigantibus solebat ostēdi. Potest hoc accidere, nō quia montis altitudo descendit, sed quia ignis euanuit, et minus vehemēs ac largus effertur, ob eandē causſam fumo quoq; per diem segnior.* quisquamne dubitabit, tantū non ex illis qui iurati semper & vbiq; dubitare, quin mēbranarū lectio præ vulgata auro cōtra redimēda sit, quæ habet: *sed quia ignis euanuit, & minus vehemēs ac largus efferuit.* si quis hercule, si quis; huic ego mētis igniculos euanuisse iampridē contendo. Eadē ep. *Quis oculis glorietur, qui suspicētur diē, quib. sol per caliginē splēdet: licet cōtētus interim sit effugisse tenebras, adhuc nō fruitur bono lucis.* & libri scripti, & posteriora hæc arguūt in priorib. legendū: *Quis oculis glorietur, qui suspicetur diē, cui sol per caliginē splendet.* Epist. LXXXI. in qua desinam. *Equum emturus, solui inbes stratum, de-*

IX. Epist. XXC.

X.

XI.

XII. Epist. XXCI.

trahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem inſolutum æſtimas. membranæ: *hominem inuolutum æſtimas?* egregiè ad rem, ſed parcam meridie lucernam, atque vt dixi, deſinam. Vale.

EPIST. CXII.

Franc. Modius Paſchaſio Briſmanno I.C. S. Spiram Nemetum.

Litteræ tuæ, Paſchaſi Briſmanne, non eruditè tantum & liberaliter, verum etiam peramanter ad me ſcriptæ, quanto inexſpectatiores, tanto animo meo gratiores fuerunt: adiunctis præſertim verſiculis, qui, vt quidam olim ait;

Tam liquidũ tam dulce ſonant, vt nõ ego malim
Quod Peligna legunt examina, lãbere nectar.

Ceterum in morte fratris tui, præſertim in vtraq; litteratura, & ſtudijs his humanioribus tam culti, & omnino perpoliti iuuenis; & ipſę me hercule bonæ litteræ grauẽ plagam acceperunt, & nos doluimus nõ tam dolorem tuum, quam cum eis ipſis, quas modo laudauimus, litteris, quãdo tantum non ſacramento rogati in earum verba iam olim iurauimus, nobis merito communem. ſed hac lege in hoc theatrum ingredimur homulli, vt ſimul chorago placuit, perſona aut mutanda, aut deponenda etiam ſit. ſolatium & miſerum & durum fateor: ſed tamen neceſſarium. in quod te inſpicientem ſpero etiam qua es præter eruditionem prudentia minus fracto animo mortem ex fratre altero nepotis, & propriæ filiolæ ferre, por-

porroque etiam laturum. bona cum ſpe Deum orbitatem hanc tuam reſpecturum, & propediē alia prole ſolaturum. ſed pecco largiter, qui hæc atque talia commemorando dolorem tuum recrudeſcere cogo. illud igitur potius in re litteraria hæc hodie ſub manum venere, quorum te arbitrum, ita vt quod optimo iure fiat, capio. Fabij Planciadis Fulgentij Mythologiarum lib. III. & vltimo de Bellerophonte & Chimæra ita legitur: *At vero quod dicitur poſtremum draco, illa ratione ponitur, quia poſt perfectionem vulnus det pœnitentia, venenumque peccati, erit enim hic ordo dicendi, quod primum ſit in amore inchoare, ſecundum perficere, tertium vero pœnitere* &c. ſed corruptè vt apparet, & vbi ita ſcribendum videatur: *At vero quod dicitur poſtrema draco, illa ratione ponitur, quia poſt perfectionem libidinis vulnus det pœnitentia venenū peccati. Erit ergo hic ordo, quod primum in amore ſit inchoare* &c. ita inquam, emendandum; neque aliter membranę Neuſtetterianæ Combergēſes, niſi quod, *poſtremus draco* referebant, errore opinor librarij, cum Planciadem ſcripſiſſe vt nos emēdauimus, & in mente habuiſſe illum tritum verſiculum;

I. Fulgentius Mythol. lib. III notatus de Bellerophonte.

Prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimæra,

aut verum, aut vero quam ſimillimum ſit. *poſtremus & poſtremum* hic ſanè locum non habent; niſi placet in ſolœciſmo manifeſtario hæc relinquere. De Perdice: *Semper delicata conſuetudo laborioſo fert præiudiciū operi, & mollitur educatu, dum quod non optat euenerit, pœnitentiam*

II. De Perdice. bis, ter emaculatus.

fugam dereliquit. Tandem multis iactata venenis, persecutionibus, postea Ioue petente in coniugio Cupidinem accepit. Poteram quidem totius fabulæ ordinem hoc libello percurrere, qualiter & ad infernum descenderit, & ex stygijs aquis vndam delibauerit, & solis &c. hæc quoque lepidissima narratio turpiter à scriptis inquinata sic genuinę elegãtiæ reddatur. *C.p.a.l.m.e.i.f.a. lucernaque modij custodia erutæ C.c.d.i.a.t.a.s.o.d.m.s.F.q.C.m.s.c.p.i.d.e.a. profugam dereliquit. Tandem multis iactata Veneris persecutionibus p.I.p. in coniugium C.a.P.q.a. f.o.h.l.p.p. & a.i.d. & ex Stygijs aquis vrnulam delibauerit &c.* & videatur Apuleij de Asino liber [illegible] & vt tuque eruditissime & humanissime Bei[illegible] manne feliciter vale. v. Kl. vii. bres Herbipoli [illegible] [illegible]

EPIST. CXIII.

Franc. Modius Iulio Micyllo Heidelbergam. S.

QVæ sequuntur in Ciceronẽ notæ, pro cul[illegible] pis an pro laudibus habendæ sint, tua in[illegible] [illegible], Iuli Micylle, & aliorum valebit existima[illegible] [illegible] ego certè ita eas scripsi, vt qui cuperem de la[illegible] [illegible] optimo extra controuersiam auct[illegible] [illegible] etiam quam optimè mereri. In quo quo[illegible] [illegible] *Quid vero nuper? cum morte superioris vi[illegible] [illegible] domum vacuam fecisses, nonne [illegible] [illegible] scelere hoc scelus cumulasti.* [illegible] *Quid quod aduentu tuo ista subsellia [illegible] [illegible]* considerandum videtur nõ de [illegible] [illegible] quod membranæ omnino omnes [illegible]

mea

ieæ quam Lambinianæ pro, *vacuam feciſſes* &, *acua facta ſunt* conſtanter referunt, *vace feciſ-s* &, *vace facta ſunt*. ſuſpicarique licet hoc verbo a compoſito Ciceronem vſum eſſe, quod ab tis ſimijs eius vt duriuſculum mutatũ ſit, & re-lutum in duas dictiones. Eadem oratione: III.
Iullũ iam tot annos facinus extitit, niſi per te: nul-m flagitium ſine te: m. ſſ. lectio nõ minus com-ioda eſt: *Nullum iam aliquot annis facinus exti-t.* &c. Statim: *tu nõ ſolum ad negligendas leges,* IV.
3 quæſtiones, verumetiam ad euertendas perfrin-ndasque valuiſti. m. ſſ. *tu non ſolum ad vertendas ges & quæſtiones, verumetiam ad euertendas per-ingendasque valuiſti.* nec alienum hoc aut à Ci-:ronis elegantia, aut à ſententia. vertere legem, ſt legi fraudem facere; & falſa interpretatione it alio quouis pacto per ſe aut per homines pre o ad hoc paratos corrumpere, atque in contra-um ſenſum inmutare. euertere legem, eſt fun-itus tollere. Mox: *Tametſi video, ſi mea voce* V.
rterritus ire in exilium animũ induxeris, quan-i tempeſtas inuidiæ nobis, ſi minus in præſens tẽ-u recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſte-itatem impendeat. Sed eſt mihi tanti, dummodo ſ a tua priuata ſit calamitas, & à reip. periculo ſe-ingatur. nihil variant libri; mihi tamen non pla-et hæc lectio; & eſt ſane intricata vſq; eo, vt Ho-omannus legendum exiſtimauerit: *Sed non eſt nihi tanti* &c. verum non rectè, vt Muretus, & oſt eum Lambinus docuêre. qui tamẽ quomo-lo reliqua concoquere potuerint, mecum ſæpè

admiror. ipseque vt dixi ferre non possum, plane que arbitror Ciceronem scripsisse: *Sed est mihi tanti, dummodo ista mea priuata sit calamitas, & à reip. periculis seiungatur.* Sic enim & secunda in Catilinã oratione dixit: *Est mihi tanti Quirites, huius inuidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodo à vobis huius horribilis belli ac nefarij periculum depellatur.* & sic nescio qui cũ res Romanis supra votum fluerent petijt à dijs, fas sibi esset priuata sua aliqua licet insigni calamitate publicam redimere, inuidiam que eorum auertere. *tua* autem illud, de quo dixi iam ante, eorum commentum est. qui *mea* hic minus conuenire arbitrabãtur quod Catilinæ ista dici videbant. atque ita de hoc loco censeo; nunc pergamus: VI. *Sit denique inscriptum in fronte vnius cuiusque ciuis, quid de rep. sentiat.* à mẽbranis abest dictio *ciuis* quod placet. loquitur in genere de omni multitudine quæ Romæ versaretur; aut si de ciuibus tantum, certè tam de probis, quam de improbis, quorum hos Cicero ciuium nomine dignari non solet.

EPIST. CXIV.

Franc. Modius Hieremiæ Baunnachio I.C. S. Bambergam.

VT nuper viso catalogo librorum manu exaratorum, qui venales apud vos nuntiabantur, ad Cornelij Taciti in eis nomen exsilui gau-

gaudio; nescio quem in eo thesaurum sperans; ta postquam mihi ob hoc vel præcipuè ad vos profecto inspiciendorum eorum codicum facta est copia, ad cõspectum eiusdem Taciti, pro sperato thesauro, vt est in dicto veteri, carbones inuenienti; non mediocris orta est indignatio. Erat enim recenti omninno manu in papyro scriptus non Tacitus, hoc est Historiarum & Annalium libri; quod vt iustum opus nomine auctoris designarie existimabam; sed vnicus de moribus Germanorum libellus indignus omnino ad quẽ voti festinus tanta animi contentione peruenirem. In quo vide quid me fefellerit; vix Bambergam ingresso, & de hac supellectile libraria anquirẽti responsum est, vilem eam esse, nec omnino dignam visu: libros pleroſque ita scriptos, vt legi vix possent; alios situ obsitos sub alto puluere delitescere. Gauisus sum, & putabam cõtra hic mihi vsu venturum, atque olim in nescio quorum monachorum Insulensium Flandriæ nostræ cœnobio, in quo cum de bibliotheca quæsissem; Prior habere pronuntiat, & quidẽ mirè bonam, elegantemque: putabam hominem de scriptis libris loqui: hos enim venabar ego: oro igitur ambitiosius admitti; annuit; ducit me ad locum, bibliothecæ vnicum illum quidẽ, sed in quo antiquus liber nullus compareret. DD. Augustino, Hieronymo, Bernardo & reliquis pleriſq; patribus ex editionibus recẽtissimæ quę exstarẽt, pulpita omnia occupãtibus. rogo quid veterib. eorũ hospitibus factũ sit; hos enim nouitios esse, rem

docere. negat intelligere monachus quid velim, proinde iubet apertius me loqui. Pareo; & nullosne inquam Pater libros ſcriptos membranaceos habetis? Imo habuimus, inquit, renidens; ſed venit nunc nuper quidã ad nos, cuius de ſtultitia ſatis dici non poteſt. qui cum admitti in hũc locum obtinuiſſet, in quo tum libri quidem multi promiſcuè iacerent, ſed quorum nullus eſſet nobis vſus; litteris iam aut vetuſtate fugientibus, aut neſcio quo exotico more conceptis adeo, vt vix menſe decimo quoque è noſtris quiſquã huc inferret pedem; viſis illis repente bonus hoſpes iſte, quid vos, inquit, quiſquilijs iſtis facitis, an nó ſatius erat venditis eis, eos libros comparare qui cum omnibus vobis, tum præcipuè quibus concionandi munus demandatum eſt, vſui & ornamento eſſe poſſent? reſpondi, ſatius quidem futurum vt aiebat, ſed hoc vereri, vt emtorem inuenirent libri tam nihili. Cum rurſum ille; etſi, inquit, mẽbranas has ijs, qui libros conglutinant nummo in ſingulas libras venditandas intellegam, faciam tamen, vt ſolito mihi more proijs vobis libros cuſos ex optimis quibuſque Typographicis officinis largiar, ſperans fructum profectus quem ex eis facient veſtri ordinis homines, etiam ad me redundaturum. accipimus libenter conditionem; & ne locus ſit pœnitentiæ ſtatim cum ille nobis antè cauiſſet per præcipuos mercatores vrbis noſtræ de nouis libris; veteres omnes ſordes in ciſtas quatuor, quinq; coniecimus, quas ille auexit, miſſis deinde in locum earum

rum ijs,quos vides,codicibus.ſic tum monachus ille me fruſtra habuit; ſeque ipſum, & ſuos ante me tamen. quare cum homines ab eius ſapientia, vt arbitrabar,non alienos,ita de libris iſtis loquerentur, vt negarent legi poſſe, & nullius vſus dicerent: impendio animus mihi gaudebat, venerandæ antiquitatis neſcio quæ monimenta,& libros Longobardico charactere exaratos ſomnians; cum, vt rem vidi totus infremui; vixque etiam nunc ad meliores hos me cõuerto. Macrobij libro II.in ſomnium quod habent editiones: *Sciendum eſt autem quod ventus, qui per hũc ad nos cardinem peruenit, id eſt Auſter, ita in origine ſua gelidus eſt: vt apud nos commendabilis eſt blãdo rigore Septentrio. ſed quia per flammam torridæ zonæ ad nos commeat, admixtus igni caleſcit: & qui incipit frigidus, peruenit calidus. neque enim vel ratio, vel natura pateretur, ut ex duobus æquo preſſis rigore cardinibus, diſſimili tractu flatus emitteretur.* falſum eſt; quidni enim vẽti ex æquo preſſis rigore cardinibus profecti, diuerſo itinere eant? quare reponatur ex duobus notæ probiſſimæ membranaceis libris: *& qui incipit frigidus, calens peruenit. neque enim vel ratio, vel natura pateretur, vt ex duobus æquo preſſis rigore cardinibus, diſſimili tactu flatus emitterentur.* nimirum calorem, & frigus tactus ſenſu percipi. æque legendum ſtatim: *quia circumfuſo fruimur aere, cuius ſpiramus hauſtu*, nõ, *hauſtum.* & rurſum: *calcabunt æquè vt nos humum: & ſuper verticem, ſemper cœlum videbunt*, non, *& ſemper verticem,*

I. Macrobius lib. I. in ſomnium notatus.

II.

III.

ſemper cœlum videbunt quod malè hactenus cõtra
IV. *auctoris mentem circumfertur.* Poſt aliquam-
multa: *Et quia has diuerſitates, quæ ceteris finibus terminantur, cingulos in cœlo vocauere, neceſſe eſt totidem cingulos etiam hic intelligi.* certo certius eſt ſcribendum eſſe: *Et quia has diuerſitates, quæ certis finibus terminantur, cingulos in cœlo vocauere* &c. Iterum poſt aliquam multa: *Loca vero quæ in medio temperata ſunt, quoniam ab vtraque nimietate longè recedũt, veram tenent ſalutarem temperiem.* omnino emendandum videtur: *Loca vero quæ in medio Tẽperatæ ſunt, quoniã ab vtraq; nimietate longè recedunt, verã tenent ſalutarem temperiem.* ita, inquã, emendandũ accipiendũq; de Zona temperata, cuius mediã regionẽ quod à caloris & frigoris nimietate lõgiſſimè recedat, ſalutari omnino temperie habitationi hominũ
VI. apriſſimã dicit. Simile mendũ ineſt ibi quoq; *Num igitur illud attendit quod diximus, & intra tropicum in ea peruſta parte, quæ vicina eſt temperatæ, habitatores eſſe?* legendũ enim hic etiam; *in*
VII. *ea peruſtæ parte; peruſtæ,* zonæ puta. Sequitur: *Cum ergo tantũ ſpatij ex peruſta vitam miniſtret, & ſine dubio circa vicinã alterius temperatæ id eſt antœcorũ, tantundẽ ſpatij habere per peruſtæ fines, & parem manſuetudinẽ non negetur.* (*Paria enim in vtraq; parte ſunt omnia*) *ideo credendũ eſt* &c. geminatio eiuſdem ſyllabæ loco vitiãdo fuit; qui integer ita legebatur, nuncq; etiã ex libris ſcriptis legi debet: *tantundem ſpatij habere, peruſtæ fines, & pari manſuetudine non negetur: paria enim* &c.

hoc

hoc dicit; fines peruſtæ non tantum qua à Siene, quæ ſub ipſo tropico eſt ad Meroen per 3000 & octingẽta ſtadia, rurſusque ab hac ad terram cinnamomi feracẽ per alia octingẽta ſtadia introrſum receditur, habitari; ſed alia etiam parte, qua alteri temperatæ quoq; vicinior fit. Sequitur: IIX.
His quoque (vt arbitror) non otioſa inſpectione tractatis, nunc de Oceano quod promiſimus, aſtruemus: non vno, ſed gemino eius ambitu terræ corpus omne circumfluí. cuius verus & primus meatus eſt, qui ab indocto hominum genere neſcitur. Is enim quem ſolum Oceanum plures opinantur, de finibus ab illo originali refuſus, ſecundũ ex neceſſitate ambitum fecit. manifeſtiſſima emendatione corrigendum eſt: *Is enim quem ſolum Oceanum plures opinantur, de ſinibus ab illo originali refuſis, ſecundum ex neceſſitate ambitum fecit.* idem in eadem voce error infra quoq; inueniatur, qua parte IX.
ait: *Nam inter nos & auſtrales homines means ille per calidam Zonam, totamque cingens & rurſus vtriuſq; regionis extrema ſinibus ſuis ambiens, binas in ſuperiore atque inferiore terræ ſuperficie inſulas facit.* omnino enim legendum: *& rurſus vtriusq; regionis extrema ſinibus ſuis ambiens*; ex auctoritate membranarũ, in quibus etiã τὸν Ζonam quod præcedit, rectè non erat. Vale &c.

EPIST. CXV.

Franc. Modius Ioanni Caſtelio S.

QVid agimus, optime & eruditiſſime ſenex? muſitamus & dolorẽ quem ex temporũ

iniquitate, ac patriæ vastitate summum capiamus necesse est, silētio fatemur; an scribimus aliquid potius, & solito more in studijs dediti, litteratas litteras pro opibus nostris ornamus? nimirum hoc potius; vt, quæ solent esse decus ad famam, nunc sint saltem in luctu, vtinam non iustiore, quam grauiore, solatia. Epigrammatū sanè Græcorum opus à te Latinè conuersum egregia stili puritate, & verborum proprietate; multorumq; ad hoc doctorum & clarorum virorū versionibus, ac notationibus locupletatum, iampridem omnes oculis animisque requirimus. nec potes tu differre diutius; cuius tibi præstandi copia iam olim est: voluntas nunc etiam in temporum, vt dixi, dissimulationem crescere, & augeri debet. nos certè, ne nihil agamus, notas scribimus; quæris cuius notæ? en specimen tibi. Verba sunt virtutis ad Scipionem lib. Silij xv.

I. Silius lib. xv. versu cv. correctus.

Nec bona conscendunt, quæ fors infida dedisset,
Atq; eadem rapuisse valet, mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genus; omnia contra
Experienda manēt; quā spontē blanda voluptas.

Sunt hæc inquā virtutis verba, aut potius, ex parte prodigia verborum, hoc modo expianda:

Nec bona censendum, quæ fors infida dedisset;
Atq; eadem rapuisse valet; mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genus; omnia contra
Experiēda manent, quā spondet blāda Voluptas.

II. Versu cxxxiv. bis quoq; notatus.

Versu 134.

Pars credunt toruos patrui reuisere vultus.
Sed quanquā tacitus, magnis tamē ægra periclis
Pectora

Pectora ſubrepit terror.

ſermo eſt de mandando Scipioni bello Hiſpanienſi; quo paullo antè patrem & patruum amiſerat. in quam rem, ait poëta, propenſos fuiſſe omnium animos, niſi quod tam præſenti periculo metuebant cum fortuna ſua committere vigintiquatuor aliquot (tot enim tum erat Scipio) annorum adoleſcẽtem. nec videtur ſubeſſe verbis vitium, ijs præſertim, qui *re* longum faciunt; cum tamen, ni meum me iudicium, libros veteres ſua ſcriptura fallit, legendũ, & ſcribendũ ſit:

Pars credunt toruos patrui reuireſcere vultus.
Sed quanquam inſtinctis tacitus tamen ægra periclis
Pectora ſubrepit terror.

tu, Caſteli, conſiderabis locum diligentius; ego pergo: III. Verſu CLII.

Diue tridente potens cuius maria ire per alta
Ordimur. ſcribo dictione compoſita:
Diue tridentipotens cuius maria ire per alta,
Ordimur. Verſu 169. IV. Verſu CLXIII.

——occurrunt mœnia Graio,
Condita Maſſiliæ, populis accincta ſuperbis
Barbarus inmani quæ territat accola ritu.
Antiquam morem patriæ cultusque habitumq;
Phocais armiſonas inter tenet hoſpita gentes.

lego & interpungo:

——occurrunt mœnia Graijs
Condita, Maſſiliæ; populis hæc cincta ſuperbis,
Barbarus inmani cum territet accola ritu,

Antiquæ morem patriæ, cultumq; habitumq;
Phocais armiferas inter tenet hospita gentes.

V. Versu CCXXXII. Mox est:

Arris ductor erat, qui cõtra amplexus in arctis
Auxilium, excelsamq; loci præcinxerat arcem.

nihili scriptura; & quæ ita demum in integrum restitui posse videtur, si mutetur in hanc:

Arris ductor erat, qui cõtra amplexus in arctis
Auxilium atq; excelsa loci præsepserat arcẽ.

VI. Versu CCXLIV. Post versus pauculos:

A tergo accelerant, qua visis fluctibus Arris
Incustoditam sine milite liquerat vrbem.
Tũ prostratus humi (miserandũ) vincta catenis
Pœnus colla dedit.

aut falsus ego, aut vera membranarũ lectio hæc:

A tergo accelerant, qua fisus fluctibus Arris
Incustoditam sine milite liquerat vrbem.
Tũ prostratus humi (miserandũ) victa catenis
Pœnus colla dedit.

VII. Versu CCLXI. Versu 261.

——— tunc hasta viris & martia cuiq;
Vexilla & meritũ, & præda libamina dantur.

Elegantius longè erit:

——— tunc hasta viris, tunc martia cuiq;
Vexilla, vt meritũ, & præda libamina dantur.

Pro nauata, inquit Poëta, strenuè opera, sua cuiq; præmia reddita sunt. quod arctè adeo ab Imperatorib. Romanis seruabatur, vt accusatos quosdam eo nomine legamus, quod, ob leues causas, præmia militibus decreuissent.

Sed hæc hactenus.

EPIST.

EPIST. CXVI.

Franc. Modius Gregorio Bersmanno S. Seruestam.

LVcanum nũc tibi in manibus esse, Bersmanne optime, ne viuam si nõ ex animo & mihi gaudeo, & illi poetæ gratulor: quem tua opera propediem ad illam faciem, qua nuper Virgilius, & Ouidius, solito certe longe nitidiorem in lucẽ exiturũ cõfido. in quibus quidẽ Virgilio & Ouidio quod operã tuam extenuas, nostraq; prædicatione tantilla indignã putas, addens vsu venisse mihi vt τὰ μὴ καλὰ καλὰ tua legẽti viderẽtur; agnosco cũ singulari doctrina coniunctã summam in te modestiam. verum vtinam alibi iudiciũ meum non magis vacillet. hic sanè, vt mihi videor, facile illud tueri possum. Ceterum ad Cordubensem poetam tuum videbis nũ quid te iuuare poterũt ea, quæ sparsim hoc libro notaui occasione libri scripti cuiusdã, quem ab amicissimo mihi viro, & doctissimo scholæ Halensis Sueuicæ moderatore Ioan. Weidnero vtendũ accepi: item ea, quæ ex eiusdẽ collatione ad exẽplar Plantinianũ descripta tibi priuatim in paucis si dij volẽt dieb. transmittã. nunc percurrebã Senecæ Philosophi Stoicorũ principis Epistolas in quarũ LXXXIII. quod est: *Serpentem illũ in Africa sauum, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisq; petierũt, ne Python quidẽ vulnerabilis erat: cũ ingens magnitudo pro vastitate corporis solidi, ferrũ, & quidquid humanæ torserãt manus, reijceret; molaribus demum fracta saxis est: scribendum cen-*

I. Seneca nouatus Epist. xxciii.

seo inquit eruditissimus Pincianus: *ne Python quidem inuulnerabilis erat. etsi arbitror hæc verba Senecæ non esse, sed studiosi Senecæ verba refellentis, exemplo Pythonis, qui fuerat ab Apolline sagittis confectus. quæ verba post ea, per errores à librarijs in ordinem contextus tracta fuerunt.* neq; male forsan ille; sed cum in libris suis longè optimis extare ea verba, quæ reijcienda putat, nō neget; Erasmusque etiam in ijs veteribus libris, quibus est vsus, illa repererit; & Herbipolensis deniq; scriptus codex ea diserte habeat, nisi quod *Pilio* pro *Python* in eo sit, assentio eidem Erasmo, *pilo* pro *Python* reponenti: totumque locum ex eodem nostro Herbipolensi scripto codice ita lego: *Serpentem illam in Africa sauam, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem, frustra sagittis fundisq; petierūt, ne pilo quidem vulnerabilis erat* &c. vsus sagittarum & fundarum eminus, pili cominus. quodq; hic libri meliores sexum mutant in serpente, alibi quoq; notaui Historicos, anguis, serpentis, & similium vocibus lubentius femininum genus tribuere, contra quam poetæ facere solent, apud quos frequentius masculino reperiuntur.

II. Epist. xxciv. Ep. lxxxiv. *Quanto satius est, apertè accusare ebrietatem, & vitia eius exponere, quæ etiam tolerabilis homo vitauerit, nodum perfectus ac sapiens; cui satis est sitim extinguere: qui etiam si quando orta est hilaritas, aliena cœna producta longius, tamen citra ebrietatem resistit.* membranæ nostræ: *qui etiam si quando hortata est hilaritas aliena, cœna producta longius, tamē citra ebrietatem*

tatem reſiſtit. quod putabam rectum hac ſententia: hominem ſapientem non tam rigidum futurum & tetricũ, quin inuitatus & prouocatus ab altero, & hilariorem ſe ſolito prębeat, & cœnam conſueto longiùs producat; ſed ſic tamen, vt in vino modum non excedat interim; quod vt moderate ſumtum hilaritatis, quemadmodum quidam canit, dulce eſt ſeminarium, à veteribus ad medendam ægritudinem inuẽtum, ſic nimium, & rationis, & ſenſuũ deteſtabile eſt ſepulchrũ. III.
paullo ante legitur eadẽ hac epiſtola: *Plurimum enim intereſſe concedes inter ebrium, & ebrioſum. Poteſt & qui ebrius eſt, nunc primum eſſe, nec habere hoc vitiũ: & qui ebrioſus eſt, ſæpe extra ebrietatem eſſe. Itaque id intelligo, quod ſignificari verbo iſto ſolet; præſertim cum ab homine diligẽtiam profeſſo ponatur; & verba examinante. Adijce nunc quod ſi hoc intellexerit Zenon, & nos intelligere voluit, ambiguitate verbi quæſiuit locũ fraudi: quod faciendũ non eſt, vbi veritas quæritur.* m. ſſ. *Adijce nunc quod ſi hoc intellexerit Zenon, & nos intelligere noluit, ambiguitate verbi quæſiuit locum fraudi:* optimè. impoſtorum enim eſt intelligi ita velle, vt verborum ambiguitate deceptos ex eiſdem refellere queant. nõtũ olim artificium vati Delphico, & quot erant alibi vſquam tum. Adhuc IV.
eadem Epiſt. *Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes, bellicoſasque hoſtibus tradidit; hæc multorum annorũ pertinaci bello defenſa mœnia patefecit: hæc contumaciſſimos, & iugum recuſantes, in alienũ egit arbitrium: hæc in-*

uictas acies mero domuit. membranæ: *hæc inuicta*
V. *acie, mero domuit.* valdè bene. Epiſt. LXXXV. *Sti-*
Epiſt. XXCV. *nera iſta qua ſegnitiem mihi excutiunt, & valetu-*
dini meæ prodeſſe iudico & ſtudijs. Quare valetu-
dinem adiuuent, vides: cũ pigrum me & negligen-
tem corporis, litterarum amor faciat, aliena opera
exerceor. Studia quare proſint, indicabo. omnino
legendũ; *Studio quare proſint, indicabo.* ſic enim
membranæ, abſq; quibus eſſet, legerem: *Studijs*
VI. *quare proſint indicabo.* Ead. epiſt. *Idẽ in his qui-*
bus aluntur ingenia, præſtemus; vt quæcumq; hau-
ſimus, non patiamur integra eſſe: nec aliena ſint, ſed
concoquamus illa: alioquin in memoriam ibunt nõ
in ingenium. magis Senecam ſapit ſcripta lectio:
quæcumq; hauſimus non patiamur integra eſſe; nec
VII. *aliena ſint: cõcoquamus illa: alioquin* &c. Epiſt.
Epiſt. LXXXVI. LXXXVI. *Quid ergo, inquis, mortem, vincula, ignes*
alia tela fortunæ non timebit? Non ſcit enim illa nõ
eſſe mala, ſed videri: omnia iſta humanæ vitæ for-
midines putat. Deſcribe captiuitatem, verbera, ca-
thenas, egeſtatem, & membrorum lacerationes vel
per morbum vel per iniuriã: & quidquid aliud at-
tuleris, inter lymphaticos metus numera. Iſta timi-
dis timenda ſunt. An id exiſtimas malum ad quod
aliquando noſtra ſponte veniendum eſt? Quæris,
quid ſit malum? Credere his quæ mala vocantur &
illis libertatem ſuam dedere, pro qua cuncta patien-
da ſunt. legendũ cum ſcriptis libris: *& quidquid*
aliud attuleris inter lymphaticos metus numerat.
ac mox: *Quæris, quid ſit malum? Credere his, quæ*
mala vocantur, numerat vir fortis ſcilicet, de quo

inter-

interrogando præceſſit; *Quid ergo, inquis, mortem, vincula, ignes, alia tela fortunæ nō timebit?* VIII.
Epiſt. LXXXIIX. *Diuitem illum putas, quia aurea* Epiſt. xxcix.
ſupellex etiā in via eum ſequitur, quia in omnibus prouincijs arat, quia magnus Calendarij liber euoluitur, quia tantum ſuburbani agri poſſidet quantum inuidioſe in deſertis Apuliæ poſſideret. membranæ noſtræ: *quia magnus Kalendarij liber voluitur, quia tantū ſuburbani poſſidet* &c. vtrumq; rectè. volui ſolebant non plicari noſtro more libri, & hinc voluminis vocabulū. meliusq; adeo nō *agri* ſubauditur. Eadem Epiſt. *Bonum in arte muſica duobus modis dicitur: altero, quo effectus muſici adiuuatur: altero, quo ars ad effectum pertinet. Inſtrumenta, tibiæ & organa, & chordæ ad artem ipſam non pertinent.* flagitioſè corruptus ab interpunctione locus, ſic ſibi reſtituendus: *Bonū* IX.
in arte muſica duob. modis dicitur: altero, quo effectus muſici adiuuatur; altero, quo ars. Ad effectū pertinet, inſtrumēta, tibiæ, & organa, & chordæ: ad artē ipſam nō pertinent. Sequitur ſtatim: *Chelidonius ex Cleopatræ mollib. patrimoniū grāde poſſedit: nuper natalis, tā improbæ linguæ quā impuræ, in cuius ore feminæ purgabātur, et multorū hæres fuit, & multos habuit hæredes.* m. ſſ. *Chelidon vnus ex Cleopatræ mollib. patrimoniū grāde poſſedit. nuper Natalis, tā improbæ linguæ quā* &c. rectè. Vt & X. XI.
mox: *Nā ſi vt dicitis, ob hoc vnū ſacrilegiū malum eſt, quia multū mali affert: ſi remiſeris illi ſupplicia, ſi ſecuritatē ſpoponderis, ex toto bonū erit.* cū vulgo malè ſit; *ſi remiſeris illis ſupplicia.* Vale.

EPIST. CXVII.

Franc. Modius Ioanni Philippo Gelcero I.C. Comburgum S.

CVm Hygino mihi res est; malim cum Augiæ stabulo. ita magna parte eius, quod potest, repurgata; labor hic adeo mihi nõ inminuitur, vt etiam crescere videatur. cũ quo dum Herculea audacia conflictor, tu non Euristhea illa auctoritate anhelantem & sudantem preme, sed comitate planè tua, Ioan. Philippe parũper subleua. Libro Poeticõn Astronomicõn primo sub finẽ: *qua terra habitatur, eos videmus qui proximè sunt Arcticum finẽ, vti braccis & huiusmodi vestitu vestiuntur:* hic m. ſſ. illud *vestiuntur* non habebant, & videtur omnino à glossa, non ab auctore esse Hygino. Libro secundo de Lyra inter sidera relata: *Musas autem collecta membra sepulturæ mandasse: & lyram quo maximè potuerunt beneficio, illius memoriæ causſa figuratã stellis inter sidera constituisse. Apollinis & Iouis voluntate, quod Orpheus Apollinem maximè laudaret. Iupiter vero filio beneficium concessit:* membranæ *quorum Orpheus Apollinẽ maximè laudarat: Iupiter vero filiæ beneficiũ concessit.* optimè *filiæ* Calliopeæ nempè. Virgilius:

Nõ me carminib. vincet nec Thracis Orpheus,
Nec Linus; huic mater quamuis, atq; huic pater adsit:
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Adhuc libro II. de sagitta: *Hanc autem Aquilam non nulli ex Typhone & Echidna natam; alij ex terra*

I. Hyginus Astronomicõn I. sub finem notatus.

II. Lib. II. de Lyra.

III. De Sagitta.

terra & Tartaro; complures à Vulcano factam. Polibeus autem Vulcani factam manibus demonstrat, animamq; ei ab Ioue traditam dicunt. Concinnius opinor, perinde vt consciscius libri veteres: *complures Vulcani factam manibus demonstrant, animamq;*, &c. Eodem lib. II. de Delphine: *Qui* (Arion puta) *cum cogitationem eorum sensisset, petijt non vt dominus à seruis sed vt innocens ab improbis, vt parens à filijs, vt se liceret ornatum, qua sæpè fuerat veste, quoniam nemo esset alius, vt ipse qui suum quæstum prosequeretur euentum.* prodigiosè corruptus locus, & in quo doctissimus Iacobus Micyllus existimabat post *in veste*, *canere* vel simile verbum deesse: sed ego emendo adiuta leuiter à coniectura certa omnino, scriptura membranarum: *petijt non vt dominus à seruis; & innocens ab improbis; sed vt parens à filijs, vt se liceret ornare, qua sæpè vicerat veste; quoniam nemo esset alius qui vt ipse suum quæstu prosequeretur euentum.* si nihil aliud toto Hygino restituissem, operæ pretium tamen mihi feciſſe viderer, vel vnius huius loci tam felice emẽdatione. Sed pergamus ad Arietem; *Itaq; cum in maximum periculum deuenisset* (Liber pater.s.) *quod iter necessario facere videbatur, accessit eo, vt aquæ maxima penuria esset. quo facto exercitus ad defectionem maximam venire cogebatur.* infecta, ne dicam inepta me hercle lectio; & præ qua lubens merito membranaceam hanc amo, amplectorq;: *Itaq; cum in maximum periculum deueniſſet, quod iter necessario faciundum videbat, ac-*

IV. De Delphine bis emaculatus.

V. De Ariete.

ceſſit eo, vt aqua maxima penuria eſſet. quo facto exercitus ad defectionē venire cogebatur. Paullo poſt, aut potius ſtatim: *hac re maximè, quod illius fuga Liber recreauit exercitum.. Praterea 12. ſignorum principem voluit eſſe, quod ille optimus exercitui fuerit ductor:* non paullo venuſtius ſcriptus codex: *quod illi⁹ fuga Liberi recreauit exercitum. Praterea 12. ſignorum principem voluit eſſe, quod illius optimus exercitui fuerit ductus.*

VI.

VII. De Tauro. Paruo interuallo de Tauro: *Nōnulli autē cum Io in bouem ſit conuerſa.* vt ſit ſenſus aliquis cōmodus, muta ex membranis illud *autem* in *aiunt.*

VIII. De Geminis. Mox de Geminis. *Sed qui de Caſtore & Polluce dicunt, hoc ampli⁹ addūt, vt Caſtor in oppido Ariadni ſit occiſus, quo tēpore Lacedamones cum Athenieſib⁹ bellum geſſerūt.* m. ſ. liber *vt Caſtor in opīdo Aphidna ſit occiſus.* veriſſimè. hæc. n. quorundam opinio. Aphidnam certè abſente Theſeo Caſtorem & Pollucem expugnaſſe, ac in vindictā raptæ ſororis Helenæ matrem eius abduxiſſe captiuā, auctores multi, & in multis Pauſanias Atticis, ſiue lib. 1. paullo poſt initium, & rurſum ſub finem. item q; Laconicis ſeu lib. III. de Ariadna, Ariadni, aut Adriadnis oppido nihil memini legere.

IX. De Cancro. De Cancro: *Nōnulli etiā dixerunt aſino illi, quo fuerat vectus, vocē humanā dediſſe. Itaq; poſtea cum Priapo deo natura cōtendiſſe, & victū ab eo interfectum.* probo omnino veteris codicis lectionem: *Itaq; eū poſtea cum Priapo de naturā cōtendiſſe. natura* dicitur id, quo viri ſumus. perinde atq; in mulieribus Cic. 1. de Diuinat: *Parere quadam matrona cupiens,*

cupiens, dubitans esset ne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam, retulit, &c. & Plinius: *Si quadrupedes fœtum non admittunt, vrtica naturam fricandam monstrat.* Sequitur de Leone: *Cum Ptolomæus Beronicen Ptolomæi & Arsinoes filiam sororem suam duxisset vxorem, & paucis post diebus Asiam oppugnatum profectus esset, vouisse Beronicen, si victor Ptolomæus redisset, se detonsuram crinē. quo voto damnatum crinem in Veneris Arsinoes Confitidis posuisse templo*, &c. rursum hic eruditissimus Micyllus pro *Confitidis quidam*, inquit, *Zephyritidis legunt; ego malim Chrysitidis*. Nā & Plinius, *templum Arsinoes aureum vocatum dicit libro 37. cap. 8.* cui quidem vel hominis ipsius causa sententiæ lubenter assentirem, nisi diserte adeo in antiquissimo manu scripto codice, quo ab eruditissimo I. c. Suffrido Petro vsus sum, *Zephyritidis* illud comprobari vidissem, vt nihil deinceps sup hac re dubitari posse videat. maximē cū hāc lectionē Catulli etiā illud iuuare videat:

Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,
Grata Canopæis incola litoribus.

X. De Leone.

Et Zephyrium dictū sit promontoriū, vnde Venus & Arsinoe Zephyriditis cognomen inuenerunt.

XI. De Virgine.

De Virgine. *Hanc Hesiodus Iouis & Thetidis filiam dicit. Aratus autem Astræi & Aurorę filiam existimat.* falsum vtrumq;. neq; .n. aut Hesiodus vsquam virginē Thetidis, sed Themidis, neq; Aratus Ascræi, sed Astræi filiā dixerūt. quare ita corrigatur ex m.s. codice memoreturq; hic cum Hesiodi codice deficiar saltem illud Arati de eadem:

Εἶτ' οὖν Ἀστραίου κείνη γένος, ὃν ῥατέ φασιν
ἄστρων ἀρχαίων πατέρ' ἔμμεναι, &c. id est.

Siue igitur Astræi illa proles, quem vtiq; ferunt
Astrorum primæuorum patrem esse.

sed satis iam, satis de his inpræsentia. Vale.

EPIST. CXVIII.

Franc. Modius Iano Gulielmio S.

QVæris tu quidem quis me mutarit tantus Deus, vt qui hactenus vicissitudine litterarum satisfacere soleo omnibus, nunc subito hũc morem migrans, nouusq; Harpocrates factus vestris litteris ne my quidem illud Lucilianum respondeã. at tu hercule, si rem scisses, quęsisses potius, quæ me tibi carmina mutent. rides? scio quid. suspicaris me de Solis genere Circe aut Medea aliqua captum attineri, sanctiusq; Amoris numen, quam amicitiæ nomen colere; sed frustra es. & toto cælo, quod aiunt, erras. diuersum nescio quod carminis genus est, cuius verba & voces me ita inmutarunt, vt non cognoscas eundem esse. in quo tamen vt te æquiore vtar, vide an non hi versus quemuis de statu mentis dimouere possint.

In diem v. Id. April. Anno XXCIII. & in horam x. antem. eiusdem diei:

O diem niueum, & nimis beatum,
Diem suauiculum, & voluptuosum;
O horam ter & amplius beatam,
Horam suauiculam, & voluptuosam;
Qua, Francisce Modi, tuum libellum,

Tuum

Tuum istum aureolum nouum libellum,
Textum floribus è Catullianis,
Ornatum numeris Propertianis,
Excultum illecebris Tibullianis,
Nobis, arma fori seueriora
Hic tractantibus, optimi benigne
Posthl munere contigit videre.
Legi dulcè elegos tuos sonantes,
Legi funera, floridasq; siluas
Et flores Epigrammatum frãgrantes,
Legi oracula carminum sacrorum,
Nec legi modo; sæpius relegi
Attentus, quoties at ipse legi
Denuo toties mihi legendi
Hæc desiderium & sitim dederunt.

Hoc desiderium, hanc sitim legendo
Haud expleuero, ni tuum libellum,
Tuum istum aureolum nouum libellum
Septies relegam, legamq; totum.
At tibi benè sit, MODI, Catulli
Dulcis æmule, magni alumne Phœbi,
Nec modum facias, Modi, sed vltra
Perge alacrius, aureumq; nostrum
Seclum orna aureolis tuis libellis

Ad Calliopeam. II.

Calliopea tuum est, alio veniente Catullo,
Orbe sub hoc aliam Lesbian vt paries.

Ad Modium. III.

Postera dum cultos modulos venerabitur ætas
Siue Catulle tuos, siue Tibulle tuos;

Par, vel maior erit tibi laus ſpargetq; per orbem
Fama tuos cultos, culte MODI, modulos.
Vnus habes iſtis quacumq; dedêre duobus
Munera Pierides vatibus, vnus habes.

ecce, Catullo, Tibullo, Propertio conferor, imo ſum alter Catullus; & quo magis ringare ad doctrinam Catulli, cultũ quoq; Tibulli adiunxi, & ego talis vos minorum gentiũ poetas, qui ſingulos horum vatum nondum æquaſtis, litteris meis poſthac digner? faciam? non puto ſi ſapiam, inquit Auguſtus. tandem extra iocum quid tibi videtur hominis, qui tam teneris verſiculis tam aptè agit, quod agit. atqui non in Muſarum ille tamen, quod mireris, caſtris meret, ſed inter fori ſtrepitus iactatur. Paſchaſius enim Briſmannus I.C. Spirę Nemetum in ampliſſimo imperiali foro aduocatus annos iam aliquot eorum auctor eſt: vir, quod ex adiunctis illius ad me litteris cognoſci potuit, non vtriuſq; litteraturæ laude, & Iuriſcientiæ ſplendore, quam humanitatis, & comitatis commendatione clarior. quæris quomodo me illi abſens abſenti inſinuarim? nempe huius quoque viri exoptatiſſimam amicitiam in multis alijs optimo & cariſſimo Poſthio noſtro debeo. ſed iam accipe poſt bonos verſus alienos, non bonas aliquot, certè non magni momenti in Fulgentij Planciadis mythologiarum libellos notas meas. Primo, de Venere: *Illud nihilominus reſpondere volens poetica vanitas, quod Saturnus Græcè* χρόνος *dicitur,* χρόνος *enim Græcè tem-*

I. Fulgentius mythologiarum. lib. 1. notatus De Venere.

pus

pus vocatur. Neuſtetterianæ Combergenſes membranæ: *Illud nihilominus oſtendere volente poetica vanitate, quod*, &c. optimè. Sed & mox vbi eſt. *Huic etiam roſas in tutelam adjiciunt. Roſæ enim & rubent & pungunt, vt etiam libido. Rubet verecundiæ opprobrio, pungit etiam peccati aculeo, & ſicut roſa delectat quidem ſed celeri motu temporis tollitur, ita & libido libet momentaliter & fugit perenniter:* interpungendum, & reſtituendum ex eiſdem membranis: *Roſæ enim & rubent, & pungunt; vt libido rubet verecundiæ o.p.e.p.a. & ſicut roſa delectat quidem, ſed celerrimè tranſit, ita & libido libet momentaliter, dolet perenniter.* Paullo poſt de Hercule: *Nam ex igne igneus, vt ex Ioue & ex præſumptione, vt ex Alcæo auo*, &c. aut falſus ego, aut vera eſt lectio ſcripta: *Ex igne ergo ingenij vt ex Ioue, & ex præſumptione*, &c. Malo etiam mox vbi de Caco mentio: *Ideo etiam ſubtractos boues tranſuerſis ducit veſtigijs, quod omnis malignus aliena vt invadat tranſuerſa defenſionis nititur via.* quam quod vulgo vulgatum eſt; *tranſuerſa defenſionis vtitur via.* non quo hoc bonum & probum non ſit, ſed quod illud longè probius & melius: Paullo poſt vbi de Antæo: *Omnẽ. n. mentẽ dum virtus in altum ſuſtulerit, & carnalib⁹ eam etiam denegauerit aſpectib⁹ victrix ſtatim exurgit. Ideo etiam & diu in certamine dicitur deſudaſſe, quia rara eſt pugna quæ cum concupiſcentia vitijsq; congreditur ſicut Plato in moralibus ait:*

II.

III. De Hercule.

IV.

V.

Sapientes viri maiorem cum vitijs quam cum inimicis pugnam gerunt. raram pugnam cum dixit Planciades, aut magnam & vehementem ex Platonis ſententia intelligi voluit, aut aliquis latet error. numquam enim non cum vitijs noſtris nobis & affectibus luctandum. & repperi profecto, non quod pueri aiunt, ſed emendationem germanam huius loci, qui gloſſemate inquinatus omiſſis illis, *rara eſt pugna quæ cum concupiſcentia vitijsq; congreditur*, ita ex membranis conſtituendus eſt; *Omnem enim mentem dum virtus in altum ſuſtulerit, & carnalibus eam denegauerit aſpectibus, victrix ſtatim exurgit. Ideo etiam & diu in certamine dicitur deſudaſſe quia ſicut Plato in Moralibus ait: Sapientes*, &c. de Tireſia: *Ergo ex verno tempore quod maſculinũ eſt, quia eodem tempore clauſura ſoliditasq; eſt germinum, dum coeuntia ſibi affectu animalia viderit, eaq; virga, id eſt feruoris æſtu percuſſerit, in femineum ſexum conuertitur, id eſt, æſtatis feruorem.* membranæ: *dum coeuntia ſibi ad fœtum animalia viderit.* quod rectum putabam teq; Gulielmi mi valere iubebam. Herbipoli VII. Kalend. Septemb. CIↃ. IↃ. LXXXIII.

VII. De Tireſia.

EPIST. CXIX.

Franc. Modius. Ioanni Weidnero S.

I. Lucanus notatus lib. IX. Verſu XLI. ſemel & iterum.

LVcanus tuus quid mihi profuerit, Weidnere doctiſſime, cum ex alijs, tum ex ijs, quas huic ad te epiſtolæ inſerere decreui notis intelligere poteris. Lib. IX. Verſu 41.

& hinc

——& hinc placidis alto delabitur auris
In litus Palinure tuum: neq; enim æquore tantũ
Ausonio monumenta tenes; portuq; quietos
Testatur Libyæ Phrygio placuisse magistro.

pro, *magistro* est in tuo codice *marito*. & sic dixit Ouid. Metamorphosi:

Excipit Æneam illic animoq;, domoq;,
Non benè discidium Phrygij latura mariti
Sidonis, &c.

sed nec *testatur* illud satis mihi placet, dubitabãq; an forte scribi debeat:

——neq; enim æquore tantum
Ausonio monumenta tenes; portusq; quietos
Testaris Libyæ Phrygio placuisse marito.

vt encliticum illud q. pro *etiam* positum sit; solennitam Græcis, quam Latinis scriptoribus more; quo καὶ illi, & isti vicem eius ponunt. Versu 221.

II. Vers. ccxxi. duo Versus eiecti vt spurij, reliquiq; constituti.

——sic ille profatus
Insiluit puppi, iuuenum comitante tumultu.
Actum Romanis fuerat de rebus, & omnis
Indiga seruitij feruebat litore plebes.
Erupere ducis sacro de pectore voces:
Ergo pari voto gessisti bella, iuuentus,
Tu quoq; pro dominis, & Pompeiana fuisti,
Non Romana manus? quod non in regna laboras,
Quod tibi, nõ ducibꝰ viuis, moriensq; quod orbẽ
Acquiris nulli, quod iam tibi vincere tutũ est,
Bella fugis.

hic primum ex consilio membranarum non tu-

arum magis, Weidnere, quam earum, quas meas olim nunc donum habet eruditissimus mihiq; amicissimus Ianus Gulielmius, triumq; præterea librorum manu exaratorum, quibus vsus in recognitione Lucani noster Pulmannus, inducendus versus qui incipit; *Actum Romanis* cum sequenti. & sunt haud dubiè non à Lucano, sed ab eo, qui aliquid deesse hoc loco existimabat. hîce, inquam, versus ante omnia hinc eijciendi sunt, legendumque inde in sequentibus & interpungendum:

Quod tibi nõ ducibus viuis, morerisq; quod orbẽ
Acquiris nulli; quod iam tibi vincere tutũ est,
Bella fugis.

III. Vers. ccxxc. Versu 280.

Quin agite, & magna meritum cum cade piate.
Ignauum scelus est tantum fuga.

magis placet lectio vestri codicis, Weidnere: *Ignaui scelus est tantum fuga.* Versu 335.

IV. Versu cccxxxv.

Has vada deſtituunt, atq; interrupta profundo
Terra ferit puppes, dubioq; obnoxia fato
Pars sedet vna ratis, pars altera pendet in vndis.
Tunc magis impactis breuius mare, terraq; sæpè
Obuia consurgens, quamuis elisus ab austro
Sæpè tamen cumulos fluctus non vicit harenæ.

pessimè acceptus locus. quiq; no facilè integritati suę restitui posse videbatur; nisi subueniissent in tẽpore membranæ, docuissentq; corrigendũ:

Tunc magis impactũ breuius mare, terraq; fauit
Obuia consurgens, quamuis elisus ab austro
Sæpe tamen cumulos fluctus non vicit harenæ.

&

& est hæc elegans pugnę descriptio duorum grauiorum elementorum: Sed pergamus ad versum 367. V. Versu CCCLXVII.

Atq; insopiti quondam tutela draconis
Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus

malim: *spoliatus frondibus hortus*, nec aliter membranæ. Quid quod & versu 450. legendum? VI. Ver. CCCCL.

——*non montibus ortum*
Aduersis frangit Libyæ scopulisq; repulsum
Dissipat.

non quomodo malè in editionibus circũfertur:

——*scopulusq; repulsum, Dissipat.* Ver. 594. VII. Ver. IDXCIV.
Vltimus hausror aquæ cũ tandem fonte reperto
Indiga cogatur latices potare iuuentus:
Stat, dum lixa bibat.

malo, quod liber tuus, Weidnere, præfert, mallemq; adeo etiam si non præferret: *cum tandem fonte reperto, Indiga cogatur laticis, potare iuuentus.* Paullo ante præcessit: IIX. Vers. IDXXXI.

Heic quoq; nil obstat Phœbo, cũ cardine summo
Stat librata dies.

scribẽdum videtur cum libris veteribus; *Sic quoque nil obstat Phœbo.* sermo est de silua, quam vnicam esse ait poëta in Libya ad Ammonis. sed quæ tamen vmbras non faciat, quia vt canit;

Deprensum est hunc esse locũ, qua circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem.

sic & versu 607, de Catone legendum est: IX. Vers. IDCVII.

——*per quem nunquam iurare pudebit,*
Et quem si steteris vmquam ceruice soluta,
Nũc olim (editiones malè referũt; Hũc olim.)
factura Deum es,

EPIST. CXX.

Franc Modius Ioachimo Camerario M. nobili S. Noribergam.

LIbellum recens ex Gallia allatum, ibidemq; editum Ciceronis nomine legi sane quam diligenter. quæris sententiam de eo meam? vt ait ille, res magna est, quare amplio, & censeo consulendum Senatum doctorum virorum non Italiæ tantum, quæ nescio quo iure iudicium hoc ad se solam pertinere arbitratur, & Galliæ, quæ iam olim cum ista studiorum matre ita de hac re contendit, vt etiam nunc sub iudice lis sit; sed Germaniæ quoque totius, & Belgicæ nostræ; quando iam & hæ habere cœperunt, quos Bunellis & Manutijs opponere posse videamur. Editionis Gallicę sane auctor, vir doctus mehercle, & magnæ diligentiæ, solidiq; vt ex pluribus ingenij ipsius monumentis in lucem pridem editis cuiuis liquere potest, iudicij; hic inquam, etsi, vt sapientem decet, suspenso iudicio non tam quid ipse super hac re sentiat, & quam vt ait γνώμος sit hic libellus, pnũciet, quàm viros doctos ad idem faciendum adhortetur; tamen inibi est, vt esse quam facillimè sibi persuasum iri posse satis euidenter ostendat: cuius opinionem vt refellere non est animus in præsentia; ita non defutura video ijs argumenta & multa, & valida. quibus contra eam niti erit consilium. nam vt de locutione nihil dicam; de qua homo tumultuaria lectione per omnes omnium ætatum auctores assiduè

siduè volutatus, in aliorum iudicio lubenter acquiescam; multa sanè in hac consolatione passim occurrunt, de quibus an personæ auctoris quem præferunt satis conueniant dubitari posse censeo. quidquid id est, memores quid nuper vsu venerit eruditissimo cuidam viro, cui, cum versus quosdam verbis & numeris antiquis factos, & nescio cuius veteris poëtæ nomine editos pro legitimis agnouisset, recepisséq; exortus est, ecce, qui se eorundem versuum auctorem profitendo, & ex hominis eruditissimi iudicio frustrato laudem sibi iret quæsitum, & exemplo hoc doceret, nihil in hoc genere temerè statuendum illis præcipuè esse, quorũ iudicium multorum est præiudicium: huius, inquam, rei semper memores sensim & cautè hic procedemus, neq; vbiq; omnia omnibus credemus; sed per singula euntes suo quæque pondere ipsi etiam æstimabimus, & tum denique interrogati verecundè ex animi nostri sententia respondebimus. interea exercebo alibi criticen meam; & hæc in Seneca obuia notabo: Epist. LXXXII. *Adijce si vis & illud multo plus postea nocuit, quam ante profuerat. Si rectam illam rigidi iudicis sententiam quæris, alterum ab altero absoluetur, & dicet: Quamuis iniuria præponderet, tamen beneficijs donetur.* minutum hoc, sed tamen legendum ex scripto libro Herbipolensi: *alterum ab altero absoluet, & dicet.* Eadem Epist. *Non omnes gratiam sciunt debere beneficium. Potest etiam imprudens, & rudis, & vnus è turba, vtiq; dum prope sibi est,* I. Seneca notatus Epist. XXCII. II.

reddere beneficium & pensare ab accepto; ignorat autem quantum pro re debeat. Vni sapienti notum est, quanti res quæq; taxanda sit. corruptum esse locum res ipsa clamat; itaq; nescio qui adiecit in editione Parisiensi ista, *& pensare ab accepto* inq; busdã libris nõ addi. quare putat fortasse etiã præcedẽtia ista *vtique dum prope sibi est, reddere beneficiũ*, mutãda in; *vtiq; dũ probæ fidei est reddere beneficiũ*. Ego scio ista *reddere beneficiũ* ineptuli alicuius esse additamentũ. neq; .n. aut in membranis nostris, aut in duobus alijs scriptis libris, quib⁹ vsus Pincianus reperitur; non magis quam *& pensare* quod sequitur; & in nostris rursum solis *n pro re*. quibus omnibus consideratis, ita totum hunc constituendum arbitror: *Non omnes grati sciunt debere beneficium. Potest etiam imprudens, & rudis, & vnus è turba, vtiq; dum probe est ab accepto: ignorat autem quantum debeat. Vni sapienti notum est, quanti res quæq; taxanda sit.* Etiam vnus è multis, inquit, potest esse gratus quidem, recenti præsertim beneficio, scire autem quantum debeat non potest, quod hoc tantum in eũ cadat, qui res singulas sua æstimatione metitur.

III. Adhuc eadem Epist. *Itaq; ingrati esse vitemus non aliena, caussa, sed nostra.* manu descriptus libet Dominicanus: *Itaq; ingrati esse vitemus non aliena caussa, quam nostra.* qua locutione Comicus dixit: *Tacita mulier bona est quam loquens*, & ad hoc exemplum sexcenta alia, de quibus alibi pluribus.

IIII. Epist. LXXXIII. *Sed vt cœperam dicere, vt des ipsam mortem nec malum esse, nec bonum,*

Cato

Cato illa honestissime vsus est, Brutus turpissimè. membranę duabus dictionibus in vnam contractis legũt littera vna leuiter inmutata: *Sed vt cœperam dicere, vides ipsam mortem nec malum esse, nec bonum.* placet. paullo ante erat: *Hic est. n.* V.
Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret, ad exonerandum ventrem secessit, & euocatus ad mortem, visusq; præbere cervicem: præbebo, inquit, ita viuam. m. ſſ. exemplaria: *qui cum periturus mortis moras quæreret.* quod probum est, & conueniens illi; *Quærebam tardas anxius vsq; moras.*
Eadem Epist. *His aduersantibus, qua nobis insudit* VI.
longa persuasio, fortiter pati mortem, quidni gloriosum sit, & inter maxima opera mentis humanæ. in margine erat: *His obseruãtibus.* vnde non difficile erat, etsi libri nulli monerent, facere; *His obuersantibus* quod valet, in oculos animumq; inurrentibus. Adhuc eadem Epist. *At ille Leo-* VII.
nidas quam fortiter illos allocutus est? Sic, inquit, commilitones prandete, tanquam apud inferos cœnaturi. Non in ore creuit cibus, non hæsit in fauci-bus, non elapsus est manibus. Alacres illi & ad prandium processerũt, & ad cœnam. Quid dux ille Romanus, qui ad occupandum locũ milites missos, cum ingentem hostium exercitum ituri essent; sic allocutus est: Ite commilitones illò necesse est, vnde redire non est necesse. Vides quã simplex & imperiosa virtus sit. Quem mortalium circũscriptiones nostræ fortiorẽ facere, quẽ erectiorẽ possunt? in membranis est: *Alacres & ad prandium illi promiserunt, & ad cœnam.* ac mox: *Quẽ mortaliũ circumscriptiones vestræ fortiorem facere, quẽ erectiorem possunt?*

vtrumq, probè hoc quia non de se loquitur Seneca, circumscriptionibus semper vbiq; omnibus merito infensissimus, sed Dialecticorum aut Sophistarum potius vulgus alloquitur; illud, quia proprium promittendi hic verbum. Vale.

EPIST. CXXI.

Franc. Modius Francisco Rassoni I.C. Comburgum S.

NOn sunt hæc fateor vestri fori, aut omnino talia, quæ tuæ professionis hominibus vllam in partem adiumento esse possint. sed erunt fortasse oblectamento; vel quia de rebus non tristibus, aut moris, vel quia à me ad te scripta.

I. Hygin' lib. II. Astron. notatus de Virgine.

Locus ille Hygini lib. II. Astron. Poet de Virgine: *Deniq; eam peruenisse vsq; eo dum diceretur, heu, heu genus hominum natum*, aut vt alij de coniectura minus feliciter restituendum putarunt, *malum* in vitio manifestus est. cuius quidem viduus vt sit membranis opus est; in quibus ecce reperio; *Deniq; caussam peruenisse vsq; eo, dum diceretur, aeneum genus hominum natum.* nihil liquidius. Aratus Phænom.

ἀλλ' ὅτε δὴ κἀκεῖνοι ἐτέθνασαν, οἵδ' ἐγένοντο
χαλκείη γενεὴ προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες
οἳ πρῶτοι κακοεργὶν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
εἴνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.
Ὃ τότε μισήσασα δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν,
ἔπταθ' ὑπουρανίη, &c.

id est vertente Germanico:

Æreu

Ærea sed postquam proles terris data, nec iam
Semina virtutis vitijs demersa resistunt;
Quisq; priora tenet vestigia, quisque secunda,
Ferrique inuento mens est lætata metallo.
Polluit & Taurus mensas assuetus aratro;
Deseruit properè terras iustissima virgo,
Et cæli sortita locum &c.

II. De Orione. De Orione: *Hunc Hesiodus Neptuni filium dicit, ex Euryale Minois filia natum. concessum autẽ ei, vt super fluctus curreret & in terra: quemadmodũ Iphiclo datum dicitur vt supra aristas curreret, nec eas infringeret.* turbata oratio, atque hoc modo in ordinem digerenda, emendandaq;: *concessum autem ei, vt supra fluctus curreret; quemadmodũ in terra Iphiclo datum dicitur* &c. testes Hesiodus, Virgilius, Ouidius, alij. Statim: *sed vetustate atque consuetudine factum est, vt Orion vocaretur.* lego; *sed venustate atque* &c. III. Adhuc de eodem: *Quod Apollo cum ægrè ferret, & sæpè eam obiurgans, hoc fecisse, natantis Orionis longè caput solum videri conspicatus, contẽdit cum Diana, eam non posse sagittam mittere* &c. deesse videtur post illud *obiurgans* inquiunt doctissimi viri, *nihil proficeret* aut simile quid; & rectè omnino illi: legendum enim ex libro veteri: *Quod Apollo cum ægrè ferret, & sæpè eam obiurgans nihil egisset; natantis Orionis* &c. IIII. De Centauro: *Hic dicitur nomine Chiron, Saturni & Phillyræ filius esse, qui non modo cæteros Centauros sed homines quoq; dicitur iusticia superasse. Æsculapium & Achillem nutrisse existimatur.* restituo ex membranis: V. De Centauro.

ſed homines quoq; iuſtitia ſuperaſſe, Æſculapiũq; & Achillem nutriſſe exiſtimatur. De Hydra: *In hac coruus inſidere poſitus exiſtimatur.* ſcribendũ auctius; *In hac coruus inſidere, & crater poſitus exiſtimatur* videndusq; liber III. Hygini & Germanicus. De piſce Notio. *Itaq; Syri complures, piſces nõ eſitant, & eorũ ſimulachra aurata pro diis penatibus colũt. De hoc Hegeſias ſcribit.* m. ſ. liber: *de hoc Heſias ſcribit.* & Hegeſiã ſane Philoſophũ oratoréq; nouimus: hiſtoricũ nõ nouimus. forte vt ex ſcripta lectione faciendum ſit; *Cteſias* qui ſcripſit Syriaca, & Perſica; vt hodieq; ex reliquijs operum ipſius ſatis cõſtat. De ſtellis erraticis. *Quarũ vna eſt Iouis, nomine Phaton, quẽ Heraclides Ponticus ait, quo tempore Prometheus homines finxerit, hũc pulchritudine corporis reliquis præſtãtem feciſſe. cũq; ſupprimere cogitaret, vt certũ redderet Cupidinẽ Ioui nunciaſſe.* Sibyllæ folia vides, nec certior tamẽ multo, aut planior ſcripta lectio in hæc verba; *eumq; ſupprimere cogitaret, neq; vel neq; Ioui vt cæteros vt certũ redderet Cupidine* &c. Apollo, tuã fidẽ, quomodo me explico nimirũ ita haud incõmodè, vt videor; *eũq; cũ ſupprimere cogitaret, neq; vt ceteros Ioui redderet, Cupidinẽ Ioui indicaſſe.* reliqua ſunt veſtigia, & notæ verã ſcripturã exprimere conãtis, nec ſatis eã aſſequentis interim. Supra paullo oblitus ſum notare de Piſcibus, quo loco eſt: *Eratoſthenes aũt ex eo piſce natos homines dicit. de quo poſt dicemus.* manifeſtè ſcribendũ: *Eratoſthenes aũt ex eo piſces hos natos dicit. de quo poſt dicem⁹. poſt,* vbi agit de Notio nẽpe, oſten-

VI. De Hydra.

VII. De piſce Notio.

IIX. De ſtellis erraticis.

IX. De piſcibus.

ostenditq; à quibusdã existimatũ, in cœlũ pisces peruenisse ob Isidẽ seruatam, cõtra quã Ouidius esset; cuius versus huc faciẽtes alibi notamus.

X. Lib. III. Lib.iii.Hygini: *Igitur incipiẽs à polo Boreo protinus licere, quo vtraq; arcti nixa vehũtur Arctico circulo clausæ: & ita collocatæ, vt alterius vnaquæq; earũ resupinata caput alterius tegere videatur: ita tamẽ, vt caput eius quæ superior fuerit, ad caudam inferiorẽ contẽdat.* ausculto libros veteres q̃ referunt; *Igitur incipiemus à polo B.p.d.q. vtraq; arcti nixa vehũtur A.c.c.et ita collocatæ, vt alterius vnaquæq; e.r.c.a.t.v.i.t. v.e.e.q.f.f. ad candã inferioris contẽdat.* cõsulat Germanicus.

XI. Sequit: *Minor autẽ habet in stationis vnoquoq; loco stellas singulas clarè lucẽtes et super caudã tres, omnino septẽ: sed in prioribus caudæ stellis vna à qua polus appellatur vt Eratosthenes dicit* &c. præfero lõgè scriptã lectionẽ: *sed in prioribus caudæ stellis vna est infima, quæ polus appellatur, vt* &c. vide cõmentatorẽ, si vacas Germanici.

XII. De Dracone. *Draco inter duas arctos collocatus videtur, corporis sinu facto, arcton minorẽ ita cõcludere, vt penè pedes eius tangere videatur: cauda aũt flexa caput maioris attingere suo capite tanquã reducto circulũ arcticum attingens corpus vt in sphæram complicari* &c. imo nihil minus quã in sphæram, quate legatur me monitore, auctoribus libris melioribus: *cauda autẽ flexa caput maioris attingere, & suo capite tanquam reducto, circulum arcticum tangens, corpus vt in spiram complicari*; spiræ autem propriè anguium: Virgilius:

Nec rapit immenſos orbes per humũ, neq; tanta
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

& Æneid. II. *ſpirisq; ligant ingentibus, & iam Bis medium amplexi* &c. Vale.

EPIST. CXXII.

Franc. Modius Henrico Petreo S. Francofurtum ad Mœnum.

EX epiſtolis Plinij Secundi ad veteres libros duos manu deſcriptos comparatis pauculas has notas, tamquam de quercu exſculpſi. de quibus te, Petree doctiſſime, ante alios cenſere volo: ſed cẽſura illa propriè tua, id eſt ſingulari planè. legitur eius quem iam laudaui ſcriptotis

I. Plinius Iunior lib. III. Epiſt. XI. notatus.

lib. III. Epiſt. XI. *Nam ex omnibus, qui nunc ſe philoſophos vocant, vix vnum aut alterũ inuenies tanta ſinceritate, tanta veritate.* mira locutio, *tanta veritate*, & ob hoc ſuſpecta. ſic tamen editio nupera Henrici Stephani quoque refert. cui etſi nõ lubenter aduerſor, facit tamen cum res ipſa, tum librorum duorum manu exaratorum codicum, quibus vſus ego ex Combergẽſi noſtra Neuſtetteriana bibliotheca, auctoritas, vt omnino: *tanta ſinceritate, tanta virtute*, legendũ videri pronuntiem.

II. Lib. IV. Epiſt. XIIX.

Lib. IV. Epiſt. XIIX. *Quemadmodum magis approbare tibi poſſum quantopere miror epigrãmata tua Graeca, quam quod quadã æmulari Latinè & exprimere tentaui? In deterius tamen accidit hoc: primum imbecillitate ingenij mei, deinde inopia: ac potius, vt Lucretius ait, hac egeſtate patrij ſermonis* inuenuſta, imo inepta plane lectio;

qua

qua à verbis, qua ab interpunctione. cui vtrique malo egregiè medentur membranæ, referendo: *Quemadmodū magis approbare tibi possum quanopere miror epigrammata tua Græca, quam quod quædam amulari Latinè, & exprimere tentauī? Interius quidem: accidit hoc primum imbecillitate ingenij mei, deinde* &c. Epistola xx. *In quo tu ingenij simul dolorisque velis latissimè vectus es, & horum vtrumque inuicem adiumento fuit. Nam dolori sublimitatē & magnificentiam, ingenio vim & amaritudinem dolor addidit.* ita editiones quidem, sed peßimè. deficitur enim oratio hoc modo dictione plane necessaria non ad ornatū tantum, verum etiam ad qualemcumque ex ea sententiam cōficiundam; quam dictionem erutam ex membranis ita expleo: *Nam dolori sublimitatem & magnificentiam ingenium: ingenio vim & amaritudinem dolor addidit.* lectione vt apparet longè elegantissima. Lib.v. Epist.i. *Legatum mihi obuenit modicum, sed amplissimo gratius. Cur amplissimo gratius? Pomponia Gratilla exhæredato filio Assidio Curiano, hæredem reliquerat me.* in m.ſſ. non erant illa verba; *Cur amplissimo gratius?* & possent videri ab alio esse, quam à Plinio, nisi notassemus alibi quoq; scriptorem hūc simili dicendi & sese ipsum interrogandi genere vti. nominatim lib.iii. Epist.ix. vbi ait: *Possum iam perscribere tibi quantum in publica prouincia Bætica caussa laboris exhauserim. nam fuit multiplex, actaque est sæpius cum magna varietate. Vnde varietas? vnde plures actiones? Cæcilius Classicus ho-*

III. Epist.xx.

IV. Epist.i.lib.v.

mo fœdus & quæ ſequũtur. iudicio igitur vel maxime libros veteres tractanti opus eſt; neq; enim ſemper vera, quæ ſuggerunt, tametſi in ſpeciẽ talia videantur. deinde & hoc intẽtius conſiderandũ, qd ſcriptor in quo verſeris, peculiare habeat, quid cũ alijs cõmune: quę nõ tua cauſſa hic, eruditiſſime Petree, qui quãto melius iſta noſti, tanto minus noſtra admonitione indiges, ſed ſtudioſæ bonarũ artiũ iuuẽtutis, quã falſa veri aſſimilatione incautã decipere ſolent, dixiſſe breuiter ſufficiat. Circũfertur lib. v. Epiſt. v. *Viſus eſt ſibi per*

V. Epiſt. v.

nocturnam quietẽ iacere in lectula ſuo cõpoſitus in habitu ſtudẽtis, habere ante ſe ſcrinium (ita ſolebat) mox imaginatus eſt veniſſe Neronẽ, in toro ſediſſe: promſiſſe primũ librũ quẽ de ſcelerib. eius ediderat, eũq; ad extremũ reuoluiſſe. ſcripti libri: *cõpoſitus in habitũ ſtudẽtis*, & mox: *in toro reſediſſe*. vtrũq; melius: ſic. n. & Fabius Fulgẽtius Plãciades de Virgitio ſuo loquit; & qd præiſto eſt, Tacitus, vbi ait:

VI. Epiſt. ix.

tãto impẽſius in ſecuritatẽ cõpoſitus. Ep. ix. *Variè me affecerunt litteræ tuæ: nã partim lætæ, partim triſtitia cõtinebãt. Lætã, quod te in vrbe teneri nũtiabãt. Nollẽ, inquis: ſed ego volo, propterea quod recitaturũ ſtatim vt veniſſem, pollicebãtur.* vt iſta iſtis verbis ſcripſerit Plinius, crede hoc meæ fidei, Petree, potius numquã ſcripſiſſet, quã ita ſcripſiſſet. mẽbranis q; adeo ingẽtes debent gratię, quę nos ex his quoq; ſalebris expediũt, legẽdo: *Nollẽ, inquis: ſed ego volo. Præterea quod recitaturũ ſtatim vt veniſſem pollicebãtur.* lætitiã & voluptatẽ attuliſſe nimirũ Plinio duo hæc: primo, qd ſcriberet Saturninus ſe Romæ attineri: deinde qd ſubiungeret

geret ſe ibidē ipſum quoq; exſpectare in cui⁹ aduentū recitationē ſuā diſtuliſſet. Sequitur eadem Epiſt. *Nihil iſta ad mortuū pertinēt, ſed pertinuerūt cū moreretur: pertinēt ad hos qui ſuperſunt. Iam quidē in flore primo tantæ indolis iuuenis exſtinctus eſt, ſumma cōſecuturus, ſi virtutes eius maturuiſſent. quo ille ſtudiorū amore flagrabat? quantū legit? quantū etiā ſcripſit? quæ nūc omnia cū ipſo ſine fructu poſteritatis abierunt.* m. ſſ. referunt, & quidē optimè meo iudicio: *ſā quod in flore primo tātæ indolis iuuenis exſtinctus eſt*, puta hoc quoq; pertinet ad eos qui ſuperſunt. in eiſdēq; mēbranis expreſſim, *aruerūt* pro *abierūt* legitur. nimis benè, vt perſtet in metaphora, qua vti cœpit ibi, *ſi virtutes eius maturuiſſent*, & pergit ſubiungendo, *ſine fructu*. VII.

Ep. XIII. *Recitaturus oratiunculā quā publicare cogito, aduocaui aliquos, vt vererer paucos, vt verū audirē.* ſola interpūctione mutata, reſtituo implicatiſſima hęc: *Recitaturus oratiunculā, quā publicare cogito, aduocaui aliquos vt vererer, paucos vt verū audirē.* recitaturus, inqt, multos qdē cōuocaui, ſed plures vt cū ſolicitudine aliqua recitarē, quā incēdit frequētia auditorū, paucos omnino (quoniā paucorū hominū eſſe cœpit, plæriſq; verū dicere adulādi ſtudio impeditis, liberè amico cōſiliū dare, deq; ſcriptis ei⁹ ſententiā dicere) vt admonerer ſi qd forte, vt in meis, me fefelliſſet. Vale, Petree ornatiſſime, et ſi qd in his quoq; me fefellit, vtere & tu libertate, qua nuper in recognoſcēdis veſtro rogatu ſcriptis peruditi cuiuſdā amici olim veſtri vobis ꝑiui. Cōbergi a.d. XII. KL. Ian. CIↃ. IↃ. LXXXIV. quas tibi totiq; reip. Chriſtianæ feliciter oriri volo. IIX. Epiſt. XIII.

EPIST. CXXIII.

Franc. Modius Franciſco Nanſio, Franconatum in Flandria Senatori P.P. S.

VT ægris, animi præſertim, gratulamur, cognate Nanſi, cum ſe ægros eſſe ſenſerint; & nulli periculoſiores morbi habentur; quã qui latenter, & cuniculis quodammodo, vt audaci vtar tralatione, homines oppugnant; ita prima in libris corruptis opis & medicinę ſpes affulget, ſi corruptos eſſe conſtiterit. quod ſæpè ſanè ne à doctis quidẽ ceteroqui viris temerè deprehendi poteſt, niſi ſi editi recenter codices ad ſcriptos olim comparẽtur. ſenſi hoc verum eſſe, vt de me aliquid dicam, in Seneca heri; in quo poſt Eraſmum, & qui in hoc genere ſcriptorũ iudicio facilè excellit Pincianum, hæc ex collatione cuſi nũc nuper Senecæ Pariſijs ad membranas S. Stephani, quod Herbipoli cœnobium eſt, deprehendi; quę remedio egere videri poſſent. Epiſt. XLVII.

I. Seneca Epiſtola XLVII notatus.

Seruus eſt; hoc illi non nocebit. Oſtende quis non ſit. Alius libidini ſeruit, alius auaritiæ, alius ambitioni; omnes timori. clamant ſcribendum veteris notæ libri: *Seruus eſt. hoc illi nocebit? Oſtende* &c. ſexcenties ita interpolarunt Senecam monachi. & notat Eraſmus in quodam libro legi; *Seruus eſt; hoc illi, alij nõ nocebit.* quod minus placet, inquit.

II. Epiſt. XLIX.

nimirũ rectum omnino eſſe noſtrũ. Ep. XLIX. *Vtinam tantum prodeſſent, quantum nocent.* contra mentem Senecæ eſt lectio hæc; ſctipſerat doctiſſimus philoſophus, vt indicio membranarũ didi-

lidici: *Vtinam tantum non prodeſſent, nocent.* ne roſint, inquit, ſanè, dummodo etiam non noeant argutiæ ſophiſticæ. Epiſt. L. *Negat Cicero ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tempus quo legat Lyricos, eodē modo Dialecticos. Triſtius ineptiſunt.* diſtinguunt membranæ: *Negat Cicero ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tempus quo legat Lyricos. Eodē modo Dialectici triſtius inepti ſunt.* ta inquam codex S. Stephani, quo tamē hac pare deteriorem non eſſe exiſtimo Dominicanorū lium librum, qui repræſentabat: *Negat Cicero duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tempus quo leat lyricos: eodem loco Dialecticos. Triſtius inepti unt.* Eadem Epiſt. *Quid agam? mors me ſequitur, fugit vita: adverſus hæc me doce: aliquid affer ne mortem fugiam, vita me non effugiat.* emendauit ex bona parte hæc eruditiſſimus Pincianus, quæ à nobis licet ita perpurgentur: *Quid agam? mors me ſequitur, vita fugit: aduerſus hæc me doce aliquid; effice vt mortem non fugiam, vita me non effugiat.* Epiſt. LII. *Itaq; deſeceſſu cogitans, numquam Canopum eliget, quamuis neminē Canopus eſſe frugi vetet. Ne Baias quidem. diuerſorum vitiorum eſſe cœperunt.* Rectum eſt, niſi iudicans allor; *Ne Baias quidem: deuerſorium vitiorum eſſe cœperunt.* Eadem Epiſt. *Habitaturum tu utas vmquam fuiſſe in Vtica Catonem, vt prætergauigantes adulteras dinumeraret, & adſpiceret ot genera cymbarum varijs coloribus picta; & fluctuantem toto lacu roſam, vt audiret canentium nocturna conuiuia: nonne manere ille intra val-*

III. Epiſtola L.

IIII.

V. Epiſt. LII.

VI.

dum mainisset, quod in vna nocte manu fecisse dixisset? hæc correctio à Pinciano est, nostrorum librorum auctoritate cõfirmata; in quibus *manu fecisse* etiam nullũ erat; legebatur q; pro illo *Vticæ* quod abilis videtur, qui Vticæ sibi Catonẽ manus intulisse meminerant; aut, *in mica* aut, *Mamaca* aut certe, *mimica*, ex quo vt quid faciendum sit nõ temere affirmarim, ita eum coniecturæ ductus reposuerim; *Habituros te patres conscriptos* [illegible] *Vticæ Catonem*, vt præterea quæ eo attinent literas dimittam. *Et vos venerea cymbia vestris totorum pilis*; *Et fascinante tuto loca vsque ad amnis cæruleum nocturna cõuitatione* &c. *in Vticæ* villa puta. de qua qui epistolam Senecæ 104. legerit, minus fortasse a me dissidebit: certe hæc eo sitũ, vt qua hac loco commemorentur, ex ea videri. & audiri commode queant. neque video quomodo ex vulgata lectione sententia aliqua, tantum non communi mentem Senecæ, elici possit. nam quod hoc dicas; Catonem potius vllo tolerando dolorem suum cõmutasse, quam Vticæ mœnibus & propugnaculis vindicatorem cessisse vim Cæsaris, si Vticæ necessitate hæsisset, adhibitas dimittere, & alia præsentia tuta indigna videre, aliquid eiusmodi Senecæ quoq; animus dixisse. Inueni eum, quam Italiæ exilii locum legisse, Scin compluribus [illegible] vetustissimis, præmisso Catonẽ quo[illegible] [illegible] [illegible] [

quo magis cogito, cuſa lectio excuſabilior mihi videatur. Epiſt. LIII. *Hoc durum & laborioſum negocium nobis datũ ſcias: ſcilicet imus per obſtantia.* reperiſſe verum videor: *Hoc durum & laborioſum negocium nobis datum ſcias licet: imus per obſtantia.* Epiſt. LIV. *Inſtitit itaque gubernatori, & illum vellet nollet coegi vt peteret littus. Cuius vicinium attigimus, non exſpecto vt quidquam ex præceptis Virgilij fiat; Obuertãt pelago proras; aut; Anchora de prora iaciatur: ſed memor artificij mei veteris, frigidæ cultor, mitto me in mare quomodo pſychrolutam decet gauſapatus.* concinnior ſcriptura vetus videtur; *aut anchora de prora iaciatur: memor artificij mei, vetus frigidæ cultor mitto me in mare* &c. Vale. VII. Epiſt. LIII. IIX. Epiſt. LIV.

EPIST. CXXIV.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio I.C. S.

AVdio, Berchemi, & eſt vt dicis, iampridem debebant bucolici mei in omnium oculis manibusq; verſari. ſed ſcire & ipſe potes, quæ & qualia me hactenus à vulgandis ijs abſtinuerũt, & quam non ſoleam temerè etiam iudicio meo confecta planè, & quibus nihil addere conſilium eſt, in lucem emittere; niſi ſi quæ forte typographorum oportunæ, importunę preces mihi extorſerunt. in quo numero ſunt Curtius Rufus auctor Hiſtoriæ Magni Alexandri, & Vegetius, ac Frontinus; quorum iſtę rei bellicæ exem-

lum maluiſſet, quod in vna nocte manu ſua ipſe duxiſſet? hæc correctio à Pinciano eſt, noſtrorum librorum auctoritate cõfirmata; in quibus *n' adſpiceret* etiam nullũ erat; legebaturq; pro illo *in Vtica* quod ab illis videtur, qui Vticę ſibi Catonẽ manus intuliſſe meminerant; aut, *in vnica* aut, *Miniaca* aut certè, *inimica*. ex quo vt quid faciẽdum ſit nõ temerè affirmarim, ita leui coniectura ductus repoſuerim; *Habitaturũ tu putas vnquam fuiſſe in Vacia Catonem, vt praternauigantes adulteras dinumeraret, & tot genera cymbarũ varijs coloribus picta; & fluitantẽ toto lacu roſam; vt audiret canentium nocturna cõuitia; nonne* &c. *in Vacia* villa puta. de qua qui epiſtolam Senecæ LVI. legerit, minus fortaſſe à me diſſidebit, fuit certè hæc eo ſitu, vt quæ hoc loco commemorantur, ex ea videri, & audiri commodè poſſent. neque video quomodo ex vulgata ſcriptura ſententia aliqua, tantum non contra mentem Senecæ, elici poſſit. nam quod hoc dicas; Catonem potius vallo ſubitario ſalutem ſuam cõmiſſurum fuiſſe, quam Vticæ mœnibus & propugnaculis incluſurum contra vim Cæſaris, ſi Vticæ neceſſe habuiſſet adulteras dinumerare, & alia grauitate ſua indigna videre; aliquid eſt; niſi de Scipione quoq; antea dixiſſet, Liternũ eum, quam Baias exſulij locum legiſſe; & in comparationem adijci videretur, perinde Catonẽ quoq; potius intra vallum vna nocte à ſe excitatũ manſurum fuiſſe, quam in villa ſplendida quidem, ſed tot illecebris obnoxia. de hac re ita cenſeo; etſi,

quo

quo magis cogito, cuſa lectio excuſabilior mihi videatur. Epiſt.LIII. *Hoc durum & laborioſum negocium nobis datũ ſcias: ſcilicet imus per obſtantia.* reperiſſe verum videor: *Hoc durum & laborioſum negocium nobis datum ſcias licet: imus per obſtantia.* Epiſt.LIV. *Inſtitit itaque gubernatori, & illum vellet nollet coegi vt peteret littus. Cuius vt viciniam attigimus, non exſpecto vt quidquam ex præceptis Virgilij fiat; Obuertãt pelago proras; aut; Anchora de prora iaciatur: ſed memor artificij mei veteris, frigidæ cultor, mitto me in mare quomodo pſychrolutam decet gauſapatus.* concinnior ſcriptura vetus videtur; *aut anchora de prora iaciatur: memor artificij mei, vetus frigidæ cultor mitto me in mare* &c. Vale. VII. Epiſt.LIII. IIX. Epiſt.LIV.

EPIST. CXXIV.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio I.C. S.

AVdio, Berchemi, & eſt vt dicis, iampridem debebant bucolici mei in omnium oculis manibusq; verſari. ſed ſcire & ipſe potes, quæ & qualia me hactenus à vulgandis ijs abſtinuerũt, & quam non ſoleam temerè etiam iudicio meo confecta planè, & quibus nihil addere conſilium eſt, in lucem emittere; niſi ſi quæ forte typographorum oportunæ, importunę preces mihi extorſerunt. in quo numero ſunt Curtius Rufus auctor Hiſtoriæ Magni Alexandri, & Vegetius, ac Frontinus; quorum iſtę rei bellicæ exem-

pla, quæ ſtratagemata vocãtur, præcepta ille tradidit. quos tu optimè ſcire potes non tam meum me iudicium, quam Materni Cholini deſideriũ ſecutum, qua pro tẽporis breuitate, & veterum librorum copia potuit emendatos extruſiſſe verius, quam edidiſſe. cum interea ſæpè non parua mihi damna dederit, ſiue hæc in infinitum procraſtinandi cõſuetudo, ſiue quorumdam potius indigna homine, qui litteras tractare ſe poſtulet, malitia. qua ne diutius graſſandi ipſis occaſio ſit cauto opus eſt. & quando edendi & hos poëtas, & quos alios auctores apud me notatos & emendatos ſeruo, conſilium aut occaſio adhuc nõ eſt, inſerere his epiſtolicis magnam earumdem partem commodiſſimũ videtur; præſertim eius generis, cuius nunc ex bucolicorum meorum altero Calpurnio has ſcilicet proferam: Ecloga IV. verſu 9.

I. Calpurnius Ecloga IV. verſu IX correctus.

Dulce quidem reſonas, nec te diuerſus Apollo
Deſpicit ô iuuenis.

lego, vt eſt planè legendum:

——— nec te diuerſus Apollo
Reſpicit ô iuuenis. &c.

notat eruditiſſimus noſtræ ætatis vir tacitè Virgilium Libertatem dijs inſeruiſſe, dum ait:

Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inertem:

propriè enim deorum hoc beniuolorum. Plautus; *Paucis verbis rem diuinam facito, atque audin; reſpice. Reſpexit. idem pol Venerẽ credo facturum tibi.* hinc & nomen vico, *Fortunæ Reſpicientis* olim Romæ. ſed hac de re plura aliàs, iam pergamus

gamus ad illud quod ſtatim ſequitur leue item, ſed tamen non prætereundum: II. Verſu XII.

Quicquid ineſt, ſilueſtre licet videatur acutis
Auribus. omnibus modis ſcribendum:
Quidquid id eſt, ſilueſtre licet &c.

quæ eſt ſolens poëtis loquendi ratio. Virgilij illud eſt:

Quidquid id eſt, timeo Danaos & dona ferẽtes.

& mille alia loca teſtes. Verſu 50. III. Verſus L. bis correctus.

Sed niſi forte tuas melior ſonus aduocet aures,
Et noſtris aliena magis tibi pagina ridet
Vis aliena tua ſubigat vir pagina lima?

monſtra verborum: ſed quibus in ſolas terras deportatis, hoc modo locus hic emendandus eſt:

Sed niſi forte tuas melior ſonus auocet aures,
Et noſtris aliena magis tibi pagina ridet,
Vis hodierna tua ſubigatur pagina lima?

ſtatim de Virgilio: IV. Verſu LXX. bis, ter interpolatus.

Eſt fateor, Melibœe deus: ſed ſi mihi Phœbus
Forſitan annuerit: tu tantum commodus audi.
Scimus enim quia te non aſpernetur Apollo.
Incipe, nam faueo. Sed proſpice ne tibi forte
Tinnula tam fragili reſpiret fiſtula buxo.
Me. *Qua reſonare ſolet, ſi quãdo laudat Alexin,*
Hoc potius calamos, magis hoc ſectare canales,
Per me qui dignas cecinerunt conſule ſiluas.

corrigo totum locum, quem non difficile erat tiã ex ingenio emendare; quemq; adeo hic non ppoſuiſſem, ſi maiorem gloriæ meæ, quam vtitatis publicæ rationem habuiſſem. emendo, in-

quam, præcedentes versus ex libris veteribus:

Est fateor, Melibœe, deus; sed nec mihi Phœbus
Forsitan abnuerit, tu tantum commodus audi.
Scimus enim quia te non aspernatur Apollo.
Mel. *Incipe, nam faueo; sed prospice ne tibi forte*
Tinnula tam fragili respiret fistula buxo,
Quam resonare solet, si quando laudat Alexin.
Hos potius calamos, magis hos sectare canales;
Per me qui dignas cecinerunt consule siluas.

V. Versu 87. Versu xxcvii. ex persona Amyntæ legitur:

Te quoq; facundo comitatus Apolline Cæsar
Respiciat, montes neu dedignetur adire &c.

Omnino scribendum, quidquid delirent libri:

Me quoq; facundo comitatus Apolline Cæsar
Respiciat.

vbi obiter iterũ nota de Cæsare, vt de deo, dictũ;

VI. Versu xcii. *Respiciat.* Mox:

Ipse polus etiam quo temperat igne geluq;
Iuppiter ipse parens quo tu iam proximus ipse
Cæsar abis.

scutica digni, qui primi ita hunc locum corruperunt; hoc modo alioqui legendum:

Ipse polos etiam qui temperat igne, geluque,
Iuppiter ipse parens, cui tu iam proximus ipse
VII. *Cæsar abis.* Statim:
Versu ci. *Nec mora pharsalia sonuerunt sibila canna.*

repono ex libro veteri:

Nec mora pharsalia soluerunt sibila canna.

EPIST.

EPIST. CXXV.

Franc. Modius Frederico Sylburgio S. Francofurtum ad Mœnum.

QVas ad cl. v. Ioachimum Camerariũ ſuper negotio meo, de quo vobiſcũ ille meo rogatu per interpretem epiſtolã egerat dediſti litteras, eruditiſſime Sylburgi, nõ prudenter tantũ, verum etiã amanter ſcriptas, ita mihi placuerũt, vt de conſilij tui ſententia facturus ſim omnia. quorum plæraq; cum mihi ante quoq; in mentẽ veniſſent, ſerio triumpho cõprobari etiã calculo iudicij tui; cui ante alios has quoq; in Cenſorino qualeſcumq; notas permitto: cap. xx. de mũdi machina: *Stoici ita pronuntiauerũt* (vbi malè etiã additiones, *pernuntiauerunt* aut, *prænuntiauerunt* habent) *ſiue perpetuus, ſiue longæuus eſt mũdus, & in flãmas abit, et viciſſim ex flãmis renouatur ac reſtituitur: durãtib. tamẽ principijs, nec recidere ad nihil videri poteſt, quod in ſe deficit, in ſe regignitur.* tribo & interpũgo ex mẽbranis: *et in flãmas abit, & viciſſim ex flãmis renouatur, ac reſtituitur, durãtib. tamẽ principijs; nec recidere ad nihilũ videri poteſt, quod in ſe deficit, in ſe regignitur.* Lucr. lib. 1.

Principium hinc cuius nobis exordia ſumet,
Nullã rem è nihilo gigni diuinitus vmquam. &
Nihil igitur fieri de nihilo poſſe fatendũ eſt. itẽ
Huc accedit, vti quaq; in ſua corpora rurſum
Diſſoluat natura, neq; ad nihilũ interimat res.

itur & alibi paſſim toto opere poeta, ad quod in reſpexerit in hac diſputatione Cẽſorin⁹ duari vix poteſt. In quo ne hoc quoq; quam leuiſſimũ præteream, poſt verſus duos tres:

I. Cenſorinus de die Natali cap. xx. notatus.

II.

mo fœdus & quæ ſequũtur. iudicio igitur vel maxime libros veteres tractanti opus eſt; neq; enim ſemper vera, quæ ſuggerunt, tametſi in ſpeciẽ talia videantur. deinde & hoc intẽtius conſiderandũ, qd ſcriptor in quo verſeris, peculiare habeat, quid cũ alijs cõmune: quę nõ tua cauſſa hic, eruditiſſime Petree, qui quãto melius iſta noſti, tanto minus noſtra admonitione indiges, ſed ſtudioſæ bonarũ artiũ iuuẽtutis, quã falſa veri aſſimilatione incautã decipere ſolent, dixiſſe breuiter ſufficiat. Circũfertur lib. v. Epiſt. v, *Viſus eſt ſibi per*

V. Epiſt. v.

nocturnam quietẽ iacere in lectula ſuo cõpoſitus in habitu ſtudẽtis, habere ante ſe ſcrinium (ita ſolebat) mox imaginatus eſt veniſſe Neronẽ, in toro ſediſſe: promſiſſe primũ librũ quẽ de ſcelerib. eius ediderat, eũq; ad extremũ reuoluiſſe. ſcripti libri: *cõpoſitus in habitũ ſtudẽtis*, & mox: *in toro reſediſſe*. vtrũq; melius: ſic. n. & Fabius Fulgẽtius Plãciades de Virgitio ſuo loquit; & qd præiſto eſt, Tacitus, vbi ait:

VI. Epiſt. IX.

tãto impẽſius in ſecuritatẽ cõpoſitus. Ep. IX. *Variè me affecerunt litteræ tuæ: nã partim lætæ, partim triſtitia cõtinebãt. Lætã, quod te in vrbe teneri nũtiabãt. Nollẽ, inquis: ſed ego volo, propterea quod recitaturũ ſtatim vt veniſſem, pollicebãtur.* vt iſta iſtis verbis ſcripſerit Plinius, crede hoc meæ fidei, Petree, potius numquã ſcripſiſſet, quã ita ſcripſiſſet. mẽbranisq; adeo ingẽtes debent gratię, quę nos ex his quoq; ſalebris expediũt, legẽdo: *Nollẽ, inquis: ſed ego volo. Præterea quod recitaturũ ſtatim vt veniſſem pollicebãtur.* lætitiã & voluptatẽ attuliſſe nimirũ Plinio duo hæc: primo, qd ſcriberet Saturninus ſe Romæ attineri: deinde qd ſubiun-

geret

geret se ibidē ipsum quoq; exspectare in cui⁹ aduentū recitationē suā distuliſſet. Sequitur eadem Epiſt. *Nihil ſta ad mortuū pertinēt, ſed pertinuerūt cū moreretur: pertinēt ad hos qui ſuperſunt. Iam quidē in flore primo tantæ indolis iuuenis exſtinctus eſt, ſumma cōſecuturus, ſi virtutes eius maturuiſſent. quo ille ſtudiorū amore flagrabat? quantū legit? quantū etiā ſcripſit? quæ nūc omnia cū ipſo ſine fructu poſteritatis abierunt.* m. ſſ. referunt, & quidē optimè meo iudicio: *ſā quod in flore primo tātæ indolis iuuenis exſtinctus eſt*, puta hoc quoq; pertinēt ad eos qui ſuperſunt. in eiſdēq; mēbranis expreſſim, *aruerūt* pro *abierūt* legitur. nimis benè, vt perſtet in metaphora, qua vti cœpit ibi, *ſi virtutes eius maturuiſſent*, & pergit ſubiungendo, *ſine fructu*. VII.

Ep. XIII. *Recitaturus oratiunculā quā publicare cogito, aduocaui aliquos, vt vererer paucos, vt verū audirē.* ſola interpūctione mutata, reſtituo implicatiſſima hęc: *Recitaturus oratiunculā, quā publicare cogito, aduocaui aliquos vt vererer, paucos vt verū audirē.* recitaturus, inqt, multos qdē cōuocaui, ſed plures vt cū ſolicitudine aliqua recitarē, quā incēdit frequētia auditorū, paucos omnino (quoniā paucorū hominū eſſe cœpit, plæriſq; verū dicere adulādi ſtudio impeditis, liberè amico cōſiliū dare, deq; ſcriptis ei⁹ ſententiā dicere) vt admonerer ſi qd forte, vt in meis, me fefelliſſet. Vale, Petree ornatiſſime, et ſi qd in his quoq; me fefellit, vtere & tu libertate, qua nuper in recognoſcēdis veſtro rogatu ſcriptis peruditi cuiuſdā amici olim veſtri vobis piui. Cōbergi a.d. XII. KL. Ian. CIↃ. IↃ. LXXXIV. quas tibi totiq; reip. Chriſtianæ feliciter oriri volo. IIX. Epiſt. XIII.

EPIST. CXXIII.

Franc. Modius Francisco Nansio, Franconatum in Flandria Senatori P. P. S.

VT ægris, animi præsertim, gratulamur, cognate Nansi, cum se ægros esse senserint; & nulli periculosiores morbi habentur; quã qui latenter, & cuniculis quodammodo, vt audaci vtar tralatione, homines oppugnant; ita prima in libris corruptis opis & medicinę spes affulget, si corruptos esse constiterit. quod sæpè sanè ne à doctis quidẽ ceteroqui viris temerè deprehendi potest, nisi si editi recenter codices ad scriptos olim comparẽtur. sensi hoc verum esse, vt de me aliquid dicam, in Seneca heri; in quo post Erasmum, & qui in hoc genere scriptorũ iudicio facilè excellit Pincianum, hæc ex collatione cusi nũc nuper Senecæ Parisijs ad membranas S. Stephani, quod Herbipoli cœnobium est, deprehendi; quę remedio egere videri possent. Epist. XLVII.

I. Seneca Epistola XLVII notatus.

Seruus est; hoc illi non nocebit. Ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes timori. clamant scribendum veteris notæ libri: *Seruus est. hoc illi nocebit? Ostende* &c. sexcenties ita interpolarunt Senecam monachi. & notat Erasmus in quodam libro legi; *Seruus est; hoc illi, alij nõ nocebit.* quod minus placet, inquit. nimirũ rectum omnino esse nostrũ. Ep. XLIX.

II. Epist. XLIX.

Vtinam tantum prodessent, quantum nocent. contra mentem Senecæ est lectio hæc; scripserat doctissimus philosophus, vt indicio membranarũ didi-

didici: *Vtinam tantum non prodeſſent, nocent.* ne proſint, inquit, ſanè, dummodo etiam non noceant argutiæ ſophiſticæ. Epiſt. L. *Negat Cicero ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tempus quo legat Lyricos, eodē modo Dialectícos. Triſtius inepti ſunt.* diſtinguunt membranæ: *Negat Cicero ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tempus quo legat Lyricos. Eodē modo Dialectici triſtius inepti ſunt.* ita inquam codex S. Stephani, quo tamē hac parte deteriorem non eſſe exiſtimo Dominicanorū alium librum, qui repræſentabat: *Negat Cicero ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tempus quo legat lyricos: eodem loco Dialectícos. Triſtius inepti ſunt.* Eadem Epiſt. *Quid agam? mors me ſequitur, fugit vita: adverſus hæc me doce: aliquid affer ne mortem fugiam, vita me non effugiat.* emendauit ex bona parte hæc eruditiſſimus Pincianus, quæ à nobis licet ita perpurgentur: *Quid agam? mors me ſequitur, vita fugit: aduerſus hæc me doce aliquid; effice vt mortem non fugiam, vita me non effugiat.* Epiſt. LII. *Itaq; de ſeceſſu cogitans, numquam Canopum eliget, quamuis neminē Canopus eſſe frugi vetet. Ne Baias quidem. diuerſorum vitiorum eſſe cœperunt.* Rectum eſt, niſi iudicans fallor; *Ne Baias quidem: deuerſorium vitiorum eſſe cœperunt.* Eadem Epiſt. *Habitaturum tu putas vmquam fuiſſe in Vtica Catonem, vt præternauigantes adulteras dinumeraret, & adſpiceret tot genera cymbarum variis coloribus picta, & fluctuantem toto lacu roſam, vt audiret canentium nocturna conuiuia: nonne manere ille intra val-*

III. Epiſtola L.

IIII.

V. Epiſt. LII.

VI.

lum maluisset, quod in vna nocte manu sua ipse duxisset? hæc correctio à Pinciano est, nostrorum librorum auctoritate cõfirmata; in quibus *ni adspiceret* etiam nullũ erat; legebaturq; pro illo *in Vtica* quod ab illis videtur, qui Vticę sibi Catonẽ manus intulisse meminerant; aut, *in vnica* aut, *Miniaca* aut certè, *inimica*. ex quo vt quid faciẽdum sit nõ temerè affirmarim, ita leui coniectura ductus reposuerim; *Habitaturũ tu putas vmquam fuisse in Vacia Catonem, vt praternauigantes adulteras dinumeraret, & tot genera cymbarũ varijs coloribus picta; & fluitantẽ toto lacu rosam; vt audiret canentium nocturna cõuitia; nonne* &c. *in Vacia* villa puta, de qua qui epistolam Senecæ LVI. legerit, minus fortasse à me dissidebit. fuit certè hæc eo situ, vt quæ hoc loco commemorantur, ex ea videri, & audiri commodè possent. neque video quomodo ex vulgata scriptura sententia aliqua, tantum non contra mentem Senecæ, elici possit. nam quod hoc dicas; Catonem potius vallo subitario salutem suam cõmissurum fuisse, quam Vticæ mœnibus & propugnaculis inclusurum contra vim Cæsaris, si Vticæ necesse habuisset adulteras dinumerare, & alia grauitate sua indigna videre; aliquid est; nisi de Scipione quoq; antea dixisset, Liternũ eum, quam Baias exsulij locum legisse; & in comparationem adijci videretur, perinde Catonẽ quoq; potius intra vallum vna nocte à se excitatũ mansurum fuisse, quam in villa splendida quidem, sed tot illecebris obnoxia. de hac re ita censeo; etsi,

quo

quo magis cogito, cusa lectio excusabilior mihi videatur. Epist.LIII. *Hoc durum & laboriosum negocium nobis datũ scias: scilicet imus per obstantia.* reperisse verum videor: *Hoc durum & laboriosum negocium nobis datum scias licet: imus per obstantia.* Epist.LIV. *Institi itaque gubernatori, & illum vellet nollet coegi vt peteret littus. Cuius vt viciniam attigimus, non exspecto vt quidquam ex præceptis Virgilij fiat; Obuertãt pelago proras; aut; Anchora de prora iaciatur: sed memor artificij mei veteris, frigida cultor, mitto me in mare quomodo pfychrolutam decet gausapatus.* concinnior scriptura vetus videtur; *aut anchora de prora iaciatur: memor artificij mei, vetus frigida cultor mitto me in mare* &c. Vale.

VII. Epist.LIII.

IIX. Epist.LIV.

EPIST. CXXIV.

Franc. Modius Hieronymo Berchemio I.C. S.

AVdio, Berchemi, & est vt dicis, iamprideꝫ debebant bucolici mei in omnium oculis manibusq; versari. sed scire & ipse potes, quæ & qualia me hactenus à vulgandis ijs abstinuerũt, & quam non soleam temerè etiam iudicio meo confecta planè, & quibus nihil addere consilium est, in lucem emittere; nisi si quæ forte typographorum oportunæ, importunę preces mihi extorserunt. in quo numero sunt Curtius Rufus auctor Historiæ Magni Alexandri, & Vegetius, ac Frontinus; quorum istę rei bellicæ exem-

pla, quæ ſtratagemata vocãtur, præcepta ille tradidit. quos tu optimè ſcire potes non tam meum meiudicium, quam Materni Cholini deſideriũ ſecutum, qua pro tẽporis breuitate, & veterum librorum copia potuit emendatos extruſiſſe verius, quam ediditſſe. cum interea ſæpè non parua mihi damna dederit, ſiue hæc in infinitum procraſtinandi cõſuetudo, ſiue quorum dam potius indigna homine, qui litteras tractare ſe poſtulet, malitia. qua ne diutius graſſandi ipſis occaſio ſit cauto opus eſt. & quando edendi & hos poëtas, & quos alios auctores apud me notatos & emendatos ſeruo, conſilium aut occaſio adhuc nõ eſt; inſerere his epiſtolicis magnam earumdem partem commodiſſimũ videtur; præſertim eius generis, cuius nunc ex bucolicorum meorum altero Calpurnio has ſcilicet proferam: Ecloga IV. verſu 9.

I. Calpurnius Ecloga IV. verſu IX correctus.

Dulce quidem reſonas, nec te diuerſus Apollo
Deſpicit ô iuuenis.

lego, vt eſt planè legendum:

——nec te diuerſus Apollo
Reſpicit ô iuuenis. &c.

notat eruditiſſimus noſtræ ætatis vir tacitè Virgilium Libertatem dijs inſeruiſſe, dum ait:

Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inertem:

propriè enim deorum hoc beniuolorum. Plautus; *Paucis verbis rem diuinam facito, atque audin; reſpice. Reſpexit. idem pol Venerẽ credo facturam tibi.* hinc & nomen vico, *Fortunæ Reſpicientis* olim Romæ. ſed hac de re plura aliàs, iam pergamus

gamus ad illud quod ſtatim ſequitur leue item, ſed tamen non prætereundum: II. Verſu XII.

Quicquid ineſt, ſilueſtre licet videatur acutis
Auribus. omnibus modis ſcribendum:
Quidquid id eſt, ſilueſtre licet &c.

quæ eſt ſolens poëtis loquendi ratio. Virgilij illud eſt:

Quidquid id eſt, timeo Danaos & dona ferẽtes.

& mille alia loca teſtes. Verſu 50. III. Verſus L. bis correctus.

Sed niſi forte tuas melior ſonus aduocet aures,
Et noſtris aliena magis tibi pagina ridet
Vis aliena tua ſubigat vir pagina lima?

monſtra verborum: ſed quibus in ſolas terras deportatis, hoc modo locus hic emendandus eſt:

Sed niſi forte tuas melior ſonus auocet aures,
Et noſtris aliena magis tibi pagina ridet,
Vis hodierna tua ſubigatur pagina lima?

ſtatim de Virgilio: IV. Verſu LXX. bis, ter interpolatus.

Eſt fateor, Melibœe deus: ſed ſi mihi Phœbus
Forſitan annuerit: tu tantum commodus audi.
Scimus enim quia te non aſpernetur Apollo.
Incipe, nam faueo. Sed proſpice ne tibi forte
Tinnula tam fragili reſpiret fiſtula buxo.
Me. *Qua reſonare ſolet, ſi quãdo laudat Alexis,*
Hoc potius calamos, magis hoc ſectare canales,
Per me qui dignas cecinerunt conſule ſiluas.

corrigo totum locum, quem non difficile erat etiã ex ingenio emendare; quemq; adeo hic non appoſuiſſem, ſi maiorem gloriæ meæ, quam vtilitatis publicæ rationem habuiſſem. emendo, in-

quam, præcedentes verſus ex libris veteribus:

Eſt fateor, Melibœe, deus; ſed nec mihi Phœbus
Forſitan abnuerit, tu tantùm commodus audi.
Scimus enim quia te non aſpernatur Apollo.
Mel. *Incipe, nam faueo; ſed proſpice ne tibi forte*
Tinnula tam fragili reſpiret fiſtula buxo,
Quam reſonare ſolet, ſi quando laudat Alexin.
Hos potius calamos, magis hos ſectare canales;
Per me qui dignas cecinerunt conſule ſiluas.

V. Verſu xxcvii. Verſu 87. ex perſona Amyntæ legitur:

Te quoq; facundo comitatus Apolline Cæſar
Reſpiciat, montes neu dedignetur adire &c.

Omnino ſcribendum, quidquid delirent libri:

Me quoq; facundo comitatus Apolline Cæſar
Reſpiciat.

vbi obiter iterũ nota de Cæſare, vt de deo, dictũ;

VI. Verſu xcii. *Reſpiciat.* Mox:

Ipſe polus etiam quo temperat igne geluq;
Iuppiter ipſe parens quo tu iam proximus ipſe
Cæſar abis.

ſcutica digni, qui primi ita hunc locum corruperunt; hoc modo alioqui legendum:

Ipſe polos etiam qui temperat igne, geluque,
Iuppiter ipſe parens, cui tu iam proximus ipſe
VII. Verſu ci. *Cæſar abis.* Statim:
Nec mora pharſalia ſonuerunt ſibila canna.

repono ex libro veteri:

Nec mora pharſalie ſoluerunt ſibila canna.

EPIST.

EPIST. CXXV.

Franc. Modius Frederico Sylburgio S.

Francofurtum ad Mœnum.

QVas ad cl. v. Ioachimum Camerariũ ſuper negotio meo, de quo vobiſcũ ille meo rogatu per interpretem epiſtolã egerat dediſti litteras, eruditiſſime Sylburgi, nõ prudenter tantũ, verum etiã amanter ſcriptas, ita mihi placuerũt, vt de conſilij tui ſententia facturus ſim omnia. quorum plæraq; cum mihi ante quoq; in mentẽ veniſſent, ſerio triumpho cõprobari etiã calculo iudicij tui; cui ante alios has quoq; in Cenſorino qualeſcumq; notas permitto: cap. xx. de mũdi machina: *Stoici ita pronuntiauerũt* (vbi malè etiã editiones, *pernuntiauerunt* aut, *pranuntiauerunt* habent) *ſiue perpetuus, ſiue longæuus eſt mũdus, & in flãmas abit, et viciſſim ex flãmis renouatur ac reſtituitur: durãtib. tamẽ principijs, nec recidere ad nihil videri poteſt, quod in ſe deficit, in ſe regignitur.* ſcribo & interpũgo ex mẽbranis: *et in flãmas abit, & viciſſim ex flãmis renouatur, ac reſtituitur, durãtib. tamẽ principijs, nec recidere ad nihilũ videri poteſt, quod in ſe deficit, in ſe regignitur.* Lucr. lib. 1.

Principium hinc cuius nobis exordia ſumet,
Nullã rem è nihilo gigni diuinitus vmquam. &
Nihil igitur fieri de nihilo poſſe fatendũ eſt. itẽ
Huc accedit, vti quæq; in ſua corpora rurſum
Diſſoluat natura, neq; ad nihilũ interimat res.

vtitur & alibi paſſim toto opere poeta, ad quod quin reſpexerit in hac diſputatione Cẽſorin⁹ dubitari vix poteſt. In quo ne hoc quoq; quamuis leuiſſimũ præteream, poſt verſus duos tres: I. Cenſorinus de die Natali cap. xx. notatus. II.

vt Cleanthes & Chrysippus æthera scribendũ; non
III. vt vulgo est: *vt Cleanthes, vt Chrysippus æ.* Cap.
Cap.xxi. xxi; quod totum cum bona parte xx. item cum
cap. xxii xxiii. & xxiv. itẽ parte in editione Ro-
stochiana & Parisiensi abest, & deest; legitur in
Aldi: *Inhabitabilis infra frigidus circulus ob rigorẽ,*
quo ab alijs longissimè sol abest. manifeste emen-
dandum apparet ex ijsdẽ membranis: *quod ab ijs*
IV. *longissimè sol abest.* Sequitur immediatè: *Item*
in radios æquinoctiales, quod sub vertice solis est, sub
quo quidã habitare putãtur, et Æthiopiæ maximã
partẽ: oratio euidẽter βαρβαρίζει. quare dicam quid
in scripto exẽplari inuenerim: *sub quo quidã habi*
tare putãt Cydropiæ & Æthiopiæ maximã partẽ.
de qua *Cydropia* Ptolemęo, Straboni, Plinio, Me
læ planè ignota cẽseo Delphos mittendũ ad ora-
V. culũ nisi si fortè Vtopiæ pars est. Sequitur de
Suppletus & correctus. antichthonib. *Vidẽtur humiles, atq; depressi qui-*
busq; antipodes. quod vt posse videatur, efficiunt fle-
xus, obliquitatesq; terrarũ: ἀντίχθονες *ijdẽ et* ἀντίσοι-
χοι *nominãtur: incipit signifer nõ ab extremo circu-*
lo, nec ad extremũ protenditur: sed ab initio tropico
australi, brumaliq; eodem &c. explendũ, & corri-
gendum: *videntur humiles atq; depressi, quibusq;*
antipodes infra sunt. quod vt posse v. e. f. o. q. t. a. i. e. a.
n. i. s. n. a. e. c. n. a. e. p. sed ab intimo tropico austra-
VI. *li,* &c. Cap. xxii. *Stellarũ aliæ cũ cœlo feruntur,*
Cap. xxii. quinquies sexies emaculatus. *ideo quia nõ excedũt suos locos, fixæ nominãtur. A-*
liæ cõtra cœlũ, et in ortu cœli eũt: sed mũdi celeritate
victæ occidere vidẽtur cũ eo quãuis cursum suũ per-
agãt. Sol maximũ sid⁹ ætheris medij lumine ignescit;
singulis dieb. & noctu peragit singulas partes signi-
ferum

ferum peruadit annum: *Luna à sole flaminatur*. emendo locis sex, & interpungo: *Stellarum aliæ cum cælo feruntur, ideoq; quod non excedunt suos locos, fixæ nominantur: aliæ contra cælum, & in ortus cæli eunt, sed mundi celeritate victæ occidere videntur cum eo, quamuis cursum suum peragant. Sol maximum sidus ætheris medij limite ignescit: singulis diebus & noctibus peragit singulas partes: signiferum peruadit anno. Luna de sole flammatur.* neq; aliter quam emendo legere est in membranis, quas sæpe laudo, nisi quod *signiferum peruadit anno*, cum *annum* æquè esset in illis, de cõiectura reposui; quod de Luna sequatur; *ambit circuitu breuissimo terram* xxx. *diebus*. & perinde deinceps de reliquis siderib⁹. Mox est de eadem luna: *Hac crescente vniuersa gignentia pubescunt, tenuente tenuantur*. videntur magis sequendæ membranæ, in quis est; *tenuescente tenuantur*. VII.

Rursus mox est: *Cetera dissident, vel leuiter adspiciunt, vt tertium quodq; dicitur exagonon. Signa tropica peregrinationibus præsunt: & omnino mobilibus; & in consilijs subinde variant atq; permutant. Biformi geminatione rerum omnium repetitione significant*. sequor & hic m. s. librum referentem: *Cetera dissident, vel leuiter adspiciunt, vt tertium quodq; quod dicitur exagonon. Signa tropica peregrinationibus præsunt*: *e. o. m. e. i. c. s. v. a. p. Biformia geminationem rerum omnium repetitionemq; significant*. moneoq; vt de signis biformibus legantur Iulius Firmicus Astronomicõrum lib. II. cap. XII. & doctissimus Poeta Manilius IIX. bis, ter emẽdatus Ibid.

IX. Astronomicã item suorum lib. II. cap. I. In fine eiusdem adhuc capitis: *Plus die prosunt Sol, Saturnus, Iuppiter, Mercurꝰ variè, & quodãmodo consensit vt visus est.* optime manu exaratus codex; *Mercurius variè, & quomodo consensit, aut*

X. *visus est.* Cap. XXIV. *Geometria est scientia digerendi figuras, numerosè metiendi cum suis resolutionibus. Numerus est congregatio singulorum finita*

Cap. XXIV. *semper, & infinita natura deformis. Nota est cuius pars nulla est, linea longitudo sine latitudine,* quæ ista numerosa mẽsio, aut vnde nobis hic definitur numerus cõgregatio singulorum natura deformis? vide iocularem temeritatem eorum, qui sinè dilectu quiduis in contextum recipiũt. scripserat aliquis vbi ista incipiũt; *Nota est cuius*, &c. *De formis* significans, agere hoc capite deinceps Censorinum post definitionem numeri, & Geometriæ, de formis eiusdem; quod fungi illi non capientes, coniunctas has dictiones textui inseruerunt; qui totus ita legatur, si quidem recte legatur; *Geometria est scientia digerendi figuras, numeros* (malim contra libros *numeroſq;*) *emetiendi cũ suis resolutionibꝰ. Numerus est cõgregatio singulorũ finita semper, & infinita natura. Nota est*, &c.

EPIST. CXXVI.

Franc. Modius Melchiori Vueissenbergero I. C. S.

VEneror antiquos, sed sic vt posteriorum temporum ingenia admiter tamen: nec cum illis faciam, qui simul ad Ciceronianum sæculum ventum est, nihil se ab eo deinceps ex aliis discere

discere, nihil posse doceri putant. ergo & in Fabio Planciade Fulgentio Mythologiarũ scriptore hęc quoq; nunc notare non piguit. statim in initio libri primi. *Parumper ergo ausculta, dum tibi rugosam sulcis anilibus ordior fabulam, quam nuper Attica soporatam salsura nocturna præsule lucerna commentus sum*, putabam rectum; *Attica saporatam salsura* cum cõsultis membranis Neustetterianis Comburgensibus reperio; *Attica saporante salsura* longè optimè; *saporante* valet saporem, siue vt propriè maximè cum Terentiano Syro loquar, sapientiam addente, conciliante, adspergente. In paucis versibus: *arbitrabar agrestem securè adipisci quietem, vt procellis curarum celantibus, quo in torporem vrbana tempestas exciderat, velut Halcyone niduli, placitam*, &c. rectum est: *vt procellis curarũ cessantibus*. Rursus in paucis versibus: *Egredimur nautarum in morem, quos tempestatum flagitamento confractos, exoptata reduces excipit ripa, & velut parietum indumentis exuti, post domesticas stationes, ambulare potius discimus quam progredimur*: scribe cum membranis omnium optimis Sturmerianis: *Egredimur nautarum in morem, quos tempestatum fatigamento confractos exoptata reduces excipit ripa*, &c. Post aliquam multa: *Libebat me mea captiuitas, & licet nostræ vacuissent industriæ, inueniebat tamen animus, quibus inter mala arrideret, nisi me etiam exinde bellis crudelior Galieni curia excluſisset; quæ penè cunctis Alexandriæ ita est angiportis*,

I. Fulgentius Mythol. lib. 1. emendat præfatione.

II.

III.

IV.

quo chirurgica carnificina lanienа plurior habitaculis numeretur: laudatæ ſupra membranæ: *Libebat me mea captiuitas, & licet noſtræ non viguiſſent induſtriæ, inueniebat tamen animus, quibus inter mala arrideret, niſi me etiam exinde bellis crudelior Galeni curia excluſiſſet, quæ penè cunctis Alexandriæ ita inſerta eſt angiportis, quo chirurgicæ carnificinæ laniola pluriora habitaculis numerentur:* agnoſco purã putam Fabianam phraſin. V. Iterum aliquanto interuallo: *Certos itaq; nos præſtolamur rerum effectus, quos repulſos mendacis Græciæ fabuloſo commento, quid myſticum in his ſapere debeat cerebrum agnoſcamus.* ſcriptum exemplar: *quo ſepulto mendacis Græciæ fabuloſo commento.* & aut ita omnino legendum, aut certè, *quo repulſo mendacis Græciæ fabuloſo* VI. *commento.* Conſequitur: *Tum illa: Vnde hæc tibi, inquit, homuncule tanta ignorantiæ ſcientia! Vnde etiam ratum ordinem ignorandi?* corrigantur hæc poſtrema; *Vnde tam gnarus ordo ignoVII. randi?* vix duobus verſibus interiectis: *quanto ſatius eis erat etiam non naſci contingere, quam naſci inefficaciter viuere.* apage mihi iſtud *viuere*, neq; membranis notum, & planè non Plancia-dis, ſed ineptiſſimi alicui⁹ nugonis emblema, qui IIX. deeſſe aliq̃d exiſtimaret, apage & *nè contingere.* Iterũ poſt duos admodũ verſus: *Neq;. n. quippiã ludicrũ quæritur, quo ludibundo pede metrica verborum commoda ſarciamus*; vetus codex Neuſtetterianus tresq; alij quorum mihi Louanij olim, & nuper Coloniæ Agrippinæ facta eſt copia:

pia: *quo ludibundo pede metrica verborum commenta ſarciamus.* quam ego lectionem vt germanam amplector. De Apolline: *Actæon ſplendens dicitur, quod tertiæ horæ momentis vehemens inſiſtat, lucidior fulgeat.* ſincerum eſt me iudice quod ijdem libri referunt vnanimiter: *quod tertiæ horæ momentis inſiſtens lucidior fulgeat.* IX. De Apolline.

Eodem capite, etſi illud malè vulgo in plura diuidatur: *His Typhum quoq; Apollinis adijciunt quod ſol & præterita nouerit, & præſentia cernat, et viſurus ſit futura.* quid de Typho ſomnient librarij neſcio; illud ſcio, hic & in antiqs libris legi, & vero etiam legi debere, quidquid delirent illi. Telchines: *Tripodam quoq; Apollini adijciunt quod ſol,* &c. X.

De Mercurio: *Virgam vero ſerpentibus nexam ob hoc adijciunt, quod mercatoribus det aliquando regnum vt ſceptrum, & vulnus vt ſerpentium.* aptius paullo membranæ niſi iudicans fallor: *quod mercatus det aliquando regnum, vt ſceptrum, & vulnus vt ſerpentes.* ſed ô frigidam hãc Fulgentij de caduceo Mercurio poëtarum carminib⁹ tributo rationem. tuam fidem Weiſſenbergere audiſtin vnquam aliquid magis præter rem? atqui talia in iſto Afro infinita reperias. in quo quod paullo poſt eſt. XI. De Mercurio.

Solet igitur alludere his ſpeciebus & honeſtè mendax Græcia, & poetica garrulitas ſemper de falſitate ornata phaleratior; vt & Danaë imbre aurato corrupta eſt, nõ pluuia ſed pecunia. Et raptũ Ganymedè aquila nõ verè volucris, ſed bellica præda. puto nõ paullo cõcinnius in libris antiquis eſſe: *Solet igitur al-* XII.

ludere in his ſpeciebus & honeſtè mendax Graecia; & poetica garrulitas ſemper de falſitate ornata. Danae corrupta eſt auri pretio, non auri inpluuio: non pluuia ſed pecunia. Ganymedes raptus eſt ab aquila non volucri, ſed bellica praeda: Vale.

EPIST. CXXVII.

Franc. Modius Iacobo Campio I. C. S. Bonnam.

QVod tam nihil ſcribas cl. v. toto ferè biennio, occupationibus tuis antea & profectionibus lubenter imputabam; nunc etiam temporibus, quibus ſanè tam ancipitibus iniquè imperioſus, aut certè moroſus & querulus videatur, qui ab amico litterarum officium exactius deſideret, magisq; humanum ſit, de ſilentij cauſſis dolore affici, quam de ſilentio conqueri, tantum ne quid de amore erga me tuo delibet interim taciturnitas tam longa. de me ipſo videro, vt is perpetuo ſim, quem eſſe tum voluiſti, cum innumeris me non tantum officijs, ſed etiam magnis, difficillimis meis temporibus beneficijs cumulaſti. Nunc autem, ſi quæris, eclogas in Seneca meas examinabam, fereq; hæc ad te mittenda reperiebam. Epiſtola XV. *Accedunt peſſimæ notæ mancipia in magiſterium recepta, homines inter oleum & vinum occupati, quibus ad votum dies eſt actus, ſi benè deſudauerunt, ſi in locum eius quod effluxit, multum potionis alterius*

I. Seneca filius emendatus Epiſt. XV.

alterius ieiuno gutture ingesserunt. Nihil hic Pincianus, aut ante Pincianum Erasmus: libri membranacei tamen, quibus ego vsus, referunt vno consensu: *si in locum eius quod effluxerit, multum potionis altius in ieiunum guttur regesserunt.* quod te, Campi eruditissime, arbitrari velim.

II. Epistola XVII. *Perpessi sunt excercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, & dictu fœdam tulerunt famem.* dico scribendum videri: *& dictu fœdis tulerunt famem.* Epist. XVII.

III. Eadem Epistola. *Hæc ad alios pertinent; tum locupletibus proprior es. Sacculum muta, nimis habes. Id est omni sacculo quod sat est.* In vno m. s. codice ista: *Id est omni sacculo quod sat est,* non comparebant; In duobus hoc modo legebantur. *Id est autem omnia sæcula quæ sata sat est.* vnde suspicabar glossemata hæc esse legendumq; eis omissis: *Hæc ad alios pertinent, tu locupletibus propior es. Sæculum muta, nimis habes.* redeamus, inquit, ad Fabriciorum & Curiorum tempora, inmodice diues eris.

IV. Epistola XVIII. *December est mensis, quo maximè ciuitas desudat. Ius luxuriæ publicæ datum est: ingenti apparatu sonant omnia, tanquam quiddam inter Saturnalia non interfit, & dies rerum agendarum. Adeo nihil interest, vt non videatur mihi errasse, qui dixit, olim mensem Decembrem fuisse nunc annum.* sine sententia oratio est. tētant igitur quidam corrigere mutato *non* in *nunc* leguntq; *tanquam quiddam inter Sa-* Epist. XIIX.

turnalia nunc interſit, at ego profiteor, cum illud *non* in tribus noſtris m. ſſ. codicibus non repetiatur, planè ſcribendum ex authoritate eorumdem: *December menſis eſt, quo cum maximè ciuitas deſudat. Ius luxuria publicè datum eſt: ingenti apparatu ſonant omnia, tamquam quiddam inter Saturnalia interſit, & dies rerum agendarum.*

V. Eadem Epiſt. *Tunc mihi crede Lucili, exultabis, dipondio ſatur, & intelliges ad ſaturitatem non opus eſſe fortuna: hoc enim quod neceſſitati ſat eſt, debet etiam irata.* ſcripti, quos vidi, conſentiunt emendandum: *& intelliges ad ſecuritatem non opus eſſe fortuna*, tota præcedens epiſtola verſata in eo eſt, vt Lucilio, quem à philoſophia abſtinebat res familiaris, quam ita ſe prius diſponere velle dicebat, vt poſſet ſufficere nihil agenti, ac ſic animo otioſo, & de rebus ad vitam neceſſarijs ſecuro ſtudijs daturum ſe promittebat; vt huic inquam Lucilio perſuaderet, poſſe

VI. iam tum eum de paupertate ſecurum hoc agere.
Epiſt. XXI. atq; hoc eſt quod iterum hic repetit. Epiſtola XXI. *Ingeniorum creſcit dignatio: nec ipſis tantum habetur, ſed quidquid illorum memoria adhæſit excipitur.* legendum ex membranis voce auctius:

VII. *nec ipſis tantum honor habetur, ſed*, &c. Epiſt.
Epiſt. XXII. XXII. *Non eſt vir fortis & ſtrennuus, qui laborem fugit, verum vbi creſcit illi animus ipſa rerum difficultate, dicentur tibi iſta*, &c. malè acceptus locus, & qui ita ex membranis corrigendus videtur: *Non eſt vir fortis, & ſtrennuus, qui laborem fugit,*

fugit, niſi creſcit illi animus ipſa difficultate. Dicentur, &c. Silius ita de Hannibale cecinit:

——*gaudetq́ niteſcere duris Virtutem.*

Eadem Epiſt. *Sic de ambitione, quomodo de amica queruntur: & ſi verum affectum eorum inſpicias, non oderunt, ſed litigant.* malo ſcriptam lectionem: *Sic de ambitione quomodo de amica queruntur; id eſt, ſi verum*, &c. Epiſt. XXIII. *Quid autem id erit, niſi vt te exhorter ad bonam mentem? Huius fundamentum quod ſit quæris? ne gaudeas vanis. Fundamentum hoc eſſe dixi, etiam culmen eſt.* venuſtius leguntur in membranis hæc poſtrema ita; *Fundamentum hoc eſſe dixi? culmen eſt.* Epiſt. XXIV. *Quoſdam ſubit eadem faciendi, viuendiq́ ſatietas.* emendandum: *eadem faci endi videndiq́ ſatietas.* ſequitur enim; *& vitæ non odium, ſed faſtidium.* Epiſt. XXV. *Tunc præcipuè in te ipſe ſecede, cum eſſe cogeris in turba, ſi bonus vir, ſi quiet⁹, ſi tẽperans vis eſſe: alioquin in turbam tibi à te recedendum eſt: iſtic enim malo viro propius es:* lego, ſcriboq; ex libris: *Tunc præcipuè in te ipſe ſecede, cum eſſe cogeris in turba, ſi bonus vir, ſi quietus, ſi temperans: alioqui in turbam tibi à te recedendum eſt; iſtic enim malo viro propius es.* illa *vis eſſe* à mala manu ſunt. Epiſt. XXVI. *Modo dicebam tibi, in conſpectu eſſe me ſenectutis: iam vereor ne ſenectutem poſt me reliquerim. Aliud iam his annis, huic corpori vocabulum conuenit.* melius addita de membranarum penu voce legetur; *Aliud iam his annis, certè huic corpori vocabulum conuenit.* Eadem Epiſt. *Quid egeris*

IIX.

IX. Epiſt. XXIII.

X. Epiſt. XXIV.

XI. Epiſt. XXV.

XII. Epiſt. XXVI.

XIII.

tunc apparebit, cum animam ages. Accipio conditionem humanam, non reformido iudicium. Hæc mecum loquor, ſed tecum quoque me locutum puta. iunior es. quid refert? non dinumerantur anni. membranæ omiſſa voce *humanam* ab aliquo ſciolo huc inculcata: *Accipio conditionem: non reformido iudicium. Hæc mecum loquor, ſed tecum quoque me locutum puta. iuuenior es. quid refert? non dinumerantur anni. iuuenior* dixit qua forma Calpurnius alijq; *diuitior.* Epiſtola xxvii. *Clauiſius Sabinus memoria noſtra fuit dives & patrimonium habebat liberum & ingenuum.* ſi *liberum & ingenuum* quomodo ſubiungit ſtatim: *Numquam vidi hominem indecentius beatum?* planè vera lectio veterum codicum, qui, *Caluiſium* non *Clauiſium* hunc vocant. *& patrimonium habebat libertini & ingenium.* inuidioſæ ſub Tiberio, & maxime Claudio erant libertinorum opes, vt ex omnibus omnium hiſtoricorum eius temporum ſcriptis conſtat, & tu Campi, optimè noſti. qui ingenium quoque Sabini libertinum veluti acerbè notari hic à Seneca vides, tamquam ſeruile quid & obtuſum ſapiens. Vale.

XIV. Epiſt. xxvii.

EPIST. CXXIIX.

Franc. Modius Adolpho Sheiffarto à Merade Bornhemij Domino S.

SCio me peccare largiter, generoſiſſime Scheiffarte, cum tanto tempore nihil ad te lit-

litterarum do; ſed inrerdum ſubit vereri vt tibi in fatali hac rerum conuerſione iucundum aut vacuum ſit noſtras de otioſis, & nihil ad præſentem ſtatum animo æquiore perferendum adiutamenti conferentibus litteris litteras legere. hoc non dubium animi me feciſſet, iſſent ad te iampridem volumina à me tota. quid enim malle debeo, quam cum illo per interpretes epiſtolas colloqui quam ſæpiſſimè, cuius mihi ſermonum amantiſſimorum recordatio etſi nunquam non iucundiſſima eſt, litterarumq; liberaliſſimè ſcriptarum exempla quotidiè in oculos animumq; incurrentia magno ſunt delectamento ſemper; tum tamen neſcio quomodo ſolidam mihi voluptatem pariunt, cum vel de te, quod non raro fit, aduerſus alios loquor, vel ad te ipſum ſcribo aliquid. hic tantummodo, quem dixi, ſcrupulus mihi eximatur, ſi eſt, vt quam frequentiſſimè ſcribere me velis ſin', tum vel has ipſas cum adiectis in Valerium notis concerpe. Lib. III. cap. VII. quod eſt de fiducia ſui: *Hac inquit* (L. Scipio) *Quirites, die, Carthaginem magna ſperantem, leges veſtras accipere iuſſi.* malim; *magna ſpirantem.* Propertius:

I. Val. Maximus notat lib. III. cap. VII.

Sic nobis, qui nunc magnũ ſpiramus amantes,
Forſitan includet craſtina fata dies.

ſic enim & ibi quoq; malo legere, quam vt alij: *qui nunc magnum ſperamus.* Statim poſt allegata ex Valerio modo verba: *Reſtabat vt tribunus apud populum ſine populo ageret, de-*

II.

purnium occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinquagies sestertiûm ab illo, ab hoc sexagies pactus, dimisit. Atqui ne dubites, si alterum tantum daretur, iugulum quoq; suum aquo animo illis fuisse prabiturum. ita ex Atrebatensi m. s. codice hæc constituit Pighius; cum legeretur antea; *At quis dubitet, si alterum,* &c. cum nota aspirationis in fine; quam retinens ego, lego ex Bambergensibus membranis, quæ referunt. *At hunc dubites,* mutato leuiter *At* in *An. An hunc dubites, si alterum tantum daretur, iugulum quoq; suum aquo animo illis fuisse prabiturum?* Eisdem lib. & cap. *Odium merita est Septimulcij auaritia. Ptolomæi autem regis Cypriorum, risu prosequenda: Nam cum anxijs sordibus magnas opes corripuisset; propterq; eas periturum se videret,* &c. scribo ex vestigijs lectionis scriptæ *cum anxijs sordibus magnas opes corruisset.*

EPIST. CXXIX.

Franc. Modius Gabrieli Rolandio S. Antuerpiam.

VIdetur hoc habere suum, & quasi fatale nostra Belgica, vt homines in hoc officij genere alibi diligentissimos, reddat in rescribendo segniores. sic ego me memini olim, & nunc adeò nuper, cum istic essem, vix à me potuisse impetrare, vt pluribus amicorum ad me Epistolis, breui aliquo scripto obiter responderem. quo nomine etiam non rarò eorundem amicorum, & familiarium litteris vapulare soleo. nolim tamen

men te, mi Rolandi, ad hoc exemplum meum in reſpõdendo fieri tardiorem. neq; ſanè ſi maximè fieri velis, licere id tibi arbitror. cum enim viciſſitudine litterarum hactenus ſatisfeceris omnibus, eaq; tua aſſiduitate magnam & gratiam inieris, & laudem merueris; non potes ſine magno flagitio repentè demutare, & tui diſſimilis euadere. quod ego adeo iam ad te, ne ſis neſcius, quia complures iam abiere dierum hebdomadę, aut ſi deſiderio meo ſignentur tempora anni potius. cum nihil à te litterarum ad me allatum eſt. id quam præter ſpem meam, & promiſſa tua, alterum ſcis, alterum non difficulter conijcere potes. cui rei vt medeare, & ad officium redeas, ſi fortè peregrinatus eſt animus tuus aliquamdiu, etiam atq; etiam te oro; mittoq; quædam ad te, quæ hodiè ex Ciceronis oratione pro lege Manilia notaui: eius hæc verba ſunt: *Quid? idem ipſe Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum vſq; in Hiſpaniam miſit? eumq; Pompeius legatum ſemper iudicauit, ij quibus ſemper erat noleſtum ad eum potiſſimum eſſe miſſum, ſpeculatorem quam legatum iudicari maluerunt.* habebant m. ſſ. *Quid? idem iſte Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum vſq; in Hiſpaniam miſit eum, quem Pompeius ſemper legatum iudicauit, hi, quibus erat moleſtum ad eum potiſſimum eſſe miſſum, ſpeculatorem quam legatum iudicari maluerunt.* nec diſplicet. Mox: *Dubitabitis Quirites, quin hoc tantum boni, quod à dijs immortalib⁹ oblatũ & datum eſt.* haud dubiũ quin

I. Cicero pro L. Manilia notatus.

II.

legi debeat: *quod vobis à dijs immortalibus oblatum & datum est.* quo pacto etiam conijcit scri-
III. bendum Lambinus qui etiam post vbi est: *Nam tu idem Q. Hortensi multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi, & in senatu contra virum fortem A. Gabinium grauiter, ornatèq; dixisti; cum is de vno Imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset, & ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti.* hic, inquam, idem Lambinus putat legendum: *Et ex hoc ipso loco permulta contra legem verba fecisti.* sed verius est in his membranas nostras, quam aliorum coniecturas sequi, quæ habent: *Et ex hoc ipso loco permulta item contra eam legem verba fe-*
IV. *cisti.* Dicit porro Cicero: *An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latinienſis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causſa nomino, cum Tr. pl. fuissent, anno proximo legati esse potuerunt: in hoc vno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc Imperatore atque exercitu, quem per se ipse constituit, etiam præcipuo iure esse deberet? De quo legando spero Consules ad senatum relaturos: qui si dubitabunt, aut grauabuntur, ego me profiteor relaturum: neq; me impediet Quirites, inimicum edictum, quo minus fretus vobis, vestrũ ius beneficiumq; defendam.* quem totum locum ita in membranis exstare profiteor: *An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latienſis, Cn. Lentulus quos omneis honoris causſa nomino, cum Tr. pl. fuissent anno proximo legati esse potuerunt: in vno Gabinio sunt tam diligentes,*

qui

qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc Imperatore atq; exercitu, quem per vos ipse constituit etiam præcipuo iure esse deberet? De quo legando spero Consules ad Senatũ relaturos: qui si dubitabunt, aut grauabũtur, ego me profiteor relaturum: neq; me impediet cuiusquam iniquitas, quo minus fretus vobis, vestrum ius beneficiumq; defendã. apposui vulgatorum & m. s. librorum lectionem, nunc vtrumq; examinemus. in m. s. non est ibi: *in hoc vno Gabinio* illud *hoc*, & ne sit sanè; potest enim abesse. scribit idem; *Cælius Latiensis* non; *Cælius Latinienſis* testis & Vrsinus cognomen hoc variè legi; aitq; quosdam veteres libros habere Laterienſis, vnde conijcit legendum, *Laterenſis* quod ait Iuuentiæ quoque familiæ esse cognomen, & sit sanè ita. est in eodem m. s. *in hoc Imperatore atque exercitu, quem per vos ipse constituit* non. *quem per se ipse constituit.* rectè. & ita arbitror Ciceronem, qui populo placere voluit, scripsisse. alioqui illud *per se* inuidiosum Gabinio fuisset; cum contra etiam fauorem & gratiã conciliare ei potuerit Orator dicendo, consilio quidem eius, sed populi auctoritate exercitum hunc fuisse constitutum; adeo vt qui illi hoc nomine iniquiores essent, non tam eius legem, quam populi potestatem labefactare, & in quæstionem vocare viderentur. atque hoc, id, quod huic loco subiungam, & mox sequitur, magis etiam confirmabit. refert adhuc hic m. s. *neque me impediet cuiusquam iniquitas.* nõ vt vulgo est: *neq; me impediet Quirites inimicum edictum.* de quo vt non

valdè diſputo, ita ſcriptam lectionē optimè poſſe intellegi dico de ijs, qui cum tribunos, de quibus hic dixit Cicero, anno proximo à tribunatu legatos eſſe paſſi ſint, Gabinio ſoli tam impotenter id
V. negent, ſed iam ad locum, quo dixi in hoc proximo poſteriore quædam confirmari: *Mea quidem* (ait Cicero) *ſententia Quirites vnus A. Gabinius belli maritimi, rerumq; geſtarum auctor, comes Cn. Pompeio adſcribitur propterea, quod alter vni id bellum ſuſcipiendum veſtris ſuffragijs detulit: alter delatum ſuſceptumq; confecit.* vbi Lambinus: *à codice*, inquit, *m. ſ. vox vtraq; quæ eſt in vulgatis, auctor, comes, aberat: Sed Memmius & Auratus cenſent vocem alteram tantum, auctor, eſſe delendam: alteram retinendam.* optimè quidem doctiſſimi illi viri, ſed melius tamen vt arbitror, membranæ noſtræ: *Mea quidem ſententia Quirites vnus Gabinius belli maritimi, rerumq; geſtarum Cn. Pompeio ſocius adſcribitur, propterea, quod alter vni illud bellum ſuſcipiendum veſtris ſuffragijs detulit: alter delatum ſuſceptumq; confecit.* atque ita ſupra dixerat nimirum Cicero Gabinium per populum exercitum Pompei conſtituiſſe, vt hic ait eum eiuſdem populi ſuffragijs bellum hoc vni Pompeio ſuſcipiendum detuliſſe.

Vale.

EPIST.

EPIST. CXXX.

Franc. Modius Andreæ Schotto Salmanticam S.

SEnecæ te nouam editionẽ adornare, Schotte amiciſſime, magna cum voluptate legi. cupioq; eam rem tibi æterno honori eſſe. eritq; profecto, ſi qua Victorem, qua Melam fide, & diligentia nuper, Philoſophorum extra controuerſiam principem recognitum nunc nobis dederis. Et ſuppeditabit opinor non exiguum tibi ad hanc rem adiumentum Hiſpania, in qua nunc es: in cuiusq; bibliothecis abditis non dubito quin plurimus & præcipuus grauiſſimus hic ſcriptor; in quo nos hæc nuper notabamus, quæ vide an te iuuare in hoc inſtituto poſſint. Epiſt. IV. *Alius ſe præcipitauit à tecto ne dominum ſtomachantẽ diutius audiret.* melius aberit præpoſitio, nec eſt in membranis Dominicanorũ Herbipolenſium. ſic dixit Horatius: *Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis ad mortẽ cæſus,* &c. ſed nihili hoc. Epiſt. v. *Hoc primum Philoſophia promittit, ſenſum cõmunem, & congregationẽ, à qua profeſſionis diſſimilitudo ſeparabit.* puto legendum inſpectis laudatis modo membranis, & altero veteri ſcripto codice S. Stephani: *Hoc primũ philoſophia promittit, ſenſum communem & congregationem, à qua profeſſione diſſimilitudo nos ſeparabit.* vt ſit ſenſus. Ne profeſſione ab alijs diuerſi ſimus, ſed vita: cumq; eadẽ quæ alij profeſſi erimus, eodẽq; numero cẽſi, ſolis moribꝰ diſtinguamur; ꝙ eſt verè philoſophicũ, cũ nebulones & ſcurræ cõtra ſecta-

I. Seneca notatꝰ Epiſt. IV.

II. Epiſt. V.

rum oſtentatione tumidi, barbaque, pallio, & ſquallore quodam philoſophum mentientes, vitam etiam communi flagitioſiorem ducerẽt. ſic Curtius meus Cobarem neſcio quẽ magicæ artis profeſſione magis quam ſcientia celebrem memorat. videatur præterea Epiſtola XIV. & conſtabit opinor veram eſſe lectionẽ, quam à magno illo Eraſmo parum intellectã, & hac cauſſa malo exemplo ita vt nunc circumfertur contra libros interpolatam, ex eiſdẽ libris repoſui. nunc ad

III. Epiſtola IX. Epiſt. IX. *Sapiens etiam ſi contentus eſt ſe, tamẽ habere amicum vult: ſi ob nihil aliud vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat, nõ ob hoc quod Epicurus dicebat* &c. membranę omnes omiſſo vtroque loco τῷ *ob: ſi nihil aliud* &, *non hoc quod Epicurus dicebat.* & probabis, ſat ſcio, Schotte.

IV. Eadem Epiſt. *Qui amicus eſſe cœpit, quia expedit, placebit ei aliquod pretium contra amicitiam, ſi vllum in illa placet pretium præter ipſam.* hic quoq; malo cum veteribus libris; *placebit ei aliquod precium contra amicitiam, ſi vllum in ipſa placet præter ipſam.* ſimile quid notaui ad cap. XII. lib. IV.

V. de beneficijs. Adhuc eadem epiſt. IX. *Si cui*, inquit, *ſua bona non videntur ampliſſima, licet totius mundi dominus ſit, tamen miſer eſt.* apage mihi illud *bona*. in membranis ſanè, quas ego inſpexi, nullum comparet. Epiſt. XI. *Eligitaq; (a-*

VI. Epiſtola XI. *tonem: ſi hic videtur tibi nimis rigidus, elige remiſſioris animi virũ Lælium; elige eum cuius tibi placuit & vita, & oratio, & ipſius animum ante te ferens & vultus, illum ſemper tibi oſtende, vel cuſtodem,*

dem, vel exemplum. qui poteſt quis animum alterius ante ſe ferre? plane ſcribo legoque: *& ipſius ante ſe ferens animum vultus.* turbauit bonos viros inſolens illud *ipſius* antiquè pro ipſe poſitum, vt etiam pueri, qui modo Terentium vel à limine viderint, ſciunt. Epiſt. XII. *Ideo Heraclitus cui cognomen Scotino non fecit orationis obſcuritas.* illud *Scotinon* cum in membranis non ſit, vt gloſſa litteratoris alicuius omitti non incõmodè poſſe videtur. VII. Epiſt. XII.

Eadem Epiſt. *nihil enim habet longiſſimi temporis ſpatium, quod non in vno die inuenias, lucem & noctem, & alternas mundi vices.* ſcripti codices tres: *quod non & in vno die inuenias, lucem & noctem, & inalternas mũdi vices.* placet. IIX. IX.

Eadẽ adhuc Epiſt. *Pacuuius qui Syriam vſu ſuam fecit, cũ vino & illis funereis epulis ſe ſepeliſſet.* mẽbranæ; *illis funeribus epulis* ſcripſiſſe nimirũ Senecam; *illis funebribus epulis.* Et ſtatim: *& in ſomnum ituri* non vt vulgo malè eſt; *in ſummum ituri.* X.

ſuperius illud monuit & Pincianus qui tamen illa verba *ſe ſepeliſſet* quod in libris quibuſdã ea non inueniſſet, non rectè omitti poſſe cenſere viſus eſt. omnino enim ad elegãtiſſimam huius loci allegoriam neceſſaria ſunt. Epiſt. XIII. XI.

Multum tibi eſſe animi ſcio, nam etiam antequã inſtruerem te præceptis ſalutaribus &c. membranæ plæræque: *antequam inſtrueres te.* quod valebit antequam philoſophiæ te dedidiſti, & propemodum mihi magis placet. Mox: *Ille qui fudit ſanguinem ſuum, cuius dentes crepuerunt ſub pugno.* &c. pugnant libri ſcripti vt reponatur: *Ille* XII.

qui vidit sanguinem suum, & constat sanè quosdam magis viso sanguine suo consternari, quam
XIII. ipsis vulneribus. Eadem adhuc epistola: *Pudet me sic tecum loqui, & tam leuibus te remedijs refocillare. alius dicat, fortasse hoc non veniet: tu dic, quid porro si veniet? videbimus vtrum veniet*, &c. membranę: *Pudet me sic tecum loqui & tam lenibus te remedijs fotillare. Alius dicat, fortasse non veniet: tu dic. Quid porro si veniet? videbimus vter vincat.* quam lectionem ex parte Pinciani quoque codices Hispanienses confirmant.

XIV. Epistola XIV. *Interdum populus est, quem timere*
Epist. XIV. *debeamus: interdum, si ea ciuitatis disciplina est, vt plurima per senatum transiguntur, gratiosi timeantur in eo viri.* lectio vitij manifesta, atq; hoc modo restituenda pristino: *Interdum populus est, quem timeamus; interdum, si ea ciuitatis disciplina est, vt plurima per senatum transigantur,*
XV. *gratiosi in eo viri.* Eadem Epist. *Pars enim securitatis & in hoc est, non ex professo eam petere. Non est nostræ professionis vulgi fauores appetere: quia quæ quis fugit, damnat. Circumspiciendum nobis est ergo, quomodo à vulgo tuti esse possimus. Primum nihil inde concupiscamus, vnde rixa est inter competitores*, &c. hic ego primum moneo ista; *Non est nostræ professionis vulgi fauores appetere.* non à Seneca sed à monacho aliquo esse qui hoc emblemate oram libri sui ornârit, quod postea in contextum ab imperitis translatum sit: deinde totum locum sic lego, constituoq;: *Pars enim securitatis & in hoc est, non ex professo eam petere;*

quia

quia quæ quis fugit, damnat. Circumſpiciendum nobis eſt ergo, quomodo à vulgo tuti eſſe poſſimus. Primum nihil idem concupiſcamus: rixa eſt inter competitores. Adhuc eadem Epiſt. *Difficile enim temperamentum eſt, verendumq; ne in contemtum nos inuidia & timor transferant: nedum calcari nolumus, videamur poſſe calcari.* manifeſta res eſt ſcribi debere; *ne dum calcare nolumus, videamur poſſe calcari.* Statim: *hæ literæ non tantum apud bonos, ſed apud mediocriter malos, inſularum loco ſunt.* quæ tandem illæ inſulæ, de quibus hic Seneca? credo in quibus tutum philoſophis exilium ſit. plane emendandum, *infularum loco ſunt.* hoc eſt venerationem & auctoritatem nobis addunt. Virg. *nec Apollinis infula texit.* ſed ſatis iam hæc leuia perſecuti ſumus. reliquaq; vt ſpero tibi, Schotte amiciſſime, curæ erunt, & vt ſint, te hic admonitum volo, & valere opto. Wirzeburgi ex a. d. IV. Kalend. Maias CIↃ. IↃ. LXXXIII. XVI. XVII.

EPIST. CXXXI.

Franc. Modius Iano Gulielmio ſuo S. Coloniam Agrippinam.

SIt ſanè ita, Gulielmi; magnus in his ſtudijs vir fuerit D. Lambinus, ideo licere quiduis homini in optimum & doctiſſimum quemq; putabim⁹? Victoriũ, Langiũ, alios vt ſemidoctos, & ſi dis placet, barbaros, ac Latinę linguę ignaros, paſſim traducit. cũ tamẽ hi ſint illi, à q̃bus tantũ in Ciceronis recognitione adiutũ fuiſſe cõſtat quã-

tum haud scio an ab vllis omnino alijs; sed quid de istis queror; quorum Italum alterum, alterū Belgam ipse Gallus suo quodammodo iure, vt alienigenas contemnere potuit, cum etiam non pepercerit suis? de quibus, vt Muretum, & infinitos alios mittam; an non ausus est Turnebum, illum, inquam, Turnebum, quo doctiorem Gallia non vidit, plagij accusare? sed benè quod nemo credit. non magis quam cum dissimulare studet nostrorum hominum & iam non de Langio, sed alijs quamplurimis loquor, in Ciceronem laboribus meritisq; quidquam deberi, quorū quantum ille ipse Lambinus cum iudicio, tum libris, diligentiaque in hoc scriptore adiutus fuerit, qui videre volet, is postremam eius editionem cum prioribus contēdere nè grauetur. Cætera vt spero tibi curæ erunt. dico in quibus plusculum sibi etiam contra libros omnes idem Lambinus licere voluit. est tibi certè facultas cernendæ huius tantæ, quantam ex alio scriptorum frustra speres gloriæ; ad quam vt accedat etiam voluntas, præter eam quā dixi laudē mouere te debet doctissimorum hominum per Belgicam & Germaniam exspectatio; quos omnes hac spe impleui, futurum breui, vt per te hunc auctorem omniū optimum, & ad vsum vitæ maximè necessarium, quā emendatissimum habeamus. ego promisi. tu vide, ne amicum vanitatis accusari patiare; & considera, an in hoc instituto, hæc te fortasse iuuare possint. Oratione, pro Deiotaro: *Multa se arbitratur & peperisse antea facta, & habere in animo*

I. Cicero pro Deiotaro notatus.

animo atque virtute, quæ nullo modo possit amittere. aio scribendum cõiunctim; *Multa se arbitratur & peperisse antefactis* &c. sexcenta hoc exemplo in Cicerone & ex scriptorum incuria, & correctorum audacia, siue temeritas est, corrupta sunt. *antefactis* certe habent hic vno consensu tres m.ss. codices, quorum duo sunt Metropolitanæ Ecclesiæ Colonienſis, tertius viri doctissimi mihique amicissimi, Suffridi Petri I. C. & sic locutus Liuius lib. 7. belli Macedonici cum ait: *Vos modo id decere & conueniens esse antefactis dicent.* Præcessit eadem oratione: *Blesamius inquit (eius enim nomine optimi hominis nec tibi ignoti maledicebat tibi) ad regem, inquit, scribere solebat, te in inuidia esse, Tyrannum existimari* &c. lego: *Blesamius, inquit (eius nomine, optimi viri nec tibi ignoti, maledicebat tibi) ad regem scribere solebat, te in inuidia esse, Tyrannum existimari* &c. ita, inquam, lego, quomodo etiã dicti tres m.ss. constanter referunt; nisi quod in duobus est *inuidia esse* pro, *in inuidia esse.* Eadẽ varietate, qua in Epistolis quoque ad Atticum lib. 2. modò est: *Non enim poterimus vllo modo esse in inuidia spoliati opibus.* modò: *Non enim poterimus vllo modo esse inuidia spoliati opibus.* scilicet facilè fuit labi ex scriptoribus propter eiusdem syllabæ iterationẽ. Porro quod hic dicit Cicero *in inuidia esse*, & Sallustius Iugurthino: *in inuidia rem esse*, Tacitus, Ouidius, alij, *inuidiæ esse* dixerunt. Oratione pro M. Marcello hæc leguntur: *Intellectũ est enim mihi quidem in multis, & maximè in me ipso, sed*

II.

III. Idem pro M. Marcello.

ante in omnibus cum M. Marcellum ſenatui populoq; Rom. & reipub. conceſſiſti, commemoratis, &c. vbi omiſſis illis; *Populoq; Rom.* (quæ nata ſunt ex notis *R.P.* quæ cum Rempub. denotent, præpoſterè ita ſcriptæ, *P. R.* populum Romanum ſignificant, ſcribatur: *Cum M. Marcellum ſenatui reiq; pub. conceſſiſti.* ſequitur enim ſtatim: *te auctoritatem huius ordinis* (ſenatorij. ſ.) *dignitatemq; reip. tuis vel doloribus, vel ſuſpicionibus anteferre.* nulla mētione tertij membri, quod erat; *Populoq; Rom.* quodq; plane omittendum, conuincunt ſatis hæc ex orat. pro Q. Ligario: *Facitur quod de homine nobiliſſimo & clariſſimo feciſti nuper in curia; nunc idem in foro, de optimis & huic omni frequentia probatiſſimis fratribus.* Legitur mox: *Nulla eſt enim tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangiq; poſſit.* rurſum hic quid ſibi velint iſta, *tanta copia,* planè nō video, & ſunt omnino (neq; enim in tribus m. ſſ. reperiri poſſunt) à mala manu. vel quod præceſſit; *omni copiarum genere abundantes,* vel quod in memoria haberet, qui ea huc inferſit, alibi Ciceronem de eloquentia agentem iſta coniungere. Scribo etiam ſtatim cum membranis: *Itaq; C. Cæſar bellicæ tuæ laudes celebrabūtur illæ quidem non ſolum noſtris, ſed penè omnium gentium linguis, atq; litteris; neq; vlla vſquam ætas de tuis laudibus conticeſcet.* non, cum vulgo: *Itaq; C. Cæſar bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem non ſolum noſtris, ſed penè omnium gentium litteris atq; linguis; neq; vlla vnquam ætas de tuis laudibus conticeſcet* quod hic ordo incōcinnior ſit, ſentētia etiā cōtra

IIII.

V.

men-

mentē Ciceronis; qui vt initio posuit, nō Romæ tātū, sed vbiq; terrarū Cæsarē semp celebratū iri; significare vult. & habent sanè Colonienses mēbranæ *vsquā* non *vnquā*. Post multa: *parietes medius fidius, C. Cæsar, vt mihi videtur huius curiæ tibi gratias agere gestiunt:* emēdandum ex membranis Colonien sibus. *vt mihi videntur.* monuit & Lambin⁹, ita sibi legendum videri; sed de cōiectura an ex libris ita scribendū existimet, id vero nō addit, quare lubuit hic, ne qs ei dubitet credere, ei⁹ siue inuētū, siue iudiciū, veterū codicū auctoritate confirmare. Iterū post multa est: *Arma ab alijs posita, ab alijs erepta sunt. ingrat⁹ est iniust⁹ q3 ciuis, qui armorum periculo liberatus, animū tamē retinet armatū, vt etiā ille sit melior, qui in acie cecidit, quam qui in caussa animā profudit.* hunc locum doctissim⁹ Victorius q̄ intricatū videret, adiuuandū censuit, addita negatione, reponēs: *quā qui in caussa animū non profudit.* quod factū contra librorum auctoritatem, aliter tulit Lambinus quam illum decuit, qui sexcenties inuitis & repugnantib⁹ libris omnino omnib. ita aut ita legēdū pnunciat: explicatq; hunc locū nō malè q̄dē ille, sed ita, vt maneat suma in verbis Ciceronis difficultas, imo vt, q̄ ipse ait, vix ex ijs erui possit, cui rei vt fiat medicina, sic hūc locū ex trib. m. ff. vetustissimis codicib. scribēdū cēseā: *Arma ab alijs posita, ab alijs erepta sunt; ingratus est iniustuq3 ciuis, qui armorū periculo liberatus animūtamē retinet armatū: vt iā ille sit melior, qui in acie cecidit, qui in caussa animā profudit.* vides ne quā sint omnia clara hoc modo, q̄ nihil habeāt difficultatis? VI. VII.

ſed iam manum de tabula, te enim magiſtrũ adeſſe video, ac ſaluere iubeo.

EPIST. CXXXII.

Franc. Modius Ioanni Poſthio Archiatro Wirzeburgico S.

ASſiduè & diligẽter ſum in cõferendis manu exaratis, quorũ mihi tantum eſt copia, ad cuſos, & typis deſcriptos codices: variantesq; omnes lectiones, quæ quidem tales ſint, vt hoc labore non indignæ videantur, cum cura excerptas in Nouantiquas meas conijcio, quas iam eo perduxi, vt iuſtum volumen facturæ videantur. hodierna in hoc genere iſta ſunt, quę apud Senecam nactus ſum; non cothurnatum illũ tragœdum quidem, ſed hunc togatum philoſophum. cuius ipſius exemplo in aliena quoque interdum caſtra non tanquam transfuga, ſed tanquam exI. plorator tranſire ſoleo. Epiſtola LVI. *Sed non multum ad tranquillitatem locus confert: animus eſt qui commendat.* paullo plenius membranæ abatiæ S. Stephani: *animus eſt, qui ſibi omnia commendet.* Epiſt. LIX. *Hoc nolo mihi credas, ſed fi-*II. *deli Virgilio.* vt ita Seneca ſcripſerit? parum etiam illum nouit, cui id perſuaderi poterit. omnino emendandum: *ſed fidem Virgilio*; volo puta te adIII. hibere. Eadẽ Epiſt. *Si recentiorem quæris, Fabianum diſertum, & eloquentem orationis etiam ad noſtrum faſtidium nitidæ:* aliàs; *& elegantẽ.* ſed ego Senecam ſcripſiſſe puto, vt habẽt membranæ; *Fabianum diſertum & orationis ad noſtrum faſti-*

Seneca notatus Epiſt. LVI.

Epiſt. LIX.

faſtidium nitidæ. Iterum Eadem Epiſt. *Cetera genera quidem ſunt, ſed ſpecialia, tamquam homo genus eſt, habet enim in ſe nationum ſpecies, Græcos, Romanos, Parthos; colorũ, albos, nigros, flauos: habet ſingulos, Catonem, Ciceronem, Lucretium. Itaque quia multa continet, in genus cadit; quia ſub alio eſt, in ſpeciem.* repono. *Ita qua multa continet, in genus cadit; qua ſub alio eſt, in ſpeciem.* ſic enim & epiſt. xci. rectè emẽdauit Pincianus: *ſicut multa ſapientes faciunt qua homines ſunt, non qua ſapientes.* & rurſum: *curſu omnes anteibit, qua velox eſt, nõ qua ſapiens.* quibus locis omnibus malè antea *quia* obtinebat. ſed redeo ad epiſt. LIX. in qua quod eſt: *hoc ſic diuidam, vt dicam corpora omnia aut animata eſſe, aut inanimata*; atq; iterũm: *Corpus quomodo diuido? vt dicam, aut animantia ſunt aut inanimata.* legunt membranæ priore loco: *corpora omnia aut animalia eſſe, aut inanimalia*: poſteriore: *aut animãtia ſunt, aut inanimantia.* quod vtrobique mihi quidem nõ diſplicet. vt enim hic fortunæ Græciæ nõ agantur, ſatius tamẽ opinor Senecam ſuis verbis loquentem audire, quam alienis. Non diſcedo adhuc ab epiſt. LIX. in qua ſequitur ſatis longo interuallo: *Hoc ego mi Lucili, ſoleo facere, ex omni vacatione (etiamſi à philoſophia longiſſimè auerſa eſt) eruere aliquid conor, & vtile efficere. vacatio* hoc loco poſitum pro vitæ genere valdè mihi ſuſpectum eſt, oletque barbariem; cenſeamque cum membranis noſtris ſcribendũ: *ex omni natione, etiamſi à philoſophia longiſſimè auerſa eſt, eruere aliquid*

IV.

V.

VI.

VII.

conor, quod valet ex omni secta, & genere hominum. sic enim & Satyrographus:

Natio comœda est; rides? maiore cachinno
Concutitur, &c.

VIII. Epist. LX. *Alexander cum iam in India vagaretur, & gentes ne finitimis quidem satis notas bello vastaret, in obsidione cuiusdam vrbis dum circuit muros, & dum imbecillissima mœnium quærit, sagitta ictus, diu perstitit in re, & incœpta agere perseuerauit.* libri scripti: *dum circuit muros, & imbecillissima mœnium quærit, sagitta ictus diu persedit, & incœpta agere perseuerauit.* haud dubiè melius. *diu persedit* in equo scilicet, quē accepto vulnere admoueri sibi iussit. Curtius Rufus me' libro VIII. *Hæc munimenta contemplantem Alexandrum, consilijq; incertum (quia nec cauerna nisi aggere poterat implere, nec tormenta aliter muris admouere) quidā è muro sagitta percussit. Cum forte in suram incidit telum, cuius spiculo euulso admouere equum iussit, quo vectus ne obligato quidem vulnere haud segnius destinata exsequebatur. Ceterū cum crus saucium penderet, & cruore siccato frigescens vulnus aggrauaret dolorem, dixisse fertur, se quidem Iouis filium dici, sed corporis ægri vitia sentire. Non tamē ante se recepit in castra quā cuncta perspexit, & quæ fieri vellet, edixit.* vrbs porro hæc Mazagarum metropolis fuit, de qua vide præterea Arrianum: ego facio reuersionē ad Senecā. in quo paullo ante quod erat

IX. *Inuenio tamen translationes verborū, vt non temerarias, ita non indecoras, ita quæ periculū sui fece-*

rint

vint. referunt membranæ altero omisso; *vt non temerarias, ita quæ periculum sui fecerint* & profecto aut ita legendū, aut hoc modo quo iam dicā; *vt non temerarias, vt non indecoras, ita quæ*, &c.

X.

Epist. LXII. *Hoc animo tibi hāc epistolā scribo, tā quū maximè scribētē mors euocatura sit*: elegātior & solentior Senecæ, lectio scripta: *tamquā me cū maximè scribētē mors euocatura sit.*

Epist. LXII.

XI.

Epist. LXIV. *Illa* (fortuna puta) *vnū abstulit, nos quēquam non fecimus*: scripti oēs quos vidi: *nos quēcūq; non fecimus*. quod magis sententiā philosophi explicat; quæ est; fato nobis erepto aliquo amico; vno q-dē eius culpa nos priuati, at nostrapte omnib⁹ ijs carere, quib. nos nō insinuauimus.

Epist. LXIV.

XII.

Epist. LXVI. *Quæ Deo faciēdi mundū causſa fuit? bonus est, bona fecit, bono nulla cuiusquam boni inuidia est*. ita, *bona fecit* inducere nos iubēt membranę S. Stephani, & alteræ Prædicatorum Herbipolensium; & sequitur sanè inmediatè; *fecit itaq; quā optimū potuit*.

Epist. LXVI.

XIII.

Epist. LXVII. *Animus intuens vera, peritus fugiendorū ac petendorū, non ex opinione sed ex natura pretia reb⁹ imponēs, toti se inferens mundo*, &c. scribendū vt liqdo liquet, & libri clamant: *toti se inserens mundo*.

Epist. LXVII.

XIV.

Ead. Epist. *Talis animi virt⁹ est, hæc eius facies, si sub vnū veniat adspectū & semel tota se ostēdat*. cōsentiūt membranę oēs in; *Talis anim⁹ virtus est, hæc*, &c. & profecto aut meū me iudiciū decipit, aut ita plane legēdū: animus, inqt, isperis blandisq; pariter inuictus, supra omnia quę cōtingunt, acciduntq; eminens inperturbatus, intrepidus, quē nulla vis frangat, quē nec attollat fortūa, nec deprimat; hic ille talis anim⁹ est decā-

tata illa virtus, quæ oculis subijci alioqui nequit, in quo valere te amicissime Posthi, opto. Wirzeburgo prid. Kl. viibres CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EPIST. CXXXIII.

Franc. Modius Petro Albino Historico Electoris VII *viri Saxonici* &c. S.

COmmodum incidit vt mihi Wirzeburgi ab amicissimo vtriq; nostrum Io. Posthio de thermis Carolinis nostris epigramma tuũ redderetur, clarissime vir, quo tẽpore Nouantiquis meis Francofurti supremã manum à Wechelianis impositum iri, de ipsorũ ad me litteris conijciebam. libuit igitur, præsertim cum tu, qua es humanitate, tam cupidè amicitiam nostram eodem Posthio interprete vltro appetieris, coronidis vice hæc hic tibi, & per te alijs significare, ne aut eius nomẽ, quem mei & bonorum omnium bonarumq; litterarum studiosissimum esse perspexi, in libello hoc non extaret, aut tu pariter quiq; hæc præterea in manus sumere dignabuntur ignoretis quidquam eorum, quæ ad consilij mei in his Nouantiquis vulgo vulgandis rationem quoquo modo pertinere videbũtur. Quod cum iuratus dixerim subinde in eo tantum versari, vt publico pro parte mea prosim ipse quoque; scire licet me quia alij his duobus tribus annis, quibus lectiones has operis succisiuis collegi, nonnulla ex ijs occuparunt non emendare, cum ego eodẽ fere quo illi tempore ex libris manu exaratis ijsdem eadem ad oras cusorum meorum

tum codicum correxerim, sed emendatè descripta in dias luminis oras, vt aitille, emittere: omnia ea qualia qualia lubenter omissurum fuisse, ne actum hic agere voluisse me quis cēseat; nisi tardius de talibus ipsorum scriptis, & Nouantiquis meis ex bona parte iam cusis inaudissem; & neq; dum eadem vel inspiciēda obiter nanciscipotuissem. Quare mirari non debebit, multo minùs ægrè ferre, qui nuper, vt audio, nihil enim hîc nisi de relatu quorumdam habeo, in Gallia Censorinum de die Natali emendatiorem publicauit; aliquot me Epistolas ex eodē huic libro intexuisse; cum ipse culpandus sit potius, si quid hic titubatum est; si quid; qui procrastinando semper, & editionem illam de anno in annum differendo, verenti ne aut planè eius rei cōsilium abiecisset, aut vt aliàs eclogas in Censorinum suas casu aliquo amisisset, necessitatē quodammodo imposuit, nisi reip. litterariæ, cui vnicè studere vbique profiteor, hic ipse quoq; defuisse videri vellē, hoc quod factū omitti fortasse rectè alioqui potuerit, faciendi. In alijs omnibus nihil excuso, aut recuso; quin vt quidque prius quis a se animaduersum clamabit, sibi suā & ingenij & genij sartam rectam laudē habeat: mihi de cetero eam relinquat, quę est industrię propria, & in tædiosissima librorum scriptorum ad cusos comparatione occupatur. Nam quod iam nunc pauca quædam in Silio quoq; notata sunt ab alijs, quæ hic repetuntur, an mouere me debuerit vt de huius operis vniuersitate quidquam inmutarē, pauciras ipsa

locorum talium comparatione infinitorum plane, quæ a nobis perpurgantur, argumẽto esse poterit. Fit igitur reliquũ vt in alijs scriptoribus hic a me animaduersa, & ab ijs qui ante me in huiusce modi scriptionis genere versati sunt monita prius; tantum quæ legendo & criticos eorum libros obiter pro copia percurrendo deprehendere visus sum post illa, quam in mea hæc iam eadẽ retuliſſem; Relinquitur ergo, inquam, vt ea talia hic ipse prodam, ne cuius scrinia compilatum, aut laudes in me translatũ ire voluisse censear. Quod dum facio, Albine eruditissime, noli exspectare, vt ordinem aliquẽ seruem; qui in toto hoc libro eum ordinem statuerim optimum futurũ, si nullus omnino esset. Adscribam igitur vt quidq; sub manum veniet; & primo quidem loco quod Epistola xxxix. monui, in Ciceronis Miloniana legendum: *Sed tamen maiores nostri in dominum de seruo quari noluerunt, non quia non posset verum inueniri, sed quia videbatur indignum esse, & dominis morte ipsa tristius.* vbi vulgo hodieque circumfertur: *& domini morte ipsa tristius.* ab amicissimo litteratissimoq; I. Lipsio ante quoque & deprehensum, & monitum idem nunc moneo. vti & hoc apud eundem Ciceronem, sed Catilinaria eius prima vbi emendandum dixi: *Verum ego hoc quod iam pridem factum esse oportuit, certa de caussa nondum adducor vt faciam. tum denique interficiere, cum iam nemo tam improbus* &c. cum editiones habeant: *tum denique interficiam te.* Ac ne a Catilinarijs discedam; illud etiam quod eisdem

eiſdem aio reponendum: *nox nulla interceſſit, interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus; clariſſimo patre, auo, maioribus*; pro qua ſcriptura ante hæc obtinebat: *C. Gracchus, clariſſimo patre natus, auis, maioribus*; hoc inquam etiam ita faciendum quidam in antiquis ſuis lectionib. multo ante monuit. ne hoc tantum, verum antiquæ notæ verbum præterea ante nos eiſdē Catilinarijs reſtituit hoc loco legendo: *Quid vero nuper, cum morte ſuperioris vxoris, nouis nuptijs domum vacuefeciſſes, nonne etiam alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti?* & rurſus illo: *Quid quod aduentu tuo iſta ſubſellia vacuefacta ſunt?* vbi prius, *vacuam feciſſes* &, *vacua facta ſunt* legere erat. etſi hic hoc mihi cū illo non cōuenit, quod ipſe *vacuefacio* ego *vacefacio* veteres dixiſſe contendo; & plene alibi, ſi vita ſuppeditabit, probaturus ſum. Quin ex Fruterij quoq; noſtri, qui iuuenis ſi virtutes eius maturuiſſent, vberrimos haud dubie ſubactiſſimi ingenij ſui fructus rei litterariæ dediſſet, ex huius inquam Fruterij etiam nūc nupet editis poſthumis ſcriptis reperio eundem quoque illa in ſententia eſſe, vt loco illo Calpurnij, quo vulgo legitur

——nam tibi lites
Afferet ingentes lectus poſſeſſor in aruo:

reponendum cenſeat

——nam tibi lites
Auferet ingentes lectus poſſeſſor in armo.

cuius emendationis palmam adeo ei eripere ani-

mus non est, vt etiam de meis laudibus, si quas vnquam promerui apponere paratus sim. verū redeo ad illum, cuius statim in initio meminisse recordor: I. Lipsium dico; a quo & illud non dissitebor præceptum (etsi scio candidissimum illud, neque eruditionis quam virtutum omniū copia vberius pectus, hæc tam friuola non curare, neq; eis ereptis eorum more valde dolere, & quiritari; qui dum pro his minutijs, tamquam pro aris & focis, depugnant, satis eo ipso declarant, nihil se altius & augustius mentis angustia consipere) apud Senecam Epistola v. quod corrigendū hoc modo scripsi: *Quemadmodum eadem catena & custodiam & militem copulat, sic ista* &c. referentibus editionibus ineptè: *& custodem & militem copulat*. verum nusquam adeo sæpius incurri vna Epistola in præceptas iam emendationes, quam eā, quæ numero LII. est: cuius vt a fine ordiar; quod aio apud Statium Papiniū Surculū Achilleidos libro II corrigendum:

——Mox ille per auia secum
Lustra gradu maiore trahens visisq; docebat
Arridere feris;

cum vulgata scriptura sit: *visisque decebat Arridere feris*. hoc quidē alius, cuius iam semel mentionem feci, in Antiquarum lectionū commentarijs reip. litterariæ ante me persuasit. quod vero eadē Epistola eiusdē Statij Thebaidos lib. IIX.

Pellitur & patria, & qui mente nouissimus exit
Lucis amor.

emendo; qui locus antea, cum posteriore illo &

deficeretur, in vitio erat manifestarius. emendauit hoc quoq; sic ante nos Gulielmus Canterus, nimis cito nobis bonisq; litteris ereptus. qui etiã libro XI. vbi vulgo est:

Sed quid apud tales? quîs non sua pignora curæ
Exstet honos,

nosque emendandum putauimus:

Sed quis apud tales, quîs nec sua pignora curæ
Exstet honos?

rectè ex m. ſſ. suis legendum potius vidit:

Sed quid apud tales, quîs nec sua pignora curæ
Exter honos?

in quo vt cum illo facimus ita & nos rectè correxisse pertendimus libro primo, vbi vulgo est;

—— quid si Tyriæ Phrygiaúe sub vnum
Conuertentur opes?

& idem Canterus rectum esse persuadere conatur: *sub vnum conuertentur opes?* rectius, dico, nos scribendum arbitramur:

—— quid si Tyriæ Phrygiaúe sub vnum
Conuerrentur opes?

de qua locutione aliàs. nunc enim non in eo solo, quod dictum est, ab eruditissimo Cantero diuersi abimus, verum in illo quoq; quod Achilleidos libro secundo legendum censet:

—— quis enim genialia fœdera rumpi
Capta dolis, faciliq; trahi connubia raptu,
Ceu pecus, armentumq; aut viles messis aceruos
Perferat? hæc etiam viles iactura moueret.

cum nos *viles* illud iterari inepte iudicemus; proq; eo tam in scriptis typis quam manu codi-

INDEX EORVM QVÆ IN HIS *Nouantiquis Epistolis visa sunt memorabiliora.*

Abiurata ambitio 264
Abnuere 541
Acca 394
Acclaratis nobis certa signa 143
Achilles 85.86
Actæonis pater, Aristæus 46
Adederat ignis 418
ἄδηλον tempus quod 200
Admisit gaudia vultu 366. admissio prima & secunda 226.227. admissio pecudum 255
v. n. Adolphi Scheiffardi à Merade in obitū Octauiani Palmæ versus 404
Adultera 282
Ægæ resonant 299
Ægyptij quomodo deprehenderint hominē vltra cēteſimum annum viuere non posse 131
Æneum genus hominum 228
Æsculapius 162. Æsculapio fana vbi fieri solita 10
Æstimare hominem inuolutum 492
Afore 240. afuit 286. afuturus 391
Ago, is, ere, 225. agere matrimonium 443
Agger mobilis 230
Aliena causa 226
Alifanus 175
Alis plangit stridentibus Alpes 382
Alno transmittunt vada 175
Alpes 301. Alpes excipit 366
Alternis 531. alternis imperare 315
Amatorum mos, effigies domi habendi 133
Ambitio abiurata 264
Amentante Noto torquet 405
Amici primę & secundæ admissionis, primi & secundi loci 227. amicitia 166. amicitiæ temporariæ 167. amores varij 297
Amphitryoniades 296
Amyclæus rector 307
Andromache 111
Animalia & inanimalia 263. 573. animantia corpora ibid.
Anni virides ausis 259. anni tumentes 241. annus naturalis 215.216. anni LXIII cur Climacter 374. anni Augustorum 62. 63
Antefacta 569
Ante nobilitas 367
Antistare 375. antistat cunctis

cunctis 450. anteſtatio 77
Antonini Pij conſulatus 64
ἀπελεῖν 211
Apenninus 338.339
Aphidna oppidum 514
Apiſci 146
Apluſtribus torquet 405
Aptare aurum gemmasque priuatis pedibus 364
Ara Vbiorum 8.9.10
Arabum telas ſpreuiſſe ſuperba 439
Arbor Phœbi 334
Arces aſſidet 2
Ardor pependerat 398
Arethus Tegeates hiſtoriarum ſcriptor 49
Aris aduerrere crines 239
Ariſtæus Actæonis pater 46
Ariſtoteles XI menſe hominẽ naſci poſſe aſſerit 163
Armenos & Biſon Ægypti reges 217
Armenta loquuntur 416. 417
Arſinoes Zephyriditis templum 515
Aſconius Pædianus æqualis & amicus Silij Italici 243
Aſcræus 515
Aſperſus prima lanugine malas 252
Aſſidet arces 2. aſſeſſi muri 3
Aſtræus 515
Atlas 487. Atlantiades ſorores 328
Attica ſaporante ſalſura 547
Attonitus ſerpẽtis equus 110
Auarè tenax 390
Audere in prœlia 248. audere pugnam 442
Augmentum 411
Auguſtus ſacerdotes & templa apud quos habuerit 11.12. Auguſtorum anni 62.63
Aunus 269
Aurũ priuatis pedibus aptare 364. aurum amniũ aquis ablutum 362

B

Baiæ deuerſorium vitiorum 537
Baleares inuentione & vſu fundæ nobiles 438
Baſſus 112
Belgicarum aliquot bibliothecarũ perluſtratio 188
Bellum alicui permittere 311. bellum in ſinu; in manibus 301. belli infauſtus 441. bella ſeres 368
Berecynthia montiũ domina 495
Beronice 515
Biformia ſigna quibus præſint 545
Biſon & Armenos Ægypti reges 217
Bonna olim opidũ Caſtrobonnenſe vocatum 9.

Bonnæ Martis militaris templum 11
Brutij Præſētis cōſulatus 64

C

Cacus 85
Cæcilianus 157
Cæſaris commentarios cur quidam Iulio Celſo tribuant 140
Cæſim 363
Caicus. 211
Calais 39
Calippus Cyzicenus 215
Calliope 437
Calpurnius poeta quādo vixerit 73. Calpurnij Bucolica ſaltuatim correcta 74. ſubinde notatus 201. eclog. IV. 307. corrigitur 418. Calpurnij & Nemeſiani eclogæ repurgatæ à multis verborum ſordib. 475. 476. T. Calpurnij Siculi mendoſi vulgo integritati ſuæ verſus multi reſtituti 462. 463. ex Calpurnij Bucolicis exiles quædam mendæ ſublatæ 540
Caluiſius 554
Canicula 62
Canopus 515
Cantus & tactus in veneficijs 72. 437
Capital 286
Capitolium 556
Capturis ſordidiſſimæ mercis altus 430
Carbaſus vitando ſoli 121
in Catonis de Originibus leuis coniectura 219
Celtæ 56
Cenſorinus de die natali, & apud eum Varro Liuiusq; varie correcti 22. ſæpiculè à mēdis vindicatus 58. ad Cenſorinū notæ aliquam multæ 127. inſigniter ſuppletus, emēdatus, a gloſſemate vindicatus 161. ad Cenſorinum multæ notæ 197. ex Cenſorino mendę plures ſublatę 214. ſuppletus & correctus 254. de die Natali cap. I, II, III, interpolatus 303. reſtitutus 373. in Cenſorino de die Natali loca aliquot in priſtinum ope lib. ſcripti reſtituta 401. iterum de die Natali correctus 543. 544
Cēſus ſenatorius 154. Cēſus equeſtris quis 154. Cēſus equeſtris quādo mutatus & rurſus in priſtinum reductus ibid.
Cepheus eſt ſtellarum nouendecim 325. Ceraſtæ ſtantes vmbrabāt ora 237.
Ceruix recta 367
Cethegorum gentile humero exerto pugnare: vnde & Cinctuti dicti 121
Chaldæi negant IIX menſe hominem naſci poſſe 163.
Chriſtianus an fuerit Seneca philoſo-

philoſophus 96
Chryſis 515
Ciceronis prima Catilinaria percurſa 17. pro L. Manilia conatus paucula notandi 151. Miloniana notata 176. iterum pro Milone quædam in queſtionem vocata 207
Ciceronis ex Plat. ſentẽtia de numero Iudic. infernaliũ 236. pro L. Manilia diſcrepantes quædã ſcripturæ 309. pro Q. Ligario variantes quædam ſcripturæ 395. pro L. Manilia quædam notata 431. Catilinaria II peruiam correcta 459. Catilinaria I conatus quædam interpolandi 496. 578. pro Marcello & Deiotaro orationes locis aliquot interpolatæ 568. 569. pro L. Manilia variæ quædam lectiones 559
Cinctuti quare dicti Cethegi 221
Claſſes depreſſæ 434
Climacteres anni xlix. & lxxxi. 373. Climacter cur anni lxiij. 374
Cœpiſſe diem 269
Cognitiones 67
Cohors primæ admiſſionis an cohors prima interioris admiſſionis 226
Cohors Hedetana 439
Coire ad fœtum 520
Cominus gladijs ferire 363
Comitij clamor 557
Commentarij ordinati 315
Commertio nullo volens gens 31
Communio naturæ 31
Compoſitus in habitũ ſtudentis 534
Conamur anheli 109
Concipere vaporem 112
Concire amores 297
Confieri 273. confit 453
Coni implumes 218
Coniungere amãtes diuerſos 81
C. Conſidius 395
Conſipere rancidum 278
Conſpicuus 376
Cõſulis faſces duodecim 483
Conuerſio mundana 322
Cor in animali quod Sol in æthere 185
Cornigerum numen 161
Corona muralis 287
Corpora animalia 573
Cras te Cęciliane vocaui 157
Craſſus 420
Crebruit eloquentia 489
Creſcentia tecta 207
Criſtæ fulgentes 258
Crocale 201. 202
Cteſias hiſtoricus 530
Curarũ prima exercet 437
Curatiores cõponimus 391
Curſim 360
Cuſtodia pro vincto 6
Cyzicenus Calippus 215

D

Dædalea pœna an penna 206
Dahæ populi 105.360
Damni genus turpissimum 390
Decemestres anni 199
Decepere Alpes & peruia saxa 301
Deducere in quatuordecim 139
Deerant imperio 450
Deficior 313
Deformem leti 261
Deillij 226
Delubra quãdo coronari solita 175
Demigrantem Tarpeia sede tonantem 174
à Deo prædictum locum sepultura possedit 248. deorum proprium respicere 540.542. deos euocandi ex vrbibus iam iã capiendis solenni carmine mos 174
Deplacare hostijs 495
Deposcere 449
Depressæ classes 434
Desiderium sui ferre 313
Desinit iræ 3. desisse noctem 269
Despicere 225
Detergent remos 405
Deucalion 112
Deuersorium vitiorum Baię 537
Deuiare 323
Deuotionis mos 121
διάστημα 164
Dictatoris xxiv fasces 483
Dictu fœdis tolerare famẽ 551
Didita fama 260
Dies imus 425
Diffundi in auctus maximos 315
Dignum mole viri nisus 398
Discernunt digitis 464
Discidit æquor 296
Discordia accusandi casu 463
Dissederat partitis ante maniplis 422. dissidentia bona 138
Dissolutio lenis 489
Dispulit hasta Bellantem somnum 148
Diuortia legitima adulteria 249
Donatio inconsulta 390
Duci 7
Duo pro duos 60.61 duo toni 164

E

ἔχειν 204
Efferuit 491
Effusæ vires 90
ἔκρυον & ἐκτρωσμὸς quid 402
Elegia de Nicolai Cisneri I.C. obitu 94
Elisa Sichæi 67
Elustrare 18
Eminus hastis ferire 363
Epicedium & epitaphium in lani

Iani Melleri Palmerij obitum 339
Epigrāmata aliquot de vſu & abuſu diuitiarum 185
Epulæ funebres 565
Equę an, & vbi cõcipiant Zephyro 331. eques iuſtus 154. equis velisq; 192
Eratoſthenes 530
Erichthonius e Vulcani ſemine humo exortus 255
Eridanus 56. 221. Eridani gentes 221
ἰσχατοκωλικὸν 156
Eſſet & hoc aliquid 334
Eualidum 191
Euertere leges 497
Exciderunt penultima correpta 238
Excipit Alpes 366
Excute reges 368. excuſſæ mentes 372
Expergitus 402

F

Falernum lymphatum 155
Famæ nudam mortem impatiens 69
Fanum 11. fanum longæuum 286
Faſces ſeni Prætoris, conſulis XII; Dictatoris XXIV 483
Fatidicum murmur 468
Ferire 363
Ferrum ictibus moliri 410. ferrum popoſcit 367
Feruit ſub æthere 463
Fibrenus 69
Fides Dea 195. ſat Fidei proauisque datum 384
Figere liba Priapo 201
Fiſus pugnæ in hoſte 421
Flore capi iuuenem primæuo 269
Focillare 566
Fœdis dictu tolerare famem 551
Fœnus aratris reddere 205
Fortuna pop. Romani an fortuna reip. 20. Fortunæ Salutares 13
Freta ſæua 27
Friuola 137
Fuat 60
Fugere glomerando 363. fugæ fiſus 421
F. Fulgentij Planciadis Mythol. lib. III infinitis à mendis repurgatus 33. lib. I & III innumeris locis ſuppletus & integritati reſtitutus 276. Mythologiæ ſuppletæ & variè correctæ 444. multa mēda ſublata 493. emaculatus 518. Mythologiarum libris pluribus locis emendatus 547
Funebres epulæ 565
Fungi munera 429
Fruterij poſthuma ſcripta 579

Latini Pacati Drepani panegyris Theodosio dicta de coniectura emendata 361
Latratos obuia turba cibos dat 335
Lauinium 175
Legatus C. Consídio profectus est 395
Lege quærere 234. legitima intemperantia 249
Lenis dissolutio 489
Leonidas 527
Letiferum nutant 258
Leuinus Centurio 108
Libare vrnulam 496
Liber campi 371
Libertini patrimonium & ingenium 554
Libya 523
Ligat amplexu 241
Ligurum horrentes coni 382
Lineas ducere 455
Litteræ infularum loco 567
Litus Iberum 487
Liuius correctus 24. in Liuio antiquam veterum m. ff. codicũ scripturam locis multis reponendum videri 146
Longæ pacis opes 372
Locri 56
Loro remisso similis 115
in Lucanõ æquè variæ lectiones nonnullæ notatæ 116. Lucani lib. III notatæ aliquot scripturæ ab editionibus diuersæ 297. in Lucani lib. I, II, IV, indicatæ aliquot variãtes lectiones 365. Lucanus lib. VI emẽdatus 371. Lucani versus illegitimus indicatus 423. & aliquot in eo variantes lectiones notatæ 423. 424. Lucanus locis aliquot notatus 456. in Lucano duo nothi versus demonstrati 521. idemque sæpe hinc inde notatus 520. 522
Ludi sæculáres quando Romæ celebrari soliti 129. quoto anno relati 23. 24. eorum curatores XV vir ibid.
Luere pœnâ 442
Lugubria 136
Luna 170
Luna a Sole flaminatur 545
Lusus adederat ignis 418
Lycaon 47
Lycij arcus 220
Lymphatum falernum 155

M

Macetûm pro Macetarum 205
Macrobius lib. I. in Somnii emendatus 29. lib. II in Somniũ a leuibus aliquot næuulis emaculatus 91. in Somnium lib. I. sæpius restitutus 101. in

in Somnium lib. I. variãtes lectiones 321. lib. I. in Somnium hinc inde notatus 385. in Somnium lib. I. tenues aliquot emendatiunculæ propositæ 408. lib. II. in Somnium obiter emaculatus 452. lib. I. in Somnium maculæ complures elutæ 501
Magnum spirare 555
Mamertinini a Romanis contra Gelonem propugnati 196
Manes 221
Manipuli 420
Marmorabat in auri materiam 447
Mars 172. Martem lacessere 382. Mars vltor 11. Mars profestus 462. Martis militaris Bonnæ templum 11
Marsyas 35.36
in Martiale multæ variantes lectiones indicatæ 111. quædam ad fidem chirographi exemplaris mutata 154. lib. III. & IV. notatus 332
Martiali aliquotiens genuina sua lectio restituta 480.481
Massaniſſæ factum animo, quàm Punico sanguini conueniens 247
Matrimonium agere 443
Maturitas ætatis, vitæ 232
Medi populi 105
Medldies 60
Memoriæ sedes vbi 77
Mentes excussæ 372
Mercis sordidissimæ capturis solitus 430
Mercurius 171
Messene 196
Methymna ferax & ferox 148
Micantes manus 464
Mida 36.38
Mincius 2
Minitantem vana Caicum 211
Miseratio non est sine miseria 101
Mitti 316
Moliri ferrum ictibus 410
Momenta rerum 298
Mores suos ad alium exigere 167
Moror 143
Mors euocat 575. mortis arbitrium 66. mortis moræ 265. mortes meræ 263
Multitudini adijciendæ, pro ad adijciendam multitudinem 145
L. Munatius Plancus 61.62
Mundana conuersio 322
Mundi vices 565
Municipalis vita viliſſima 335
Muri assessi 3
Murmur fatidicum 468

Mythologiarum auctor quis 275

N

Nasidius 28
Natalis 511
Natio 574
Natura 514. Natura insidias pontum substrauit auaris 84. Naturæ communionē abnuentia 31
Nauiget hic alia iam mihi inter aqua 293
Nauib. atq; quadrigis 193
Nefas auersa mente peractū 159. Nefas decorum 238
Nemeæ pacator 383
Nemesianus poeta quando vixerit 73. corrigitur 416
Nemesianus & Calpurnius repurgati in eclogis 476
Nihil vos moramur P.C. 143
Nimius vitæ 109
Niobe 112
Nisus dignum mole viri 398
Nitescere duris virtutem 260
Nititur tranſuersa via 519
Nitendum est 80
Nocti descendere 359
Nostra causa 526
Nouari 183. Nouæ nuptiæ 579. Nouatio lunæ 184
in numen conuersa 268
numen cornigerum 161
Numeri septenarij vis 161
Nunc olim 523
Nutritas fluuijs populatur feruidus vmbras 268

O

Obscurus genus 450
Obstruitur telis 456
Oceanus iustus 458. Oceani sinus 503
Ocliferia, an oculiferia 314
Octauius quando & a quo Augustus salutatus 62
in Octauiani Palmæ obitū versus viri nob. Adolphi Scheiffardi a Merade 404
Oculi hebdomade octaua ætatis humanæ albescūt 256
Oedipus 35
Officium tonsorum antiquitus 482
Olympias 61
Omina festa 298
Opacat tempora pinus 287
Opes corruere 558. 580. opes longæ pacis 372
Oppressæ deiectis hostibus arces 368
Ora puer pulcherque habitum 220. ora lacerat 159
Orandum pacem 295
Orpheus Calliopeæ filius 512
Otium sapiens 93. otiosa virtus 93
in Ouidij lib. II & III Fastorū variātes lectiones aliquot 289. Fastorum lib. II. notatus 289. 290

Paca-

Pacator Nemeæ 383
Palilia 61
Pallas a Græcis alienior 159
Palladium Troianis fatale 175
in Panegyricis scriptoribus coniecturæ quædam 120
Parcus lacessere Martem 382
Parietes gratias agere gestiunt 571
Particulariter laborare 494
Paschasij Brismanni epigrāmata ad Franc. Modium 516
Pasiphae inlusa tauro 220
Pecunia innumera 444
Pecudum admissio 255
Pectore tela transmutet 118
Pede ferire gramina 74
Pelasgorum gentilis in aciem prodeundi mos 368
πήλος, lutum 34
Pelopius ensis 47.48
Penates 456
Penetrale castum parentum 176
Perducere ad laudum summas arces 360
Permittere alicui bellum 311
Periculosus 374
Peruia saxa 301
Perusta zona 502
Phaeton 112
Phænon, Solis an Saturni stella 172
Pharsaliæ sibila cannæ 542
Philosophorum dissensio in numero dierum anni naturalis 216. Philosophiæ seruias oportet 166
Phœbi arbor 334. Phœbi dementia 239
Phrygius maritus 521. Phrygiæ opes 237. Phrygianæ 136.582
M. Pletorius Trib. pl. 59.60. eius Scitum ibid.
Plinij Secundi loca aliquot ex Epistolarum volumine examinata 51. ex Epistolis variantes scripturæ exscriptæ 221. aliquot loca ex Epistolarum lib. VI, VII, & IX curatius expensa 412. epistolis emendatus 470. discrepantes ab editionibus scripturæ aliquamultæ notatæ 532
Pœninus mons 314
Pœnorum ignes 405. Pœnicus ignis 195
Polimina elatæ frontis 278
Pontiani consulatus 62
Poplitibus inminere 363
Postes intrati 451
Potentia impotenter vti 316
Prætexta pro magistratu 139
Prætoris semi fasces 483
Priapus 201.202
Probarat animi cornipedem 88. probari 180
in Procinctu habere 223

Prodite Calliope 437
Promittere ad cœnam 527
in Propertio scripturæ consigeratæ 81
Proportio vnius ad duo 37
Pugnæ fisus 421
Punica spongia 482
Punctim 363
πυριατήριον Λακωνικὸν 112
Pythagoras 164

Q

Quærere lege 234
Quà varietas rerum, quà magnitudo 414
Quatit agmine campos 210
Quercens 4
Quicquid id est 307.541
Quinctilianus de Oratore notatus 67
Quod inter nos sit 168

R

Rapere viam 393. rapere tempora pugnæ 420. rapite ite citati signa duces 450. rapidum periculum 27
Rationis inexperta 101
Reciperare 433
Reddere fœnus aratris 205
Reges excutere 368
Reipub. nihil abrasum 224
Religiones certæ cuique mensi 199
Remis velisque 192
Repetita 484
Reprehendere 67
Rerum potens 225
Rerum suarum erant 146
Resecare vngues 481
Respicere deorũ proprium 540.542
Retibus æquor verrere 206
Reuocare noua fornace bipennes 301
Roma vrbs æterna 76. Romæ an olim otiosæ virtuti honos habitus 93
Rostra sonantia 406
Ruboris deuitandi; omisso τῷ̃ causa 556
Ruperit alpes 459

S

Sabini vnde dicti 219. Sabinorũ propria hasta 218
Sabus 219
Sacerdotij honore conspicuus 376. Sacerdotia non quorumuis hominum 376
Sacramento rogatus 262
Seculares ludi quando Romæ celebrati 129. quoto anno relati 23.24
Saginata plaudit turba 74
Sagittæ acumen 326
Sancus 219
Sanctus Fidius Semo idem 219
Sanguinem mittere 101
Sapiens otium 93

Satias 107
Saturnus 172
Securus domino basia sola dare 114
Sempronia Salluſtiana 276
Seneca Philoſophus epiſtolis aliquam multis locis emendatus 5. de Clementia & epiſtolarum libris varie emendatus 99. de Beneficijs ſaltuatim notatus 135. Senecæ epiſtolæ percurſæ 165. de Clementia notatus 223. epiſtolis notatus 261. epiſtolarum loca aliquot ad membranarum ſcripturã exacta 313. de Beneficijs lib. III. & IV. interpolatus 388. ſemel genuina ſua lectio reſtituta 481. crebro emendatus 488. Senecæ multa loca quæ variè legantur 507. rurſus variãtes multæ lectiones 525. emendatus 536. epiſtolæ notatæ 551. epiſtolarum aliquot vt vulgo circumferuntur ad libros m. ſ. Herbipolenſes contentio 563. Seneca varie notatus 572. 580
Seniores & ſenes qui 128
Septenarij numeri vis 162
Serere vulnera 487
Seruius infimi generis hominum 140
Seruius in Virgilium obiter emendatus 178
Sibila cannæ 542
Signa biformia quæ, & quibus præſint 545
Silentium voce interpolatum 264
Silius Italicus duobus verſibus auctus, paſſimq; lib. IX. & XII. emendatus 1. de Bello Punico ſecundo lib. XV. peruiam emaculatus 14. ex lib. XV. tres ſpurij verſus amoti 27. idemque aliquotiẽs correctus & interpolatus 26. 27. 28. iterum ex Silij lib. XV. duo illegitimi verſus eiecti 42. alijque aliquot emaculati 40. 41. 42. lib. IV. V. & VII. emendatus 68, 69. lib. X. & XI. ſubinde correctus 55. lib. XVI. interpolatus 87. lib. VI. cõpluries reſtituitur 108. ex lib. IV. mendæ aliquot ſublatæ 123. præter vnum etiam irreptitium verſum eiectum plurib. locis emendatus 132. lib. VII. loca aliquot emendata, nothusque ex eo verſus eiectus 147. lib. II. & III. correctus 158. ex Silio complures mendæ elutæ 173. ſex minimũ verſibus auctus, & paſſim egregie correctus 191. lib. XIII. verſu auctus & ſæpe emendatus 204. lib.

I. multa priſtino reſtituta 210. Silius lib. IX. ſexcenties emẽdatus 218. lib. IX quædam ex membranis interpolata 228. Silij Italici amicus & æqualis Aſconius Pedianus 243. lib. XII verſu auctus & ſæpe reſtitutus 243. lib. XVI menda complura ſublata 251. verſus qui vulgo in editionibus abeſt & deeſt reſtitutus 252. lib. I loca multa genuinæ elegantiæ reddita 258. lib. IV & V ſæpicule emendatus, ſemel verſu auctior factus 268. lib. XIII notatus 285. Italicus lib. XI & XII correctus 294. lib. IV emendatus 301. lib. VI & VII notatus 306. lib. VI auctior & emendatior 317. aliquotiens lib. XVI emaculatus 328. eiecto ſpurio verſu, & reducto in poſſeſſionem legitimo, integritati reſtitutus 328. verſu auctus & ſæpe emaculatus lib. II 336. in eodem ibid verſus ſuppoſititius indicatus 338. lib. XIII emẽdatus 358. ex Silij lib. II tres ſpurij verſus eiecti, idemq; eodem libro emẽdatus 369. lib. I & II emaculatus 381. in Silij lib. IIX & IX quædam animaduerſa 392. lib. IV pauca notata 398. Silio lib. IV omiſſus in omnib. editionib. verſus ex membranis reſtitutus 405. eiuſdemque ibidẽ complures alij a mẽdis vindicati 405 406. ſuppletus quahiabat, & emendatus 420. in Silio multa parum antè proba mutata 436. lib. XI emendatus 449. ex Silio gloſſema eiectum 467. idemq; multotiens emendatus, & verſu vno auctior factus 467. 468 in Siliũ aliquot notæ 485. Silij lib. XV complura in melius mutata 504. Sinus Oceani 503. Sinus vitãdo ſoli 120

Sol 170. Sol in ætherę quod in animali cor 185. Solisne Phænon an Saturni ſtella 172. Solarium 58. 59

Soluerunt ſibila cannæ 542

Somnia quãdo expiari ſolita 134

Sono, is, ere, 77. Sonent pro ſonabunt 463. Sonantia roſtra 406

Sorores Atlantiades 328

Spirare magnum 555

Spiræ proprię anguium 531

Spiſſæ 136

Stata ratio 184

Statij Papinij Surculi Thebais

bais & Achilleis curſim emendatæ 237
Strigare 5
Subijcere aliquem hoſtilibus gladijs 429
Sublicæ 472
Subſidere 178. Subſeſſæ 178. Subſeſſor 178
Sudor aſſus 113
Suffragium 443
Sulpicia Craſſi 66
Supra fortunam ſuam 104
Suſpenſum robore diro 261
Suſtineo pro ſiſto 83
Sylla 420

T

Tacitus Annalibus, hiſtoriarum libris, eoq; qui eſt de moribus Germanorum, notatus 64.65. in Tacito conatus quædã poſt doctiſſimos viros occaſione libri veteris emendandi 441
Tacita mulier bona eſt quã loquens 526
Tactus & cantus in veneficijs 72
Tarpeia ſedes 174
Telgona 70
Temiſus 213
Temperata zona 502
Tenax 390
Terra prægnans 305
Thais 116
Thamyris 48
Themis 515
Thetis 34.515
Thraſimenus lacus, prius Aunus dictus 269. cur & quando nomen mutauerit 269
Ticini ripæ 486
Tigres compti palmite 418
Tinguere 205
Tiridati conſilia in contrarium vertebant 442
Tiſiphone 158
Togæ hirtæ 261
Tolerare famem 551
Tollere clamorem 109
Tonſorum officiũ antiquitus 482
Totiens 207
Tranſuerſa nititur via 519
Traxiſſe in cinerem 287
Tridentipotens Deus 505
Triuio ſæpe Venus commiſſa eſt 85
Turrita tempora 287
Tyriæ Phrygiæq; ſub vnum Conuerrentur opes 237. Tyriorum ridiculum factum 174

V

Vacefacere 497.579
in Vaciæ habitare 538
in Valerio Maximo indicatæ varię lectiones aliquot 246. conſideratæ aliquot euariantes ab editionibus ſcripturæ 427.

Valerius Maximus forte an aliquot locis ex m.ſ. Bambergēſi membranaceo codice correctus 555
Valetudo bona etiam vitijs inexpugnabilis 138
Vapor pro calore & igni 112
Vapor aridus 112
Varro correctus 23
Vbiorum ara vbi olim fuerit 9.10. de Vbiorum ara Iacobi Campii I. C. ſententia 8. inſcriptiones duæ antiquæ 13
Vegetius De re militari ſemel emendatus 489
in Veneficijs cantus & tactus 437
Venus 171. Venus nō abeſt a Sole lōgius duob. ſignis 172. Venus ſæpe triuio commiſſa eſt 85
Vertere leges 497
Veſtalium lectus thoris purior 121
Veſtimentorum vſus in lectis 102
Vetera quæ 10
Viam rapito 393. via vt iter obſcœna ſignificatione 82
Victor emicat ad præmia 254. Victus ponere caſtra 125
Vipſanius Agrippa 61.62.63
Virbius 162
Vires effuſæ 90
Virgo Iouis & Themidis filia 515
Virtus aruit 535. Virtuti & honori ædes cur gemellæ 68. Virtus otioſa 93
Vitis Centurionis inſigne 107
Vitta 176
Viuo purgor in amni 134
Vlpij conſulatus 62
Vltroq; 198. Vltronietas 284
Vndequadraginta, vndequadrageſimus, &c. an vnum de quadraginta 23
Vndeuicies 172
Vngues reſecare 481
Vrania Latinis cœleſtis 278
Vrbs æterna Roma 76
Vrgetur pectora palmis 293
Vrimur in Crocale 201
de Vſu & abuſu diuitiarum epigrammata aliquot 185
ex Vulcani ſemine Erichthonius humo exortus 255

X

Xenia 136
xv viri lud. Secular. curatores 23.24

Z

Zācle eadē quę Meſſene 196
Zelata 447
Zephyro vbi, & an cōcipiant equæ 331. Zephyritidis Arſinoes templum 515
Zethus 39
Zona temperata 502. Zona peruſta 501

CORRIGENDA IN NO-
VANTIQVIS MODII.

Pag.39,ad oram deleiſta, *XIII. Iterum bis emẽdatus.* Pag.42,v.24, ſcribe ἀλεξίκακος. P.46, v.3, *Exinde*, &c. coniungenda ſunt cum præcedentibus, *qui Engonaſin vocatur.* Sic p.48,v.15, *Arieths* cum ſequentibus, cohærere debet cum præcedentibus, *veriſimile dicamus.* Pag.47,v.2, ſcribe *tonitruum.* & mox v.3, *indicium.* P.49, v.2, quidam codices ſic, ἀγχοῦ δὲ τεῦ Θησέος ἐστὶ λύρη. P.50, v.9, pro *edictis* ſcribe *editis.* P.55,v.23, pro *caſæ* repone *cæcæ.* P.58,v.2, dele *tibi.* P.63, v.17, poſt *Numatius* adde *legendum.* P.94,v.11, pro *iam* repone *tam.* P.177,v.14, tranſpoſita diſtinctione ſcribe, *Mox: Dixit C. Caſſ.* P.179,v.30, pro *inuidia* ſcribe *inuida.* P.188,v.28, pro *exuſtas* repone *excuſſas.* P.249,v.29, ſcribe *voluntas.* P.437,v.13, pro *prodita* repone *prodite.*

BSB MÜNCHEN